www.e-rara.ch

Tomus primus

[Hauptteil]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

EPISTOLAE SIVE LIBRI EPISTOLARES DIVI HIERONYMI VETVSTISSIMORVM CODICVM COLLATIONE DILIGENTISSIME RECOGNITAE AB ERASMO ROTERODAMO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE ET EIVSDEM ARGVMENTIS AC SCHOLIIS ILLVSTRATAE

Hieronymus Heliodorum ſodalem ad Eremum inuitat.

QVanto amore & ſtudio cõtenderim:ut pariter in eremo moraremur:cõſciũ mutuæ charitatis pectus agnoſcit. Quibus lamentis:quo dolore:quo gemi/tu:te abeuntẽ proſecutus ſim:iſtæ quoq; litteræ teſtes ſunt:quas lachrymis cernis interlitas. Verum tu quaſi paruulus delicatus,contemptum rogantis per blandimenta fouiſti:& ego incautus:quid tunc agerẽ,neſciebam. Tacerem? Sed quod ardenter uolebam: moderate diſſimulare nõ poteram. Impenſius obſecrarem? Sed audire nolebas:quia ſimiliter nõ amabas. Quod unum potuit,ſpreta charitas fecit:Quem preſentem retinere nõ ualuit:quærit abſentẽ. Quoniã igitur & tu ipſe abiẽs poſtularas:ut poſtea cũq; ad deſerta migraſſem: inuitatoria ad te ſcripta trãſmitterem: & ego me facturum promiſeram:Inuito. Iam propera. Nolo priſtinarũ neceſſitudinũ recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te longinquæ peregrinationis terreat difficultas. Qui in Chriſtũ crediſ: & eius crede ſermonibus. Quærite primũ regnũ dei:& hæc omnia apponentur uobis. Non pera tibi ſumenda:nõ uirga eſt. Affatim diues eſt: qui cũ Chriſto pauper eſt. Sed quid ago? Rurſus improuidus obſecro? Abeant preces:blandimenta diſcedant. Debet amor læſus iraſci. Qui rogantem contempſeras:forſitan audies obiurgantẽ,Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi uallũ? ubi foſſa? ubi hyems acta ſub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit:Ecce cum nubibus debellaturus orbem,Imperator armatus egreditur:Ecce bis gladius acutus ex regis ore procedẽs: obuia queq; metit:& tu mihi de cubiculo ad aciem:tu de umbra egrederis ad ſolẽ? Corpus aſſuetũ tunicis: loricæ onus nõ fert. Caput opertũ linteo,galeam recuſat. Mollem ocio manum,durus exaſperat capulus. Audi ædictum regis tui. Qui non eſt mecũ:contra me eſt:& qui mecũ nõ colligit:ſpargit. Recordare tyrocinij tui diem:quo Chriſto in baptiſmate conſepultus: in ſacramenti uerba iuraſti:pro nomine eius non te patri parciturũ eſſe:non matri. Ecce aduerſarius in pectore tuo: Chriſtũ conatur occidere. Ecce donatiuũ quod militaturus acceperas:hoſtilia caſtra ſuſpirant. Licet paruulus ex collo pendeat nepos: licet ſparſo crine & ſciſſis ueſtibus: ubera quibus te nutrierat mater oſtendat: Licet in limine pater iaceat:per calcatũ perge patrẽ: ſiccis oculis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus eſt:in hac re eſſe crudelem. Veniet: ueniet poſtea dies:quo uictor reuertaris in patriam:quo Hieroſolymã cœleſtem uir fortis coronatus incedas. Tunc municipatum cum Paulo capies. Tunc & parẽtibus tuis,eiuſdem ciuitatis ius petes. Tũc & pro me rogabis:qui te ut uinceres:incitaui. Neq; uero neſcio,qua te dicas nũc compede præpediri. Non eſt nobis ferreũ pectus:nec dura precordia. Non ex ſilice natos Hyrcanæ nutriere tigrides. Et nos per iſta tranſiuimus. Nunc tibi blandis uidua ſoror hæret lacertis: nũc illi cum quibus adoleuiſti uernulæ,aiũt:Cui nos ſeruituros relinquis? Nunc & gerula quondam: iam anus:& nutricius ſecundus poſt naturalem pietatem pater, clamitat:Morituros expecta pauliſper:& ſepeli. Forſitan & laxis uberũ pellibus mater:arata rugis frõte,antiquum referẽs mãmæ lallare,cõgeminet. Dicant ſi uolunt & grãmatici:In te omnis domus inclinata recumbit. Facile rũpit hæc uincula amor dei:& gehennæ timor. At cõtra ſcriptura p̃cipit parentibus obſequendũ,Sed quicũq; eos ſupra Chriſtũ amat:perdit animã ſuam. Gladiũ tenet hoſtis ut me perimat:& ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrẽ militiã Chriſti deſeram:cui ſepulturam Chriſti cauſa non debeo,quam etiã omnibus eius cauſa debeo? Domino paſſuro timide Petrus conſulens ſcandalum fuit. Paulus retinentibus ſe fratribus:ne Hieroſolymam pergeret: reſpondit,Quid facitis plorantes,& conturbantes cor meũ? Ego enim nõ ſolũ ligari,ſed & mori in Hieruſalẽ paratus ſũ pro noie dñi Ieſu Chriſti. Aries iſte pietatis,quo fides quatitur: euãgelij retundendus eſt muro. Mater mea & fratres mei hi ſunt,quicunq; faciunt uoluntatem patris mei,qui in cœlis eſt. Si credunt in Chriſtũ,faueant mihi pro eius nomine pugnaturo. Si non credunt:mortui ſepeliant mortuos ſuos. Sed hoc ais in martyrio. Erras frater erras: ſi putas

Chriſtum tyronem

C unc̄ꝫ Christianū persecutionē nō pati. Tunc maxime oppugnaris:si te oppugnari nescis. Aduersarius noster tanc̄ꝫ leo rugiens:aliquem deuorare quærens circumit, & tu pacem putas? Sedet in insidijs cū diuitibus:ut in occultis interficiat innocentē:Oculi eius in pauperē respiciunt: Insidiat' in occulto sicut leo in spelunca sua:insidiat' ut rapiat pauperem: & tu frondosæ arboris tect9 umbraculo:molles somnos: futurus præda, carpis? Inde me pſequit' luxuria: Inde auaricia conatur irrumpere: Inde uenter meus uult mihi deus esse ꝓ Christo: Cōpellit libido ut habitantē in me spiritū sanctū fugem:ut templū eius uiolem:Persequitur inquā me hostis:cui nomina mille:mille nocendi artes:& ego infelix uictorem me putabo:dū capior? Nolo frater charissime examinato pondere delictorū:minora credas idololatriæ crimine esse,quæ diximus. Immo apostoli disce sententiā,qui ait: Hoc enim scitote intelligētes:quia omnis fornicator:aut immundus aut auarus:aut fraudator: quod est idolorū seruitus: nō habet hæreditatem in regno Christi & dei.Et quāc̄ꝫ generaliter aduersū deū sapiat,quicqd diaboli est:& qd' diaboli est:idolatria sit:cui omnia idola mancipantur:tamen & in alio loco speciatim:nominatimq; determinat,dicēs: Mortificate membra uestra quæ sunt super terrā:deponentes fornicationem:immundiciam:& cōcupiscentiā malam:& cupiditatem:quæ sunt idolorū seruitus:propter quæ uenit ira dei.Non est tantum in eo seruitus idoli:si quis duobus digitulis:thura in bustum aræ iaciat:aut haustū pateræ poculo fundat merum.Neget auaritiam esse idololatriam:qui potest triginta argenteis dominum uenditū:appellare iustitiam. Neget sacrilegium in libidine,sed is:qui mēbra Christi & hostiam uiuam placentē deo:cū publicarum libidinū uictimis,nefaria colluuione uiolauit. Non fateatur fraudem idololatriam esse:sed similis eorum: qui in actibus apostolorum ex patrimonio suo partem precij reseruantes,presenti periere uindicta. Animaduerte frater,nō tibi licet de tuis quic̄ꝫ habere rebus. Omnis(inquit dñs)qui non renunciauerit cūctis quæ possidet:non potest meus esse discipulus. Cur timido animo Christianus es? Respice Petro relictū rhete:Respice surgētem de telonæo publicanum statim apostolū.Filius hominis nō habet,ubi caput reclinet:& tu amplas porticus: & ingentia tectorum spatia metiris? Hæreditatē expectās sæculi: cohæres Christi esse nō poteris. Interꝑtare uocabulū monachi:hoc est nomē tuū. Quid
D facis in turba q solus es? Et hoc ego,nō integris rate uel mercibus: nec quasi ignarus fluctuū prēmoneo:sed quasi nuper naufragio eiectus in littus:timida nauigaturis uoce denuncio. In illo æstu Charybdis luxuriæ,salutē uorat. Ibi ore uirgineo:ad pudicitiæ perpetranda naufragia: Scyllaceū renidēs,libido blāditur. Hic barbarū littus:Hic diabolus pyrata,cū socijs portat uincula capiēdis. Nolite credere:nolite esse sæcuri. Licet in modū stagni fusum æquor arrideat: licet uix summa iacētis elemēti spiritu terga crispētur:magnos hic campus mōtes habet. Intus indusum est periculū:intus est hostis. Expedite rudētes,uela suspēdite:Crux antennæ figat' in frontibus. Tranquillitas ista tēpestas est. Sed forsitan dicturus es. Quid ergo? Quicū q̄ꝫ in ciuitate sunt:Christiani nō sunt? Nō est tibi eadē causa quæ cæteris. Dñm auscultа dicētē:Si uis ꝓfectus eē:uade,uēde omnia tua :& da pauperib9,& ueni sequere me. Tu aūt ꝓfectum te fore pollicitus es. Nā cū derelicta militia,te castrasti ,ppter regna cœlor?:quid aliud c̄ꝫ perfectā secut9 es uitā? Perfectus aūt seruus Christi:nihil preter Christū habet. Aut si qd p̄ter Christū habet: perfect9 nō est. Et si ꝓfectus nō est:cū se ꝓfectū fore deo pollicitus sit:ante mētitus est. Os aūt quod mētitur,occidit animā. Igitur:ut cōcludā:Si perfectus es:cur bona paterna desyderas? Dñm fefellisti:si perfectus nō es. Diuinis euāgeliū uocibus cōtonat: Non potestis duobus dñis seruire: Et audet quisquā mendacē Christū facere:Māmonæ & dño seruiendo? Vociferatur ille sæpe: Si quis uult post me uenire:abneget semetipsum:& tollat crucē suā,& sequatur me. Et ego onustus auro:arbitror me Christū sequi? Qui dicit se in Christū credere:debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Quod si nihil habes(ut te respōsurū scio)cur,tam bene parat9 ad bella, nō militas? Nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere:cū in sua dñs signa non fecerit. Et cur id? Cū authoritate sume rationem. Nemo ppheta in patria sua,honorem habet. Nō quæro,inquies,honorē:Sufficit mihi cōscientia mea. Neque dñs quærebat:quippe qui ne a turbis rex constitueretur,au fugit. Sed ubi honor no est,ibi contēpt9 est. Vbi contēptus:ibi frequēs iniuria. Vbi autem iniuria:ibi & indignatio. Vbi indignatio: ibi quies nulla. Vbi quies non est;ibi mens a

A propoſito ſæpe deducitur. Vbi autem per inquietudinem aliquid aufertur ex ſtudio: minus fit ab eo quod tollitur. Et ubi minus eſt: perfectum nō poteſt dici. Ex hac ſupputatione, illa ſumma naſcitur: monachum perfectum in patria ſua eſſe non poſſe. Perfectum autem eſſe nolle, delinquere eſt. Sed de hoc gradu pulſus: prouocabis ad dericos. An de his aliquid audeam dicere: qui certe in ſuis urbibus commorantur? Abſit ut de his quicquam ſiniſtrum loquar: qui apoſtolico gradui ſuccedētes, Chriſti corpus ſacro ore cōficiunt: per quos & nos Chriſtiani ſumus. Qui claues regni cœlorum habentes: quodāmodo ante iudicij diem iudicāt: qui ſponſam domini ſobria caſtitate conſeruant. Sed alia (ut ante perſtrinxi) monachorum eſt cauſa: alia dericorum. Clerici paſcunt oues: ego paſcor. Illi de altario uiuūt: mihi quaſi infructuoſæ arbori, ſecuris ponitur ad radicem: ſi munus ad altare non defero. Nec poſſum obtēdere paupertatē: cum in euāgelio anum uiduā: duo quæ ſola ſibi ſupererant, æra mittentem, laudauerit dominus. Mihi ante preſbyterum ſedere non licet: Illi ſi peccauero: licet tradere me Satanæ in interitum carnis: ut ſpiritus ſaluus ſit. Et in ueteri quidem lege, quicunq; ſacerdotibus non obtemperaſſet: aut extra caſtra poſitus, lapidabatur a populo: aut gladio ceruice ſubiecta, contemptum expiabat cruore. Nūc uero inobediens, ſpiritali mucrone truncatur: aut eiectus de eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur. Quod ſi te quoq; ad eundem ordinem, pia fratrū blandimēta ſollicitant: gaudebo de aſcenſu: ſed timebo de lapſu. Qui epiſcopatum deſyderat: bonū opus deſyderat. Scimus iſta: ſed iunge, quod ſequitur: Oportet autem huiuſmodi irreprehenſibilem eſſe: unius uxoris uirum, ſobrium, pudicum, prudentem, ornatum, hoſpitalē, docibilē, nō uinolentum, non percuſſorem: ſed modeſtum: & cæteris quæ de eo ſequuntur explicitis: nō minorem in tertio gradu adhibuit diligentiam dicens: Diaconos ſimiliter pudicos: nō bilingues: nō multo uino deditos: nō turpilucros: habentes miniſterium fidei in conſcientia pura. Et hi autem probentur primum: & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. Væh illi homini, qui ueſtem non habens nuptialem, in
B greditur ad cœnam. Nihil ſupereſt, niſi ut ſtatim audiat: Amice quomodo huc intraſti? Et illo obmuteſcente dicatur miniſtris: Tollite illum: ligatis manibus & pedibus: & mittite eum in tenebras exteriores: ubi erit fletus & ſtridor dentium. Væh illi qui acceptum talentum in ſudario ligans: cæteris lucra facientibus, id tantū quod acceperat reſeruauit. Ilico indignantis domini dāmore ferietur: Serue nequam: quare nō dediſti pecuniam meam ad menſam: & ego ueniens cū uſuris exegiſſem eam? Id eſt, depoſuiſſes ad altare, quod ferre non poteras. Dum enim tu ignauus negociator denarium tenes: alterius locū qui pecuniam duplicare poterat: occupaſti. Quāobrē ſicuti qui bene miniſtrat, bonū gradū ſibi acquirit: ita qui indigne ad calicē dñi accedit: reus erit dñici corporis & ſanguinis. Nō omnes epiſcopi, epiſcopi ſūt. Attēdis Petrū: ſed & Iudā cōſidera. Stephanum ſuſpicis: ſed & Nicolaum reſpice: quem dominus in Apocalypſi, ſua damnat ſententia: Qui tam turpia & nefanda commentus eſt: ut Nicolaitarū hæreſis ex illa radice naſcatur. Probet ſe unuſquiſq; & ſic accedat. Nō facit eccleſiaſtica dignitas Chriſtianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus: dono ſancti ſpiritus mūdat. Preſbyteros Daniel puer iudicat. Amos ruborum nora diſtringēs: repente propheta effectus eſt. Dauid paſtor eligitur in regem. Minimum diſcipulum Ieſus amat plurimum. Inferius frater accumbe: ut minore adueniente, ſurſum iubearis aſcendere. Super quē dñs requieſcit: niſi ſuper humilem & quietum, & trementē uerba ſua? Cui plus creditur, plus ab eo exigitur. Potentes potēter tormēta patientur. Nec ſibi quiſq; de corporis tantum mundi caſtitate ſupplaudat: cum omne uerbum ocioſum quodcunq; locuti fuerint homines: reddituri ſint pro eo rationem in die iudicij: cum etiam conuicium in fratrem, homicidij ſit reatus. Non eſt facile ſtare loco Pauli: tenere gradum Petri: iam cū Chriſto regnātium: ne forte ueniat angelus, qui ſcindat uelum templi tui: qui candelabrum tuum de loco moueat. Aedificaturus turrim, futuri operis ſumptus ſupputa. Infatuatum ſal ad nihil eſt utile: niſi ut proijciatur foras, & a porcis cōculcetur. Monachus ſi ceciderit: rogabit pro eo ſacerdos Pro ſacerdotis lapſu, qs rogaturus eſt? Sed quoniā e ſcopuloſis locis enauigauit oratio: & inter canas ſpumeis fluctibus cauteis, fragilis in altū cymba proceſſit, expandenda uela ſūt uētis: & quæſtionum ſcopulis trāſuadatis: lætantium more nautarum: epilogi celeuma cantandū eſt. O deſertum, Chriſti floribus uernās. O ſolitudo, in qua illi naſcūtur lapides, de qbus in Apo/

C calypsi ciuitas magni regis extruitur. O eremus familiarius deo gaudens. Quid agis frater in sæculo: qui maior es mundo? Quãdiu te tectorum umbræ premunt? quamdiu fumosarum urbium carcer includit? Crede mihi, nescio quid plus lucis aspicio. Libet sarcina corporis abiecta, ad purum ætheris euolare fulgorẽ. Paupertatem times? Sed beatos Christus pauperes appellat. Labore terreris? At nemo athleta sine sudore coronat. De cibo cogitas? sed fides famẽ non timet. Super nudam metuis humũ exesa ieiunijs membra collidere? sed dñs tecum iacet. Squalidi capitis horret inculta cæsaries? sed caput tuum Christus est. Infinita eremi uastitas te terret? sed tu paradisum mente deambula. Quotiescunq; illuc cogitatione conscenderis: toties in eremo non eris. Scabra sine balneis attrahitur cutis: sed qui in Christo semel lotus est: non illi necesse est iterũ lauare. Et ut breuiter ad cuncta audias Apostolũ respondentẽ: Nõ sunt (inquit) condignæ passiones huius sæculi ad superuenturam gloriã, quæ reuelabitur in nobis. Delicatus es frater, si & hic uis gaudere cũ sæculo: & postea regnare cũ Christo. Veniet ueniet illa dies, qua corruptiuũ hoc & mortale, incorruptionẽ induat & immortalitatẽ. Beatus seruus quẽ dñs inuenerit uigilantem. Tunc ad uocem tubæ pauebit terra cum populis, & tu gaudebis. Iudicaturo dño, lugubre mundus immugiet: tribus ad tribũ pectora feriẽt. Potentissimi quondam reges, nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole sua Venus. Tunc ignitus Iuppiter adducetur: & cum suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumẽta nõ proderunt. Tunc tu rusticanus & pauper exultabis, & ridebis: & dices: Ecce crucifixus meus: ecce iudex: q obuolutus pãnis in presepio uagijt. Hic est ille operarij & questuariæ filius: hic qui matris gestatus sinu, hominẽ deus fugit in Aegyptũ: hic uestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic magus dæmoniũ habẽs & Samarites. Cerne manus Iudææ quas fixeras: cerne latus Romane quod foderas: Videte corpus an idem sit: quod dicebatis dam nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me compulit; ut hæc tibi frater dicerem: ut his tum interesse cõtingat, pro quibus nunc labor durus est.
D

ARGVMENTVM ERASMI ROTERODAMI THEOLOGI IN EPISTOLAM PRAECEDENTEM.

CVm diuus Hieronymus, Eremũ adisset: Heliodorum sodalem charissimum: qui se officij causa fuerat prosecutus, ut alibi testatur, conatus est apud se retinere: quod cum nõ potuisset efficere: litteris ad illũ datis, hortatur ad solitariæ uitæ societatẽ. Refellens singula: quæ eũ uel ab Eremo deterrere: uel in urbibus remorari possent. Ostendens q; q̃ non sit tutũ episcopi munus suscipere: & q̃ non facile tueri susceptũ. Deinde uelut in peroratione: eremiticæ uitæ felicitatẽ decantat: ac supremi iudicij terrorem ob oculos ponit. Huius epistolæ nominatim mentionẽ facit in Catalogo operũ suorũ, & exhortatoriam uocat. Scripsit autem admodum adolescens ac pene puer, quẽadmodũ in proxima testatur epistola, illud addẽs, sese in hac calentibus adhuc rhetorũ studijs, p illius ætatis ratiõe, scholastico flore lusisse. Proinde scatet, metaphoris, allegorijs, etiã fabulosis: epiphonematis, dilemmatis, ac reliquis id genus orationis ornamẽtis. Conatus artis eiusmodi est, ut tyronẽ, sed summæ spei tyronẽ possis agnoscere. Cæterum argumenti genus προτρεπτικόν est, de quo paulo post dicemus.

SCHOLIA

QVanto amore.) Hic locus usq; ad illum: Nolo pristinarum, procœmij loco est, Complectitur autem & propositionẽ & narrationem, admiscens nonnihil & de affectibus. Lachrymis interlitas.) id est, passim deletas, a lino, unde & litura, deletio scripturæ. Pristinarum necessitudinum.) Quidam codices habebant, necessitatum, Vterq; sensus quadrat. Si necessitudinũ legis, intellige de affectibus amicorum, quos esset relicturus: Si necessitatum, de his accipe uitæ cõmodis, quibus carent in Eremo uersantes. Quãq; & necessitudinẽ pro necessitate legimus, Verũ magis placet, ut de affectibus accipiatur. Affatim) .i. abunde Vallũ & fossa) Vocabula sunt militaria. Nam his duabus rebus muniuntur castra, uallo, hoc est trabibus ac palis cõgestis, & fossa. Sub pellibus.) Caue dictum putes de cute hominis, ut quidam magni nominis theologus, quem honoris causa non nomino, uerba prophetæ Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian, interpretatus est de cute Bartholemei excoriati. Pelles appellat tentoria, quæ quondã e pellibus confici ebantur. Solent milites rigẽte bruma in hyberna se recipere, hoc est in oppidum aliquod cõmodius. Durissimum autem erat & hyemem sub pellibus non sub tectis agere, quod tamen erat aliquoties miliiti faciundum. Caput opertum linteo.) Olim linteorũ usus & barbaricum habebatur, & parũ uiro dignũ, ut abunde testatur Plinius. Assuetum tunicæ.) Tunica delicatior erat uestis, & in ocio agentium. Sagum erat militaris, & hoc durior lorica. Exasperat capulus.) Capulus hoc loco ea gladij pars est, qua tenetur. Recordare tyrocinij.) Apte cõmonefacit, olim suscepti sacramenti, Si quidem fere fit, ut Christiani, quoniam pueri baptiçantur, non admodũ meminerint, quid in baptismo iurauerint, ni si nouum aliquod uotũ accesserit. Cũ non possit aliud sanctius aut religiosius esse uotum, q̃ id quod, in

A baptiſmo ſuſceperunt,quotquot chriſtiani uocabulo gloriantur. At ſi monachus fornicetur,omnes cla
mant uiolatũ eſſe uotũ. Si laicus libidinat̃,ſi pecuniã anteponit Chriſto,nemo tragœdiã mouet de nõ
preſtito ſanctiſſimo illo & primo quo ſeſe aſtrinxit in baptiſmo:adeoq; nihil illud ad nos ꝓtinere credi
mus,ut uix quiſq; ſit qui inquirat quid ſit illud,quod in baptiſmo Chriſto ſit pollicitus, etiam cũ execra
tionibus,perinde quaſi iuſiurãdũ illud ſolennitatis cuiuſdã ſit,nõ ſeriũ:nec magis ad rem pertineat, q̃
iuſiurandum quod in Academijs publicis ex more faciunt,magnificã illam ſeptem artium profeſſionẽ
ſuſcipientes. ¶ Tyrocinij tui.) Tyrocinium,eſt id tempus quo rudis adhuc miles,hoc eſt tyro,ad
pugnam exercetur,nondum expertus Martẽ. Quemadmodũ ueterani,qui pluribus in bellis nauarũt
operam. ¶ In baptiſmate cõſepultus.) Alluſit ad locũ Paulinum in epiſtola ad Rom̃.ca.vj. Conſepulti
enim ſumus cum illo per baptiſmũ. Item ad Col̃.capi.ij. Cõſepulti ei in baptiſmo,in quo & ſurrexiſtis.
Quod autem non ſimpliciter dixit diuus Hieronymus,baptiçatus:ſed Chriſto conſepultus in baptiſ
mo: pulchre quadrat ad hoc qđ hic agit de ſacramẽto militiæ. Siquidẽ non ſolũ cõmori Chriſto,uerũ
etiã cõſepeliri,hoc ipſũ eſt,quod in baptiſmo uouemus,abiurantes Satanã cũ ſuo mundo,cũq; pompis
& nequitijs illius. ¶ In ſacramenti uerba.) Sacramentũ eſt iuſiurandum,aut quoties interpoſitis ſacris
obligamur. Vnde & ſacramentum militare uocatur:quo qui fuiſſent ſoluti,dicebantur exauctorati. Da
batur & donatiuum, ueluti pignus & auctoramentum. Nec pugnare fas erat,niſi ſacramento adactis:
nec licebat exauctoratis in aciem deſcẽdere. Vide quantũ religionis adhibebãt gentiles in re propha
na & impia, cum chriſtiani paſſim,nulla neq; fide,neq; religione bello conflictentur, Deniq; ſignaban
tur punctis, dabant nomina,conceptis uerbis iurabãt ſe ad omnia Ducis imperata ꝑſto futuros,& nec
mortem pro republica recuſaturos. Porro forma iuriſiurãdi,que dictabatur,extat apud Vegetium. A
ueterum igitur ritu,fluxerũt hæ cerimoniæ quibus Chriſtiani in baptiſmis utimur. Exigitur ſubinde
nomẽ,baptiçãdi, Dictantur ſolẽnia uerba,Imprimitur nota crucis, abiuratur hoſtis Chriſti diabolus
¶ Solũ pietatis genus.) Haud ſcio an pro ſolũ, legendũ ſit ſolidũ. Q̃q̃ & ſolũ,probe quadrat,ſi aduer
biũ ſit nõ nomẽ: ut intelligas,pietatis genus eſſe,crudelem fuiſſe:ſed in hac duntaxat cauſa,hoc eſt cũ
parẽtes obſtant,quo minus adhæreant Chriſto. Etiam ſi mihi uidetur,& hoc non nihil ad ſuum nego
ciũ torquere Hieronymus. Nam id quidẽ locũ habet,ubi parentes ethnici uetant quo minus fias Chri
ſtianus:non ut deſertis parentibus,quibus opus eſt fortaſſis tuo ſubſidio,in Eremũ aut in monaſteriũ
temet abdas. Cum poſſis apud chriſtianos parentes,chriſtianam agere uitam,ſi modo purgaris animũ
mundanis affectibus. Verũ huiuſmodi detorſio probatur in exhortando,aut deterrendo. Sed alij paſ
ſim & ſerio: quicquid de mundo,hoc eſt de mũdana uita dictum eſt:id detorquent ad comunẽ Chri
ſtianorum uitã: quod de ſequendo Chriſtum,id trahunt ad monachorum uitam. Olim cum maxima
B mortalium pars ſacrificaret idolis, Chriſtiani afflicti ab illis,& nõ ferentes quotidianas in Chriſtũ blaſ
phemias,fugiebant in ſolitudines,& mundum impiũ ac pernicioſum,iure uitabant. Nunc cum ubiq;
colatur Chriſtus,quorſum attinet fugere? Si mundum uocas affectus a Chriſto alienos: puta,faſtum,
auariciam,inuidiam,libidinem:hic mundus intra te eſt,a teipſo fugias oportet. Alioquin & in mona
ſterijs quãtũlibet ſemotus,mũdum inuenies. ¶ Licet paruulus ex.) Nepotianũ intelligit:ut ipſe teſta
tur in huius epitaphio,qui fuit Heliodori ex ſorore nepos. ¶ Veniet,ueniet.) Nullam allegoriæ partẽ
omiſit. Propoſuit militiæ labores,oſtendit obligationem ex ſacramento & donatiuo,oſtẽdit pericu
lũ,niſi fortiter pugnet. Nũc & premij magnitudinẽ explicat. Neq; uero neſcio.) Propoſuit quæ attra
hãt,nunc refellit ea quæ poſſint retrahere:quorũ primũ eſt cognatorũ & familiariũ affectus. ¶ Vidua
ſoror.) Hæc erat mater Nepotiani,cuꝰ alibi meminit. ¶ Non ex ſilice natos.) Alluſit ad carmẽ Maro
nis. Sed duris te cautibus horrẽs Caucaſus, hircanæq; admorunt ubera tigres. Cum quibus adoleui
ſti uernaculi.) Fortaſſe uernulæ legẽdum eſt. Nam uernaculus adiectiuum eſt: Sunt autem uernæ ſer
ui,non empticij,ſed domi tuæ nati,qui chariores erant,& prope liberorũ uice habebantur. Magis aũt
amamus eos,cum quibus adoleuimus. ¶ Cui nos morituros.) Hunc locum,non uno modo confuſum
ac deprauatum,ex peruetuſto quodam exemplari ſic reſtituimus. Morituros expecta pauliſper & ſe
peli. Forſitan & laxis uberum pellibus arata rugis fronte, mater antiquũ referens Mãmæ, lallare, con
geminet. Alluſit autem ad carmen Perſianum quod eſt in ſatyra tertia. Ac cur non potius teneroq;
palumbo. Et ſimilis regum pueris,pappare minutum poſcis,& iratus Mãmæ lallare recuſas? Pappare
puerilis eſt uox:idem ſignificans,quod edere. Plautus in Epidico: quod pappet,dabitur. Vnde & pue
rilem cibum pappum uocant. Itidem lallare uox ea uidetur,qua nutrix infantem,ad lactendum inui
tat. Porro Mammã antiqui matrem uocabant,ut auiam,tatham. Dicũtur autem a Perſio in iuuenẽ de
licatum, cui matris adhuc opus ſit blandicijs. ¶ Referens.) repreſentans,& in memoriam reducens.
¶ Congeminet.) Nam hic mos nutricibus congeminare uerba:& hæc ipſa uerba, congeminatis ſylla
bis ficta ſunt,pappare,lallare. Dicãt etſi uolũt grãma.) Nam ad grãmaticos pertinet enarratio poꝫta
rũ. Eſt em̃ Maronis hemiſtichium quod ſequitur,In te omnis domus inclinata recumbit. Quo loco
ſcioli quidam ſcripſerant,grandiloqui pro grammatici. ¶ Cui ſepult.ch. c.non deb.) Reſpexit ad id
quod eſt apud Lucam Cap.ix. de eo qui cũ iuſſus ſequi Chriſtum reſpondiſſet: Sine prius ſepeliam
patrem meũ & matrem,audiuit, Sine mortui ſepeliant mortuos ſuos. Aries iſte pietatis.) Aries hoc
loco bellicum eſt inſtrumentum,quo ui adacto,mœnia quatiuntur. Vnde & arietare, pro impellere.
Pietas hic accipienda eſt,non pro religione,ſed pro affectu in parentes,quæ concutit animum euntis
ad Chriſtum. Si credunt in Chriſtũ.) Dilemma eſt rhetoricum. Inde me perſequitur luxuria.)
Vides aliud eſſe luxuriam, aliud libidinem. Nam mox ſubdit libidinem. Eſt enim luxuria,ſiue luxus
immoderatus rerum uſus. Libido ad fœdas uoluptates pertinet. ¶ Compellit libido,u.h.i.m.) Allu

C sit ad id quod scribit Paulus primæ ad Corinthios.ca.iij.Nescitis qa tēplū dei estis,& spiritus dei habitat in uobis? Si quis autē tēplū dei uiolauerit, disperdet illū deus. Tēplū em̄ dei sanctū est,quod estis uos.Rursum ca.vj. An nescitis,quoniā mēbra uestra tēplū sunt spūssancti,qui in uobis est? Cui nomina mille.) Retulit Vergilij carmē de furia Alectone,ex libro Aeneidos.vij. Tibi nomina mille,mille nocendi artes. Qui membra Christi.) Allusit ad Pauli uerba,quæ sunt in epistola ad Romanos ca.xij.Obsecro itaq; uos fratres p misericordiā dei: ut exhibeatis corpora uestra,hostiā uiuētē,sanctā, deo placentem. Rationabile obsequiū uestrū. Publicarū libidinum.) Prostibulas intelligit. Est autē libido,uictima quædam diaboli: sicut castimonia corporis & mētis,uictima Christo grata. De Telonæo.) Telos græce, uectigal est. Teloniū,siue Telonæū loc⁹:ubi uectigal colligitur. Telones,is q colligit. Charybdis luxuriæ.) Duo sūt maris pericula celebratissima poœtis.Charybdis,quæ naues attractas absorbet,&Scylla saxū,specie uirginea procul intuentibus,in quod illisæ naues,frangūtur. Vtrūq; describit Vergilius libro Aeneidos tertio.Homer⁹ Odysseæ duodecimo.Meminit & Plinius libro tertio. Scylleū renidens.) Quidā codices habent Scylaceū. At ipse magis probo,Scyleū.Nā Scylaceū colonia est Atheniensiū,quod Vergilius naufragum appellat. Scylleum autem dixit aduerbialiter,id est,more Scyllæ,& renidens.i. resplēdens.Ita libido blandit̄,ut perdat. Et cur id.) Authoritas erat, quod Christus id non fecerat.Ratio,quod nullus prophetes sit in precio apud suos. Dictu uero mirū, quæ portēta uerborū hoc loco supposuerint quidā impudentissimi.Nempe hæc:Cur id cum authorita te sūma defendis? Sume respōsionē. O audaciam illitteratorū,nihil nō audentiū. Et in ueteri quidē lege.) Sic em̄ legimus Deuteronomij ca. xvij.Qui autē supbierit,nolēs obedire sacerdotis imperio, q eo tēpore ministrat dño deo tuo &c. Nō turpilucros.) Expressit græcā cōpositionē αἰσχροκερδεῖς.Nā hoc uerbi posuit Paulus.i.turpiter questuosos. Bonum gradum sibi acquirit.) Allusit ad uerba Pauli,scribentis ad Timotheū epistolæ primæ ca.iij.Qui em̄ bene ministrauerint, gradum bonū sibi acquirent. Non omnes episcopi.) Nam episcop⁹ græce,inspector est & curator. Ergo qui sibi uiuūt, falso dicuntur episcopi.Non em̄ ἐπίσκοποῦσι. Stephanū suspicis.) Suspicere est admirari, quod uerbū plærūq; indocti deprauant,uertētes in suscipere. Cæterū, eodem tēpore creati sunt diaconi, Stephanus, & Nicolaus: quorum alter primus post Christum martyr esse meruit: alter hæreseos auctor extitit. De utroq;,leges actuū apostolicorū ca.vj. Neophytorū hæresis.) Quidā codices habent:Nicolaitarum.De quibus fit mentio in decretis,causa.xxiij.q̄st.iij.Quorū error fuit,ut uxores essent cōmunes. Sed copiosius de his Augustinus,in libro de hæresibus ad Quoduultdeum. Fit horum mentio, in Apocalypsi.ca.ij. Sed hoc habes,quia odisti facta Nicolaitarū,quæ & ego odi. Amos ruborū mora.)

D Locus ad quem alludit,est apud hunc ipsum prophetā.ca.vij.Non sum propheta,& non sum filius prophetæ:sed armētarius ego sum,uellicans Sycomoros.At Hieronymus in præfatione, qua totius canonicæ scripturæ cōplectitur argumēta,scribit ad hūc modū.Amos pastor & rusticus,& ruborū mora destringens,paucis uerbis explicari non potest.Rursus idem in hunc prophetæ locum. Porro quod ait uellicans Sycomoros,uidetur nobis rubos dicere,qui adferunt mora,& pastorū famem ac penuriam consolātur.Est autem hebraica uox שִׁקְמִים,quam uarie transtulerunt interpretes.Aquila & Symmach⁹ uertit συκομώρους: Theodotio,συκαμίνους. Quidam putat sycaminū arborem esse,quæ in Palæstinæ palustribus nascatur,& agrestes adferat ficus: quæ si non uellicentur, amarissimas carycas faciant,& a culicibus corrūpātur.Proinde nō magnopere laborat Hieronymus,sycomoros legamus,an ruborū mora:nisi quod magis probat posteriorē lectionē,quod neget in ea solitudine, in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi nasci arborem. Qui scindat uelum.) Intelligit episcopatum auferendum ab indigno.Est autem locus in Apocalypsi. Epilogi celeuma.) Argumētationes appellat,scopulos, & loca cōfragosa:in qbus laborat a nautis. Nā argumēta plus habent difficultatis,min⁹ amœnitatis.Epilogus genus est conclusionis, quo sūmatim repetuntur,quæ fusius sunt dicta. Celeuma.) Vox est nautarū inuicem sese adhortantiū. Qua significant alacritatem,cum in portum ingrediūtur.Nam κελεύω iubeo est,& κελευστής dicitur triremis princeps. De quibus in Apocalypsi.) Describitur hæc mystica ciuitas Apocalypsis ca.xxj. Tribus ad tribū.) Tacite allusit ad locū Esaiæ ca.xvj. Vlulabit moab ad moab, hoc est,popul⁹ad populū: ut ubiq; sit ululatus. Nudo latere palpitabunt.) Nam hic satellitijs stipati cinctiq;,neminem timent:illic destituti suis lateronibus,trepidabunt.Stipator em̄ aut assecla,dicitur claudere latus.

ARTIS ANNOTATIO

Cæterum quando diuus Hieronymus in proxima epistola fatetur in hac se rhetorum floscul̄is lusisse, fortasse nō alienū fuerit artis quoq; rationem,quā secutus est indicare,sed paucis,neq; nimis anxie,ne duo pariter incōmoda nos sequantur: ut & molesti simus lectori,& salubribus huius uiri præceptis pōdus ac fidem detrahamus.Minus em̄ mouere solent animos,quæ nō ex animo,sed ex arte scripta putant̄.Atq; ut primū de argumenti genere,nōnihil attingam⁹,exhortatoriū est,sicut ante dictū.Id adeo cōfine est suasorio, ut Aristoteles nō putarit ab eo separandū. Tametsi meo iudicio nō parū interest. Suademus em̄,ut quis uelit:hortamur, ut audeat & possit.Suademus hæsitanti,hortamur cessantem. Suademus cū ostēdim⁹,quid expediat fieri: hortamur cū addimus animū. Cū em̄ imperator cōmissurus cū hoste, militē exhortatur, nō hoc agit,ut miles intelligat esse pugnādū,sed addit calcar,ut quod uult,ausit & possit. Quāq; partes fere cōueniūt utriusq; generis,nempe,honestū,utile,laudabile,possibile,necessariū,facile,iucundum,& si quæ sunt aliæ.Ab his em̄ oīs argumentatio petitur.Habet hoc peculiare exhortatio,quod ardentior est,& multū laudis habet admixtū,qua tamē hic nō utit̄ Hieronymus.Duab⁹ em̄ rebus hoies potissimū extimulātur, laude & ignominæ metu.Sunt aūt huiusmodi

A libelli,nihil aliud q̄ Christianæ declamatiões. Etē cū uiderēt æloquētiā rem eē pulcherrimā,simul & utilissimā:neq; decorum existimarēt,inter ꝓphanos rhetores,in nugacissimis argumētis exerceri:uidelicet an Isthmus debeat intercidi,an Alexander Oceanū ingressus,longius progredi debeat:totam declamādi rationē,sicuti Socrates philosophiā,ad morū institutionē traxerūt:quoq; res magis esset seria,mutato declamatiōis nomine,libellos,aut epistolas uocauerūt:ut eadē opera,geminā utilitatē cōsequerētur:dū & æloquētiā exercēt,q̄ citissime arescit:ut ait.M.Tulli⁹,& salubrib⁹ monitis,ad pietatē exhortātur. Quanto studio.) Q̄m in hoc genere nō adhibetur exordiū,cuiusmodi solet in genere iudiciali:nec opus est narratiōe,sicuti testatur & Quintilianus:& tn̄ oportet uniuscuiusq; rei aliquod esse initiū,Hieronymus fere semper,ꝓpositionē qua sūmā rei cōplectitur,cū aliqua narratiōis specie coniūgit.Cū em̄ exponit,quēadmodū Heliodorus in Eremū abeuntē se sit ꝓsecut⁹,utq; frustra rogauerit,ut secū maneret,narratio q̄dā est.Deinde cū ait,hoc se litteris agere,ut relictis urbib⁹ Eremū petat,propositio est. Nec in his tn̄ friget,uerū ardet ubiq; diu⁹ Hieronym⁹,uir acris ut apparet ingenij,& in utrāq; partē uæhemētis.Laudat em̄ ardēter quos amat,insectat̄ acriter q̄bus infēsus est.Mirū est aūt q̄b⁹ numeris omnē orationē cōponit,quib⁹ periodis oēs absoluit sentētias. Itaq; membris,incisis,cōparibus structa sūt oia. Quāto studio & amore cōtenderim,usq; ad eū locū,uerū tu,gemina periodus est,sex absoluta membris. Rursum has duas,alia tertia cumulauit,quæ duobus mēbris,& quatuor constat incisis. Verū hæc q̄m ꝓpetua sūt,nō est sententia. Tacerem.) Elegāter miscuit,Dubitationē,cū subiectione. Est aūt pariter & dilemma.Subsunt in singulis partib⁹ singulæ sentētiæ,sed ad ꝓsonā accōmodatæ,quas ita possis absolute dicere.Nemo quod ardēter uult,dissimulare pōt.Et nō audit,q̄ nō amat:& amor amici absentis desyderio cruciat̄. Inuito,iā ꝓpera.) Hæc est,ꝓpositio,qua sūmā argumēti exponit. Nolo pristinarū necessitudinū.) Hoc est caput & uelut limē argumētatiōis,id agēs,quod in altera diuisiōis iudicialis pte solet. Primū em̄ amolit̄ ea,q̄ uideāt̄ illū ab Eremo posse deterrere. Affect⁹ amicorū & parētū.Difficultas pegrinatiōis lōginquæ. Amor & cōmoditas diuitiarū.Porro parteis has enthymematis cōplectit̄. Affatim diues.) Et hāc partē clausit epiphonemate,sicuti fere gaudet claudere oēs,nō solū exordia,uerū etiā,sed & trāsitiones,& narrationes, & argumentatiōes,& si qd aliud est,quod periodū atq; orbē aliquē habet. Facit aūt hoc epiphonema gratius, ἐναντιώσεως accessio,quæ est in uocibus inter se pugnātib⁹,pauper & diues. Sed quid ago?) Apte p correctionē ingressus est primā argumētatiōnis partē,nempe de affectib⁹ amicorū. Admiscet & sententiā, Debet amor læsus irasci,q̄q; q̄cquid usq; loquit̄ diuus Hieronymus,fere sentētia est.Notat aūt hoc Quintilian⁹ in declamando,quod q̄dā statim in initio incandescunt, & ita cōuiciant̄,quasi dissentiat,cui conantur suadere. Debet amor læsus irasci.) Transitū quoq; fecit sententiā, cuius rei meminit & Fabius. Adeo in declamando quibusdā placuit sententia,ut eā nullq; nō admiscerent. Quid facis in paterna domo.) Ardētiorē faciūt orationē,
B hæc,schemata,interrogatio,repetitio,& cōmata. Grandiorē etiā ac iucundiorē metaphora,uel potius Allegoria. Siquidē utit̄ metaphora ferme ꝓpetua.Habet aūt hoc fere ꝓpetuū Hieronym⁹,ut in initijs locū aliquē tractet,q̄q; maxime plausibilē & amœnū, quo lectorē uoluptate allicīat,& inuitet ad cætera libentius legenda.Nullus em̄ nō attentus est ad ea quæ delectēt.Id aliquoties facit,per egressionē, quā Ecbasin græci uocant. Eā multi ꝓpositioni statim subijciebāt,ut testat̄ & Fabi⁹. Verū hæc ἔκβασις adeo quadrat cū ipsa re,ut pars sit argumētatiōis,sed pars amœnior.Sumit̄ aūt hæc pars a recto, aut si mauis a necessario. Et rectū est em̄,& nō potest nō sequi ducem suū,qui semel in illius uerba iurarit. Delicate miles.) Quo occultior ἐναντιώσις,hoc est festiuior:nihil em̄ minus cōuenit militi,q̄q; delicatum esse, & mollicie solutū. De cubiculo ad aciē.) Multū addūt gratiæ,cōtraria cōmode inter se relata,cubiculū,aciem,umbra,solem.Neq; parū acrimoniæ,de,repetitū,ac mēbra asyndeta. Atq; adeo in sequētibus insunt cōtraria,tunica & lorica,linteū & galea,mollē & durus. Quāq; in his posterioribus,tacitū etiam est Enthymema.Nec illud omittendū,emphasim esse nōnullā in cōiunctione,&,ad eū modum posita:preterea in pronomine tu,quod nō addunt ij qui latinæ sciunt,nisi aut discretiōis,aut emphasis causa. Quin & mihi,ꝓnomen hoc loco nihil significat,sed festiuitatis causa additū est,uel potius stomachum habet.Postremo nō est ociosum aduerbiū ecce,quod rem uelut absurdam oculis subijcit.Ac Paulo superius,cū ait,obuia quæq; metit,ex unius uerbi metaphora,quantū & iucunditatis simul & magnitudinis addidit oratiōi? Audi ædictū.) Perseuerat etiānū in metaphora militiæ.Nā iperatorū ædicta uocātur.Christus,est dux huius militiæ.Christianus,miles.Tyrociniū,baptism⁹. Sacramētū militiæ,ꝓfessio uitæ Christianæ.Donatiuū,gratia baptismo collata.Hostis,mūdus seu diabolus.Annotādū est illud, q̄q; militaribus etiā uerbis ubiq; utatur,cū ad militiā alludit. Ecce aduersarius.) Ostendit duas pugnā di causas:alterā ut defendat imperatorē Christū,quē aduersarius conatur occidere:alterā ne donatiuū ueniat in manus hostiū. Nā hoc quoq; solet militū animos ad gnauiter pugnandū inflāmare. Vnde Vegetius monet,ut militū peculiū seruet̄ apud uexilla,quo sequātur alacrius. Licet paruulus ex collo.) Hæc oīa ptinent ad metaphorā militiæ. Solēt em̄ hæc fieri,si quādo miles ad bellū ꝓfecturus,suos relinquit.Licet em̄ Hieronymus postea scribat se de Nepotiano uaticinatū fuisse,nō tn̄ narrat serio,perinde quasi gesta,sed p ὑποτύπωσιν depingit,quæ soleāt in huiusmodi negocio fieri. Quis aūt pictor melius poterat rem oculis exponere,q̄q; hic,nepotē puerū de collo pendentē,Patrē in limine sparsum, ne nisi calcato eo exeat filius, matrē solutis capillis,laceratis uestibus,ostentantē ubera,& per nutricationis beneficiū obtestantē. Subsunt & iucundi affectus,quos græci uocant ἤθη,Latini mores uocant. Vñ sermo aut carmen in quo hij recte exprimūtur,moratus dicit̄.Horatius.Morataq; recte fabula. Ad uexillū crucis.) Nisi crucis addidisset,allegoria erat. Nā uexilla dicūtur signa militaria.Est aūt laudatissimum metaphoræ genus,quoties ꝓpria translaticijs admiscent̄,ut indicat & Quintilianus. Solū pietatis genus est.) Subest tacitū argumentū,sumptū a finitiōe:mutatur em̄ rei uocabulū,simulq; epipho

C nema eſt,nō ſine gratia ἐναντιώσεως quo partē hanc abſoluit. Veniet,ueniet.) Rurſum cōduplicatiōe, & repetitiōe,feruentiorē fecit orationē. Vt ſuperior pars ab honeſto,ſic hæc ab utili ſumitur.Nā huic etiā laudabile ſubiicit Fabius,& iucūdū.Oſtendit em̄ quæ gloria,quæ cōmoda uictorē cōſequātur.Glorioſum em̄ redire in patriā cū uictoria,magnificū ꝓcedere in triūpho,egregiū ſibi ſuiſq;,ius ciuitatis Romanæ cōſequi.Nā hoc quoq; præmiū dabat olim. Hieroſolymā cœleſtē.) Hic metaphorā explicuit,cū addit,cœleſtē. Coronatus.) Alluſit ad coronas ciuicas, murales, obſidionales. Incedas.) Incedit proprie,qui in pompa procedit. Neq; uero neſcio.) Hactenus tractauit locū amœnū metaphoræ,de militia.Nūc ſerio rem aggreditur,de uincendis parentū & cognatorū affectib⁹.Et hic locus,ceu ſequētis argumētatiōis ueſtibulū,alluſiōe & hypotypoſi feſtiu⁹ eſt.Alluſiōes ſūt,hyrcane tigrides, & in te ois, & māmæ lallare.Hypotypoſis,cū rē totā,nō narrat,ſed ueluti depictā oculis ſubiicit.Nec tri oino recedit a metaphora militiæ. Siquidē ubi demōſtrauit ſacramētū,oſtendit præmiū,docet quō ſit pugnādū. Nūc tibi blādis &.) Hic locus nō ſolū Hypotypoſin habet ꝓſonarū,quæ rem oculis ſubiicit,uerū etiā ſermonē cuiq; ſuū mire cū decoro affingit.Sorori ob pudorem geſtū attribuit nō ſermonē.Vernas de mutādo dño ſollicitos facit.Nutrix & nutricius,ſenes p mortē uicinā obteſtātur.Materanus,nutricatiōis olim exhibitæ cōmonefacit.Grāmatici aliquid e poēta obiiciunt,quē illi aliquādo p legerant.Faciūt ad affectus ἤθη, & epitheta. Mouet ſoror,ſed magis uidua: mouet nutrix,ſed ualdius, anus:mouet mater,ſed magis iā decrepita. Facile rūpit.) Et hoc uelut epiphonema ſubiecit. Nullā em̄ orationis partē nō abſoluit huiuſmodi clauſulis. At cōtra.) Cōfutatio eſt,& obiectio a recto ſūpta eſt. Sed qcunq;.) Attingit qualitatē comparatiuā. Nam hæc quoq; incidūt in ſuaſoriis. Obtemperādū parentibus,ſed magis Chriſto.Mouēt maternæ lachrymæ,ſed acrius urget uitæ periculū.Facit aūt hoc more Tulliano,ut plærūq; colligat per interrogationē,quo res ſit ardentior:Ne talis ſit argumentatio,qualis eſt noſtratiū Theologorū,qbus nulla glacies poteſt eſſe frigidior.Animaduertendū,ut in cōparatiōe partē alterā extenuarit,alterā exaggerarit. Extenuat,cū ait,matris,nō patris,& lachrymis; Quauis em̄ de re flēt mulierculæ, ꝑſertim matres. Rurſū cū ait,cogitabo,ſignificās nec cogitādi ſpaciū eſſe.Exaggerat cū ait:Gladiū tenet hoſtis ut me perimat,atrocibus uerbis exaſperās periculū præſens; & rē uelut ob oculos ponens.Subeſt autē parabola quæ ad probationē quoq; facit,nedū ad ꝓſpicuitatē ac iucūditatē,quā ita poſſis explicare.Sicut miles in eo periculo negligit maternas lachrymas,ita Chriſtianus nō reſpicit affectus parentū,cū de uita agitur æterna. Propter patrē.) Hoc ſumptū a minori ꝓ cōparationē. Si licet patrē inſepultū relinquere,cū ad Chriſtū eſt eūdū,multo magis uiuū licet relinq̄re.Eſt autē feſtiua oratio figuris,iterati uerbi,quā traductionē qdā uocāt,Chriſti cauſa,& debeo,debeo.Eſt aūt geminū enthymema mira tortū acrimonia. Dño paſſuro.) Ratiōes cōfirmat exemplis, quæ nōnunq; & ꝓ cōparationē tractātur. Verū id hoc loco cōmode fieri non poterat. Aries iſte.)

D Vt meminit pugnæ.Et rurſum argumentationē uelut epiphonemate clauſit, nō ſine gratia figuræ metaphorā cū proprijs miſcentis. Mater mea.) Hoc argumentū ſumpſit a finitiōe.Admiſcuitq; finitioni authoritatē. Si credunt in Chriſtū.)Elegantiſſimo dilēmate eſt uſus.Aut credunt,aut nō credunt: ſi credunt,fauebunt,nō obſtabunt:ſi nō credūt,nihil illis debeo.Sed in priore dilemmatis parte,ſubeſt argumentum a cōſequentibus,in ſecūda a finitione. Sed hoc ais in martyrio.) Rurſus obiicit quod confutet,neq; ſine ſchemate.Cū aduerſariū loquentē facit,quēadmodū & paulo ſuperius.At cōtra ſcriptura ꝓcipit. Erras frater.) Addidit argumento aſſeuerationē,quæ nōnunq; argumēti pōdus habet, ipſum autē argumentū ſumpſit a finitiōe,dū totā Chriſtiani uitā oſtendit eſſe martyriū. Nolo frater chariſſime.) Finitionē cōfirmat collatione & authoritate. Nō eſt tantū in eo ſeruitus.) Refellit finitionē aduerſariorū,& ſuā cōfirmat. Neget auariciā.) Mire addidit fiduciā argumēto,cū quod refellit ꝓponit tāq; abſurdiſſimū.Tractauit aūt hæc ab euentis ſiue effectis. Dis inqt.) Authoritati copulat exēpla.Quorū poſtremū tractat,p cōparationē, ut ſit uæhemēti⁹.Fili⁹ hois &c. Hæreditatē expectans.) Hoc addidit uelut epiphonema hui⁹argumētatiōis,in quo tñ admiſcuit ꝓbationē a repugnantibus. Interpretare uocabulū.) Negat Fabius a noie duci idonea argumēta.Quāq; ualent in exhortādo,ueluti,ſi qs Iuliū pontificē exhortās ad bellū ſuſcipiendū aduerſus gallos dicat,Iulius es,Iuliū agas oportet.Verū hoc loco finitiōis ſpeciē tractat,quā etymologiam uocāt.Monachus a ſolitudine dicit: Monachus igit nō eſt,qui uiuit in turba. Et hoc ego nō integris.) Hūc locū imitatus eſt ex oratione Ciceronis ꝓ Murena.Tractat autē locū ab euētu.Totūq; hūc locū allegoriis ac metaphoris cōdecorauit. Tranqllitas iſta tēpeſtas eſt.) Rurſus argumētationē clauſit epiphonemate,lepide ex contrarijs cōflato uocibus. Quid ergo?) Rurſum hāc cōfutationē p ſubiectionē tractat. Sed ubi honor non eſt.) Inductioni decus & gratiā addidit,ex gradatiōe,ſic em̄ uocāt hoc genus exornatiōis.Etiā ſi magna huius argumētatiōis pars,ut ingenue dicam,reſipit ætatē,in qua Hieronym⁹ hāc ſcripſit epiſtolā. Clerici oues paſcunt.) Cōtentio eſt,diuerſis reb⁹inter ſe cōparatis. Sed qm̄ e ſcopuloſis.) Vt ubiq; cōſulit lectoris faſtidio.Refecerat añ ꝓbationē,quæ cuius eſt utilis ac neceſſaria:tñ minus habet uoluptatis.Nūc peroratiōe denuo ueluti fatigatū recreat.Sed mihi uidet hic trāſit⁹ parū cōcinnus,ac nimis abruptus. Præcipit em̄ Quintilian⁹,ut quoties alio tranſeundū eſt,demus operā,ut extrema pars eorū quæ diximus,cohæreant aliquo modo cū his quæ dicturi ſumus.Sed habet Hieronymus & alias trāſitiones duriuſculas.Porro cū antehac a recto,a laudabili,potiſſimū autē a tuto ſumpſerit ꝓbatiōes,in poratione tractat partē a iucūdo,cōferens Eremi uoluptates,cū oppidorū incōmodis. Paupertatē times?) Hic uere argumētationū eſt epilogus. Nā pars quæ p̄ceſſit,& quæ ſequtur ad affectus ptinet,q potiſſimū in poratione tractari cōſueuerūt. Tūc ad uocē.) Hic tentat eos affectus quos uocāt pathe. Nempe uæhementiores,rem atrocē uerbis atrocibus exaggerās. Cerne manus.) Ad magnos affect⁹ facit & Apoſtrophe, ſicut indicat Quintilianus:Ea nūc utitur,poſt exaſperatos oēs affectus.

ANTIDOTVS ADVERSVS CALVMNIAM.

A Diuũ Hieronymũ cũ in uiuis esset,nõ caruisse calũnia,uel ipsius litteræ declarãt,in qbus passim cani/
bus suis,sic eñ ille uocat,cogitur respõdere. Quin & hodie cõperi nõnullos esse,presertim apud Italos:
parũ æquos,huic tã incõparabili uiro,q fabulã nescio quã plane stultissimã Theodori Gaçæ noie sparsã
in uulgus,q dixerit eũ falso accusatũ fuisse quod Ciceronianus esset,mirum cꝫ amplectũtur,cꝫq exoscu
lantur. Qui mihi uidẽtur,nõ aliã ob causam infensi Hieronymo,nisi quod huius litteræ,magis sapiunt
Christũ,magis spirant sanctimoniã cꝫ illi uellent:q Neoptolemi exẽplo,Christianũ esse probãt,nimiũ
esse Christianũ nõ probãt. Qua qdẽ de re,suo loco diximus. Ad hæc uideo esse nõnullos huiuscemodi
ingenio,ut cũ apicula ad omnẽ floscul̃,ad omnẽ aduolãs frutic̃,tantũ id excerpat,quod ad mellificiũ
sit conducibile:ipsi solũ hoc uenẽtur,si quid sit,quod aliquo pacto calũniari possint. Quo malo potissi/
mũ laborãt isti,q in spinosis disputatiõib⁹,& rixosa quadã Theologia cõsenuerũt. His mos est e toto li/
bro quatuor aut qnq uerba decerpe ,atq in eis calũniandis ostẽdere,cꝫtũ ingenio polleãt. Nõ animad/
uertũt,qbus tẽporibus,cui,qua occasiõe,quo animo scripserit ille. Neq conferũt quid precesserit,quid
sequat̃,qd alio loco,eadẽ de re scripserit. Tantũ urgẽt ac premũt quatuor illa uerba,ad ea machinas om
neis admouẽt syllogismorũ. Detorquẽt,deprauãt, aliquoties & nõ intellecta calũniant̃. Proinde mihi
uisus sum facturus rem nõ alienã,si scholijs meis,Antidotum adiecero,quo lector præmunit⁹ citra ullã
offensam in hui⁹ uere diuini uiri lectiõe uersari possit:nõ quod in huius scriptis ulla sit uenení suspicio.
cui⁹ lucubratiões oẽs,sine exceptiõe cõprobarit authoritas ecclesiæ,sed aduersus calũniæ uenenũ para/
uimus antidotum. Igitur in hac epistola, quã adolescens luserit magis cꝫ scripserit, sicut ipse testatur,
nõ oportet ad uiuũ exigere,si quid exhortandi causa scripsit uæhemẽtius,uelut illud, quod ab oĩbus
Christianis uidet̃ exigere paupertatẽ,cũ ait:Animaduerte frater,nõ licet tibi quicꝫ habere de rebus
tuis. Oĩs,inquit, dñs,q nõ renũciauerit oĩbus quæ possidet,nõ potest meus esse discipulus. Nec eñ
uidet̃ hoc exigere ab Heliodoro uelut a monacho,cum id a Rustico monacho non exigat. Et quod de
quouis senserit Christiano,indicãt quæ sequũtur: Cur timido animo Christianus es? Quare sic accipiẽ
dũ arbitror,in exhortãdo plus dixisse Hieronymũ,& hyperbole usum,ueluti Paulus ad Hebræos scri
bens,quo deterreret eos q Christi ,pfessionẽ suscepissent,ab iterandis peccatis,ait impossibile esse,q
semel fuissent illuminati, relapsos in peccatum,renouari ad pœnitentiã,cũ quotidie Christianos rela/
psos restituat ecclesia. Ita nõnũcꝫ iniquũ petimus,ut æquũ feram⁹,pticulariter ubi nõ leges aut decreta pro
ferunt̃, sed exhortatio,cõsolatio,admonitio, ꝓ ratiõe tẽporis ac ꝓsonæ tractat̃. Aut certe sic accipiẽdũ.
Nõ licet tibi, ut subaudias cõditionẽ,si uis pfect⁹ esse. Quãcꝫ euãgelicũ ꝓceptũ,nõ tã de pdijs,ac nũmis
abijciendis loquitur cꝫ de affectibus. Ille preclare abiecit opes,qui nec studet accumulandis,nec dolet
ablatis,nec gaudet affluẽtibus,nec ullo in ꝓcio habet. Postremo q iuxta Paulũ sic possidet,quasi nõ possi
B deat. Alioqui qd dicem⁹ de tot,egregijs episcopis,qui uel cũ regibus certare possint opulentia? Quid
de cæteris Christianis ditissimis,quorũ nemo non gaudet Christi uocari discipulus? Quid eñ aliud est
esse Christi discipulum, cꝫ esse Christianum?

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Nepotiano,qui fuit Heliodori ex sorore nepos,ꝓscribit uiuendi formã,quã clerici & episco
pi sequi debeant,saluberrima quædã ꝓcepta tradens,de spernẽdis diuitijs,& fugiẽda fami/
liaritate sæculariũ,& ꝓcipue fœminarũ. De doctrina pietatis: de frugalitate,cultus,ædificio
rũ & uictus: de fugienda laude hominũ: de fugienda obtrectatiõe: de fide silentij: de fu/
giẽdis munerib⁹: de dispẽsandis in pauperes eleemosynis. Est aũt gen⁹ paræneticũ,in quo
mire ualet diu⁹ Hieronym⁹,sicut & in cæteris. Ex hac epistola multa citãtur in decretis,cõpluribus locis.

SCHOLIA.

Petis a me.) Hæc pars q̃ principij uice ponit̃,ꝓpositionẽ & narrationẽ cõplectit̃. Dũ es/
sem.) Captat locũ cõmunẽ,in quẽ suo more expatiet̃, antecꝫ aggrediat̃ argumẽtationem:
idcꝫ a nõnullis factitari solitum,testat̃ & Fabius. Porro locus est,in senibus potissimũ flore
re sapientiã. Iam tametsi negat se breuiter cõclusis. i. epiphonematis uti,ad singula capita,
tñ his etiã utitur in hac epistola,cꝫcꝫ parcius,ut illud: periculose tibi ministrat,cuius uultũ
frequẽter attẽdis. Et pendẽtib⁹. a. m. p.) Quod Vergili⁹ de boue dixit. Et crurũ tenus a mento palea/
ria pendẽt: hoc refert ad mentũ senile. Nã palearia dicunt̃ pellis,quæ dependet a mẽto in pectus bouis.
Idẽ accidit in senibus,ut carne cõsumpta laxa cutis pendeat. Frigidus obstiterit.) Carmẽ est Maronis in
quarto georgicõ. Sin has ne possim naturæ attingere parteis. Frigidus obstiterit circũ ꝓcordia sanguis.
Seruius asscribit physicos dicere: stultos & ebetes,sanguinis esse frigidioris,prudentes,calidioris: & ideo
senes ac pueros minus sapere, qđ his nõdũ caleat sanguis,illis ætate iã refrixerit. Plini⁹ libro. 11. Animalia
fortiora esse,qb⁹ sanguis est crassior,sapiẽtiora,qb⁹ tenuior,proinde pinguissimũ esse asinis,hoĩ tenuissi/
mũ Oia fert &.) Est & hoc apud Maronẽ in egloga cui titulus Mœris. Fert,posuit pro aufert. Quãcꝫ
ætas accedens adfert cõmoda,decedens aufert. Animũ quoq.) Sæpius enim senescit animi uigor,cꝫ
corporis: nempe,ãno quadragesimooctauo,cũ corporis uigor langueſcat: post trigesimũsextũ annũ au
ctore Aristotele. Oblita.) passiue dixit. Dauid annos. n. s.) Hæc referunt̃, libro Regũ tertio. ca. 1.
De mimo.) Mimi uocant̃ uersus scenici,& ipsi q mimos scribũt,mimi dicũt̃. A μιμέομαι græce,quod
est imitor. Nam histrio tantũ agit. Mimi quod scribunt,hoc idẽ agũt. Atellanarum.) Atellana genus
est comœdiæ lasciuioris & obscœnioris,sic uocata ab Atella ciuitate oscorũ: ut testatur Liuius libro. 8.
Vñ & obscenũ dictũ uolunt. Viuebat adhuc Bethsabee.) Apparet Dauid quatuor uxores eodẽ ha/

C buisse tẽpore:Bethsabee,quã abduxerat ab Vria:Michol,quæ tñ nupsit alteri:Abygaíl,uxorẽ Nabal: & Achinoen,quã accepit a Iesrael. Vide primi libri Regũ.ca.25. Taceo de prioribꝰ.) De his multa geneseos.ca.5. Et pacificus bellatoris.)Miro decore cõiũxit pugnãtia. Chameuniæ.) Græce dixit, quod latine nõ poterat cõmode dici,χαμαὶ humi,εὐνὴ cubile.Inde χαμευνία,cũ qs in nuda humo cubat. Eleemosynæ.) Hãc uocẽ fraudamus una syllaba.Nã dicendũ est eleemosynæ,ἐλεημοσύνη græce,quod nobis sonat misericordiã. Plato octogesimo.) Auctor Tullius in Catone maiore. Et Isocrates.) Hũc Lucianus scribit uixisse unde centũ ãnos.M. Tullius in Catone maiore,refert librũ qui inscribit Panathenaicus ab hoc scriptũ,ãno quarto & nonagesimo,ac postea quinquẽnium superuixisse. Pythagoram.) Is nonaginta uixit ãnos,authore Laertio. Democritũ.) Abderitẽ intelligit physicũ, q quatuor supra centũ uixit ãnos,ut scribit Lucianus in lõgeuis,a nobis olim uersis. Xenocratẽ.) Hic Platonis discipulꝰ,octogintaquatuor uixit annis. Xenonem.) Hic stoicus,nonaginta octo,Luciano authore. Cleanthes.) Qui,si Luciano credimus,uixit ad annum centesimũ. Homerũ.) Et hunc mæoniũ senem uocant poetæ. Hesiodum.) Huius longæuitas, etiam prouerbio locum fecit ἡσιόδου γῆρας, id est,Hesiodia senectus,de quo uide nostras Chiliadas. Simonidem.) Hic poeta lyricus octogesimo anno,& docuisse se carmina, & in certamen eorum descendisse ipse gloriat. Author Valerius, libro octauo.ca. de studio & industria. Hunc Lucianus in Macrobijs tradit ultra nonaginta uixisse annos. Stesichorũ.) Hic est, cui uituperata Helena,oculos ademit,laudata reddidit: Vixit ferme ad annũ cẽtesimum,ut refert Suidas. Cygneum nescio qd.) Græcis in ꝓuerbio est,κύκνου ᾆσμα,id est, cygnea cãtio,de senili facundia.Nã ita poetarũ ferme omniũ litteris celebratũ est,cygnũ uicina morte dulcissime canere,cũ nemo canentẽ audierit. Sophocles.) Hic Tragœdiarũ scriptor, uixit annos nonaginta qnq;,authore Luciano.Quod autẽ narrat Hieronymꝰ,referẽ a Valerio,libro septimo,& a.M.Tullio in Catone maiore. Cato romani generis.) Hic latinas etiã litteras sero didicit,ut testis est Valeriꝰ Max. sed multo serius græcas.Censorius autẽ est cognominatus, ob censurã seuerius gestã. De lingua Nestoris.) Hic iuxta Homerũ treis hominũ uixit ætates,hoc est,ut qdam interpretãtur,centũ & quinquaginta annos: de cuius mellita facundia,extat Homericũ illud Elogium, libro Iliados primo, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, id est,cuius & a lingua melle dulcior fluebat uox. Verbum supfluí.) Græce quidem anceps περιασόν, quod & superuacaneũ significat,& egregiũ atq; exuberans. Vnde Hieronymus de græca sentit,non de latina. Hi sunt qui ue.)Hoc dictũ est,de cognatione scribarũ,qui ca-
D nẽtes atq; resonantes,in tabernaculis cõmorabãtur. Hi sunt inquit,Cinei,qui uenerũt de calore patris domus Rachab. Paralipomenon libri primi.ca.2. Et qd uolo nisi ut ardeat?) Ex antiquo exẽplari,si mulq; græcis codicibus germanã restituimus lectionẽ. Et q̃ uolo,ut ardeat:sicut admonuimus,& in annotationibus nostris in nouũ testamentũ. Et per fines capitulorũ.) De epiphonematis sentit,& argutis acclamantiunculis,de qbus alias dictum est. Clericorũ.n.p.e.) Vulgata æditio quæ hoc loco consentit cũ hebræis,sic habet. Est em̃ apud Hieremiam ꝓphetã.ca.12. Seminauerũt triticũ & spinas messuerũt,hæreditatẽ acceperũt,& nõ eis proderit.Altera,nempe septuaginta habet.Seminastis triticũ,& messuistis spinas,clerici eorũ, nõ proderũt eis. Vnde cõiicio legendũ cleri,non clerici,id est,hæreditates,& ita scriptũ reperimus in antiquis exẽplaribꝰ. Nõ em̃ solũ nihil ꝓdest honos episcopalis,uerũetiã officit,nisi accesserit sacra doctrina,cæteraq; uirtutes episcopo dignæ. Ac medicoꝝ tab.) Sentit pharmacapolia,in qbus uelut & in tonstrinis cõsideẽ ab ociosis & garrulis:q mos & hodie durat apud Venetos. Calamistro.) Calamistrũ acus est magna,qua calefacta crispant capilli. Si acolytus,si psaltes.) ἀκόλουθος græce dicit,nõ ꝓhibitus,hoc est admissus:atq; ita uocabat,q ipse qdẽ nõ pagebat mysteria,sed nõ excludebat cũ cæteris,qd ignẽ,aut sile qddã ad sacra necessariũ afferebat.Opæ pciũ est ridere nouũ Isidori interptamẽtũ,in decretis distinctiõe.21.Acolyti inqt græce,latine dicũtur ceroferarij,& simili in scitia metropolin interptat mensurã ciuitatũ,cũ græce sit μητρόπολις,nõ μετρόπολις. Atq; huiꝰ errorẽ seqt magister sniaꝝ,cæci cæcꝰ. Psaltes.) græcũ est,ψάλτης,latine cantor. A principibꝰ Christianis.) Annotãdũ hoc loco ꝓ imperiales leges clericos ꝓhibitos olim fuisse ab adeundis hæreditatibꝰ.Postremo qd tota hac epistola diuꝰ Hieronymꝰ uult sacerdotes esse pauperes opibꝰ,diuites doctrina & pietate,nõ satis cõuenit cũ publica tẽpestatis huiꝰ persuasiõe,qua credũt ecclesiã hisce diuitijs, maxime & fulciri,& ornari. Cauteriũ.) Instrumẽtũ,quo uitia insanabilia exurunt,a κάω quod est uro. Alludit ad id quod dictũ est,Bonas leges a malis moribus esse natas. Fideicõmissari.) Dicit nõ uerus hæres,sed cuiꝰ arbitrio hæreditas administrat:de his multa mẽtio in pandectis. Imperatorũ scita.) Scita leges uocat & instituta. Milio.) Miliũ leguminis genus est uilissimũ. Cibario pane.) Cibarius panis, non omo purgatꝰ a furfure,quẽ eũdẽ & secũdariũ appellãt.Nã id qd cribro reddit purissimũ,florẽ appellãt in silígine,pollinẽ in tritico:qd secũdo,secũdariũ,qd postremo,furfurẽ. Testis Plinius libro.18. Similã & mella.) Simila idẽ ferme quod flos.i. candidissima farinæ pars,q̃ magis in cõdimẽtis adhibebat,q̃ in panibus:mel uino addebatur,ut mulsum fieret,quod olim in delicijs erat. In quo littore cõcha.) De ostreis & echinis sentit. Alludit ad id qd scribit Iuuenalis.Lucrinũ ad saxũ Rutupino ue ædita fũdo Ostrea callebat primo deprẽdere morsu.Et semel aspecti dicebat littꝰ Echini.De his uide apud Aulũ gelliũ,libri.7.ca.16. Ac dãna ipa.) Quia magno empta.Iuxta illud Iuuenalis ad quod alluit: Magis illa iuuãt,q̃ pluris emũtur. Matula.) Matula siue matella uas est,in quod lotiũ reddit.Erat aũt sordidissimi seruuli munꝰ matulã porrigere dño. Vñ ꝓuerbialiter dicebatur:Indignꝰ est,q illi matulã porrigat,ut in Chiliadibꝰ explicuimꝰ copiosiꝰ. Mathusalẽ.) Hoc nemo diutius uixit:uixit em̃ nongẽtis ãnis & nouẽ. Obtine eũ q.) Refert uerba Pauli ad Titũ. Permane in.h.q.d.) Ita Paulꝰ ad Timotheũ. Paratꝰ semp.) Ita Petrꝰ in prima epistola.ca.3. Si pater sum inqt.u.e.a.m.)Ita Malachias.ca.1.Filiꝰ honorat patrẽ suũ, & seruus dñm suum.Si ergo pater ego sum,ubi est honor meꝰ? Et si dñs ego sum,ubi est timor meus?

A Scitū est illud oratoris Domitij.) Quod Hieronymus Domitio tribuit, Valeriº assc̃ribit Lucio Crassо, summæ dignitatis & æloquētiæ uiro: cui cū. L. Philippus consul in senatu manū inijci iuberet, reiecto li/ctore. Nō es, inquit, mihi Philippe consul: quia nec ego tibi senator sum. libro. vj. ca. de libere dictis. Attrita frons.) Impudens & perfricta, quod ꝓuerbiū sapit. Sabbatū δευτεροπρωτον.) id est, secūdo primū. Nā græcis dictio est cōpositа, ex secūdo & primo, ꝓpterea qđ Lucas a Iohāne uidet dissentire de die resurrectiōis Iesu Christi: quē Iohānes scribit resurrexisse ꝑma sabbati, & mulieres admodū ma ne uenisse ad monumētū. Cōtra Lucas tradit eas sabbato qetē egisse, & sabbato pacto, uenisse cū aro/matibº. Hoc loco & alias uidet esse nōnulla inter euāgelistas dissensio: sed hac de re nō est huiº loci dis/serere. Pro Quinto gallo.) Hæc oratio nō extat. Et locus hic Hieronymi mihi uidet nō oīno uaca/re mendo. Quātos plausus.) Rei tam absurdæ, tñ uulgus applaudebat. Plinius in epistola quadā. Sci to inquit eū pessime dicere, q maxime laudabitur. Id nūc̄ magis uerū fuit, c̄ꝫ his tēporibus. Vestes pullas.) Pulla nigra dicuntur. Vnde pullati q lugent, quod in luctu nigris uterētur. Cōtra, candida olim principū erāt ac triūphantiū. Et sordes.) Inter ornatū & sordes, media est mūdicies. Non absc̄ꝫ ami/ctu lineo.) Lineorū usum, olim uix uiro dignū habitū, superiº indicatū est: & de precio lineorū, multa Pli nius. Vt matronarū in eo sacculi ꝓtrahātur.) Est & altera lectio: Vt maiores in eo piscuIi ꝓtrahātur. sed prior mihi magis arridet, c̄ꝫc̄ꝫ nec illa prorsus uacare mēdo uidet. Hoc nō est osculū porrigere.) Olim osculo salutabāt, cōsul imperatorē, discipulus ꝓceptorē. Quæ frumento cōficitur.) Plinius libro 14. ca. ultimo. Est & occidētis ppłis sua ebrietas, fruge madida: hūc potū galli Ceruisiā uocabāt. Hispani cheliā: Aegyptij, zuthum. Cū faui decoquūtur.) Hydromeli significat, quod fit ex aqua & melle tan tū. Vide Plinij libro. 14. ca. 17. Hoc utebātur Phryges. Aut palmarū fructus.) Hoc genere Parthi quō dā utebātur, & Indi & oriens totus: authore Plinio. Siue pomorū succo.) Hoc pomatiū uocāt. Vergi/lius: Atc̄ꝫ acidis imitātur uitea sorbis. Coctisc̄ꝫ frugibus.) Nā fit ex alijs quoc̄ꝫ herbis & leguminibus. De his uide Plinij libro. 14. ca. 15. Et nescio utrū apud nos.) Græcus senariº sic habet, παχυα γασηρ λεπ/τον δυ τικτει νοομ, id est, pinguis uēter, tenuē nō parit mentē. Et si mauis carmē, reddi carmine. Subtile peĉº uēter obesus nō parit. Porro quod Hieronymus sollicitus est, de uenustate græcanici carminis: sciat le/ctor leporē esse, in ambiguitate harū uocum, pinguis & tenuis. Nā pingue, ut significat obesum, ita stu/pidum ac tardum aut ebetem significat. Itē tenue significat macilentū, & subtile. Nā dicitur tenue cor/pus. Et Horatius in Satyris, res tenues dixit acutas ac subtiles. Cū igitur dicit, uenter pinguis, obesum si/gnificat: cum ait, mentē tenuē, acutā intelligit: & deflexit, alludens tñ interim ad uocē pinguis. Non calice sed concha.) Vergil. Vt concha bibat, & Serrano dormiat ostro. Est autē delicioſius concha bi/
B bere, c̄ꝫ calice. Phylacteria.) Dicuntur extremæ uestiū oræ, quod eam tueātur ac seruent: uel potius quod in his seruarētur mādata legis inscripta, ne exciderent animo. Iusserat em̄ Moses, ut in quatuor angulis pallioꝝ Hebræi hiacynthinas fimbrias facerēt: ut sicut circūcisio in corpe, ita hoc in uestе esset signū Israhelitæ. Itaq̄ superstitioſi faciebant grandes fimbrias, & acutissimas in eis spinas ligabāt: ut uel sic admonerētur cultus diuini. Q̄c̄ꝫ phylacteria quidam putāt mēbranas, in quibus descriptum Moy/si decalogū in fronte gestabāt. Quē morē & ad sua quoc̄ꝫ tēpora durasse, scripsit Hieronymus in Mat/thæum. His cœli plagis, hæc quadriga.) Alludit ad quadrigā Heliseі ꝓphetæ, de qua Regum. 4. ca. 13. Hippocrates.) Extat hoc hippocratis sacramētū, in libris medicorū: & uulgatiº est, c̄ꝫ ut hic sit referē/dū. Beatius est dare.) Hæc sententia citatur Actuū ca. 20. in eundem sensum a diuo Paulo. De mo/nogamia.) γαμος, græce coniugiū uocatur, μονος solus. Non admittitur autē ad sacerdotiū, cui bis sit du cta uxor, etiā si alterā habuerit ante baptismū: quāc̄ꝫ antiquitus sacerdotes nō uocabantur nisi episcopi, & ijdem ꝑsbyteri, tametsi postea presbyteri ceperunt a sacerdote distingui: Et Ὑγαμοι græcis dicuntur, quibus bis ducta uxor, nō bigami.

¶ ANTIDOTVS. In hac epistola, in qua nō exhortatur, sed uiuēdi ꝑscribit leges, uidetur oīno a clericis, hoc est, a ꝑsbyteris ac sacerdotibº & episcopis, exigere paupertatē, cū ait: Qui dn̄m possidet, & cum ꝓpheta dicit: Pars mea dn̄s, nihil extra dn̄m habere potest. Quod si quippiā aliud habuerit, ꝑter dn̄m, pars eius non erit dn̄s. Verbi gratia: Si aurū, si argentū, si possessiōes, si uariā supellectilē: cum istis partibº, dn̄s pars eius fieri non dignatur. Quid ais sanctissime Hieronyme, negas esse clericos, negas cū his dn̄m partē habere uelle, qbus sunt ꝑdia, qbus aurū in scrinijs, qbus argētū in marsupio, quibus supel/lex domi? Etiā si ista obuenerint hæreditate? Quid facies tot Christianis sacerdotibus, adeo locupleti/bus, ut his inuideant mundani principes? Quid episcopis, qui tot oppida possident, ut ne dicam de pre dijs? Quid summis pōtificibus, q pro censu, predijs, etiā belligerātur? Atqui hos adeo nō improbamus, ut nec te inter bonos uiros poneremus, nisi illorū oraculis cōprobatū. Per hos Christiani sumus oēs. Horū arbitratu Christo iungimur, aut a Christo segregamur. Et nō solū dn̄m cū his partē habere credi/mus, ueꝝ etiā spiritū Christi in illorū sinu latere ꝑsuasum habemº. Et adeo nō offēdunt nos in illis, regijs sumptibus in cœlum substructa palatia, famuloꝝ examina, ferro armati satellites, equitum turmæ, omia gēmis, auro, purpuraq̄ renidentia, ut hunc rerū strepitum, ad ecclesiæ dignitatē ꝑtinere credamus. Ve rum ego, saluo aliorū iudicio, quod Hieronymus hoc loco scripsit, inter cōsilia ponēdum esse puto, nō inter precepta. Et ob id in hanc partem fuisse uæhementiorē, quod illius ætate, iā labascente uera cleri/corum pietate, magna pars ad mundanum fastum, ad diuitiaꝝ cupiditatē esset ꝓpensior: cum ꝓprie sa cerdotū diuitiæ sint cœlestes non terrenæ. Nempe sacra doctrina, animus omniū quæ stultum uulgus miratur contemptor, uita inculpata, lucrum, plurimos traxisse ad Christum, triumphus martyrium. Queritur autem & alibi diuus Hieronymus accrescentibus ecclesiæ opibus, ueras illas opes fuisse diminutas. Vnde gliscenti ꝓmorbo succurrendum putauit, & in hanc partem conatus est trahe/

C re,ut nihil possiderent,quo saltem in medio consisterent,& moderato diuitiarum usu essent contenti.
¶ ALIVD In eadem,probat legem imperatoriã, qua cautũ erat olim,ne monachi aut clerici,caperẽt hæreditates,cũ ea tamẽ iniqua uideatur. Rursũ innuit,idẽ ab euangelio præcipi,qđ leges imperatoriæ iubebant,cũ ait: Et quasi maiora sint imperatorum scita,q̃ Christi: leges timem⁹,euãgelia cõtemnim⁹.
ALIVD Quod autẽ sequitur:Gloria episcopi est,pauperũ opibus prouidere:ignominia omniũ sacerdotũ est,ꝓprijs studere diuitijs:nõ oino condẽnat sacerdotes q̃ diuitias habẽt,sed q̃ illis studẽt. Studem⁹ aũt ei rei,quã plurimi facimus,quãq̃ magno conatu nobis parare cõtendim⁹. Cõdẽnat & episcopos,qui in ꝓphanos aut impios usus colligũt opes,quas in pauperũ sustẽtationẽ oportebat recõdi. Postræmo in hisce rebus habenda est ratio temporũ. Permultũ enim interest,inter primam illam ac rudẽ Christi ecclesiam,& hanc nostri temporis. Tunc omnibus huius mundi commodis destituta,solis Christi pollebat opibus,atq̃ his tanto gloriosius florebat, quo longius ab illis aberat. Deinde paulatim accesserunt opes, accessit principum, iam Christianorum fauor: deniq̃ accessit census, accessit imperiũ:quæ res an cum Christi philosophia cohæreant,aliorum esto iudiciũ. Nos scholia scribim⁹, non dogmata. Certe piarum mẽtium est,optare:ut his posteaq̃ contigerunt,posteaq̃ recepta sunt:si nõ possunt abijcere,non ad fastum ac libidinem,sed ad publicã ecclesiæ utantur utilitatem,& habeant ueluti nõ habẽtes,nec putent ea ad ornandã Christi religionẽ,sed onerãdam magis ꝓtinere. Proinde ueteres illi sancti uiri,quoniã propiores erãt apostolorũ temporibus,& adhuc spirabant purum illũ & nullis mundi bonis inquinatũ Christũ, ꝓmulta scripserunt,ab horũ temporũ forma longe lateq̃ discrepantia:ueluti Hieronymus,Ambrosius,Bernardus,ut omittam Græcos omneis:quæ tamẽ nõ cõuenit statim in calumniã uocare:sed potius ad uitæ correctionẽ trahere,& magis habere suspectos mores nostros, qui tantopere dissideãt a sanctissimorũ uirorũ monitis, qui Christi & apostolorũ secuti decreta, qui Christi afflati spiritu,ea prodiderũt,cum quibus an nostra cõcinant decreta nescio,certe nõ cõcordat uita. Eãq̃ uitæ rationẽ instituamus,ut nõ sit necesse Christi doctrinã ad nostros mores,& ad hominũ traditiones detorquere. Sed potius ad uerũ illud ac syncerũ Christi archetypũ,nostrã uitam omnẽ, nostraq̃ instituta accõmodemus. Neq̃ uero dubito,quin cõplures sint bonæ mẽtis episcopi,atq̃ in primis, hic noster Leo decimus,uir omnibus egregijs pontificis,dotibus,egregie cumulatus,permulta uideant,quæ uelint mutari:sed occurrentibus animo tot negocij difficultatibus,uerentur,ne parũ feliciter tentata remedia,uergant in maius periculũ,magis optantes quod optimũ sit,q̃ exigentes,& quod ipsi quoq̃ Paulo iam tum accidit,præscribentes, nõ quod Christo sit ꝓximum,sed quod ab his tẽporibus possit obtineri.

D

¶ HIERONYMVS AD NEPOTIANVM DE VITA ¶ CLERICORVM ET SACERDOTVM

PEtis a me Nepotiane charissime litteris transmarinis,& crebro petis: ut tibi breui uolumine digerã præcepta uiuẽdi:& qua ratiõe,qui sæculi militia derelicta, uel monachus cœperit esse,uel clericus,rectũ Christi tramitem teneat:ne ad diuersa uitiorũ diuerticula rapiatur. Dum essem adolescens,immo pene puer:& primos impetus lasciuiẽtis ætatis, eremi duricia refrenarem:scripsi ad auunculũ tuum sanctum Heliodorum exhortatoriam epistolam,plenam lachrymis querimonijsq̃: & quæ deserti sodalis monstraret affectum. Sed in illo opere pro ætate tunc lusimus:& calentibus adhuc rhetorum studijs atq̃ doctrinis,quædam scholastico flore depinximus. Nunc iam cano capite,& arata rugis fronte,& instar boum pendentibus a mento palearibus: Frigidus obsistit circũ præcordia sanguis. ¶ Vnde & in alio loco idẽ poeta canit. ¶ Omnia fert ætas,animum quoq̃. ¶ Et post modicum. ¶ Nunc oblita mihi tot carmina,uox quoq̃ Mœrin. ¶ Iam fugit ipsa. ¶ Quod ne de gentili tantũ litteratura proferre uideamur,diuinorũ uoluminum sacramẽta cognosce. Dauid annos natus septuaginta,bellicosus quondã uir:senectute frigescente,nõ poterat calefieri. Quæritur itaq̃ puella de uniuersis finibus Israel Abisac sunamitis:quæ cum rege dormiret:& senile corpus calefaceret. Nonne tibi uidetur:si occidentem sequaris litteram,uel figmentum esse de mimo,uel Atellanarum ludicro? Frigidus senex obuoluitur uestimentis:& nisi cõplexu adolescentulæ non tepescit. Viuebat adhuc Bethsabee: supererat Abigayl:& reliquæ uxores eius, & cõcubinæ,quas scriptura cõmemorat. Oẽs quasi frigidæ repudiãtur:& in unius tantũ adolescẽtulæ grãdæuus calescit amplexib⁹. Abrahã multo Dauid senior fuit:& tñ uiuẽte Sara,aliã non quæsiuit uxorẽ. Isaac duplices Dauid ãnos habuit:& cũ Rebecca iã uetula nunq̃ friguit. Taceo de priorib⁹añ diluuiũ uiris:q̃ post ãnos nongẽtos:nõ dico senilibus,sed pene iã carios artub⁹:nequaq̃ puellares quæsiere amplexus. Certe

A Moyſes dux iſraelitici ppli,centū & uiginti ānos habebat:& Sephorā nō mutauit.Quæ eſt igit̄ iſta Sunamitis,uxor & uirgo:tam feruēs,ut frigidum calefaceret:tā ſancta,ut calentē ad libidinē non prouocaret:Exponat ſapientiſſimus Salomon patris ſui delitias,& pacificus,bellatoris uiri narret amplexus.Poſſide ſapientiam:poſſide intelligentiā.Ne obliuiſcaris, & ne declinaueris a uerbis oris mei.Neq; derelinquas illam,& apprehendet te:ama illā,& ſeruabit te.Principium ſapientiæ,poſſide ſapientiam:& in omni poſſeſſione tua,poſſide intelligentiam: circūda illam, & exaltabit te:honora illā,& amplexabit̄ te:ut det capiti tuo coronam gratiarum.Corona quoq; delitiarum protegat te.Omnes pene uirtutes corporis,mutantur in ſenibus:& creſcente ſola ſapiētia:decreſcūt cæteræ uirtutes,ieiunia,uigiliæ,& eleemoſynæ,chameuniæ:huc illucq; diſcurſus, peregrinorū ſuſceptio,defenſio pauperum,inſtantia orationū,perſeuerantia,uiſitatio languentium,labor manuū:unde præbeantur eleemoſynæ.Et,ne ſermonē longius protrahā:cūcta quæ per corpus exercentur:fracto corpore minora fiunt.Nec hoc dico:qd̄ in iuuenibus & adhuc ſolidioris ætatis:his dūtaxat qui labore & ardentiſſimo ſtudio:uitæ quoq; ſanctimonia:& orationis ad dñm Ieſum frequentia ſcientiā conſecuti ſunt,frigeat ſapientia: quæ in plæriſq; ſenibus ætate marceſcit. Sed quod adoleſcentia multa corporis bella ſuſtineat: & inter incentiua uitiorum,& carnis titillationes: quaſi ignis in lignis uiridibus ſuffocetur:& ſuum non poſſit explicare fulgorem.Senectus uero:rurſus eorum,qui adoleſcentiā ſuam honeſtis artibus inſtruxerunt, & in lege domini meditati ſunt die ac nocte:ætate fit doctior,uſu tritior,proceſſu temporis ſapientior:& ueterum ſtudiorum dulciſſimos fructus metit.Vnde & ſapiens ille uir Græciæ Themiſtocles:cum expletis,centū & ſeptem annis,ſe mori cerneret,dixiſſe fertur,ſe dolere,quod tūc egrederetur de uita:quādo ſapere cœpiſſet.Plato octogeſimo primo āno ſcribens,mortuus eſt. Et Iſocrates, nonaginta & nouem annos, in docendi ſcribendiq; labore compleuit.Taceo cæte-
B ros philoſophos,Pythagoram,Democritū,Xenocratē,Zenonē,Cleanthē:qui iam ætate longe ua,in ſapientiæ ſtudijs floruerunt:ad poeteas uenio.Homerum,Heſiodū,Simonidē,Steſichorum:qui grādes natu, cygneū neſcio quid,& ſolito dulcius,uicina morte,cecinerunt.Sophocles cum propter nimiam ſenectutem & rei familiaris negligētiam,a filijs accuſaret̄ amentiæ:Oedipi fabulam(quā nuper ſcripſerat)recitauit iudicibus:& tantū ſapientiæ in ætate iam fracta ſpecimē dedit:ut ſeueritatē tribunalium,in theatri fauorem uerteret.Nec mirum:cum etiam Cato Cenſorius,Romani generis diſertiſſimus iam & ſenex,græcas litteras diſcere,nec erubuerit,nec deſperauerit.Certe Homerus refert:quod de lingua Neſtoris,iam uetuli & pene decrepiti,dulcior melle oratio fluxerit.Sed & ipſius nominis Abiſac ſacramentū,ſapientiam ſenum indicat ampliorem.Interpretatur em̄,pater meus ſuperfluus,uel patris mei rugitus.Verbum ſuperflui ambiguū eſt,ſed in præſenti loco uirtutem ſonat:quod amplior ſit in ſenibus,& redundās ac larga ſapientia.In alio autē loco ſupfluus,quaſi non neceſſarius ponitur.Abiſac autē,id eſt,rugitus,ꝓprie nuncupatur:cum maris fluctus reſonat:& (ut ita dicam)de pelago ueniens fremitus auditur.Ex quo oſtenditur abundantiſſimū: & ultra humanā uocem diuini ſermonis in ſenibus tonitruū cōmorari.Porro Sunamitis in lingua noſtra,coccinea dicit̄:ut ſignificet calere ſapiētiā & diuina lectiōe feruere:quod licet dñici ſanguinis indicet ſacramentū:tñ & feruorē oſtēdit ſapientiæ.Vnde & obſtetrix illa in Geneſi coccinū ligat in manu Phares:qui ab eo quod parietem diuiſerat:duos ante populos ſeparantē,diuiſoris,id eſt Phares ſortitus eſt nomē.Et Rahab meretrix, in typo eccleſiæ reſticulā myſteriū ſanguinis cōtinentē:ut Hiericho pereunte,domus eius ſaluaret̄,appēdit.Vnde & in alio loco de uiris ſanctis ſcriptura cōmemorat:Hi ſunt,q uenerūt de calore domus patris Rechab.Et dñs noſter in euāgelio:Ignē inquit ueni mittere in terrā,& quā uolo ut ardeat.Qui in diſcipulorū corda ſuccēſus,cogebat eos dicere:Nōne cor noſtrū ardens erat in nobis,dū loquereť in uia:& aperiret nobis ſcripturas?Quorſum hæc tā lōgo repetita principio?Ne a me q̄ras pueriles declamatiōes,ſentētiaꝝ floſculos,uerborū lenocinia:& ꝑ fines capitulorꝝ ſingulorū acuta q̄dā breuiterq; cōcluſa:quæ plauſus & clamores excitēt audiētiū.Amplexet̄ me modo ſapiētia:& Abiſac noſtra,quæ nūq; ſeneſcit,in meo reqeſcat ſinu,Impolluta eſt:uirginitatiſq; ꝑpetuæ,& quæ in ſimilitudinē Mariæ cum quotidie generet: ſemperq; parturiat: incorrupta eſt.Hinc reor dixiſſe & Apoſtolum:Spiritu feruentes.Et in euā

C gelio dominū prædicasse,quod in fine mundi:quando iuxta ꝓphetam Zachariam: stultus pa
stor esse cœperit,sapiētia decresente,refrigescet charitas multorū.Audi igitur:ut beatus Cypria
nus ait:non diserta,sed fortia. Audi fratrem collegio:patrem senio,qui te ab incunabulis fidei
usq; ad perfectam ducat ætatem,& per singulos gradus uiuendi præcepta constituens,in te cæ/
teros erudiat.Scio quidem ab auunculo tuo beato Heliodoro:qui nunc pontifex Christi est:te
& didicisse quæ sancta sunt:& quotidie discere:normamq; uitæ eius, exemplū habere uirtutū.
Sed & nostra qualiacunq; sunt:suscipe,& libellū hunc:libello illius copulato:ut cum ille te mo
nachum erudierit:hic clericū doceat esse perfectū. ¶ Igitur clericus qui Christi seruit eccle siæ:
interpretetur primo uocabulū suum:& nominis definitione prolata,nitatur esse quod dicit̄.
Si em̄ cleros græce,sors latine appellatur:propterea uocantur clerici:uel quia de sorte sunt dñi:
uel quia ipse dñs sors,id est pars,clericorum est. Qui autem uel ipse pars dñi est,uel dñm partē
habet,talem se exhibere debet:ut & ipse possideat dñm,& possideatur a dño. Qui dñm possi/
det & cum ꝓpheta dicit:Pars mea dñs:nihil extra dñm habere potest.Quod si quippiā aliud
habuerit præter dñm,pars eius non erit dominus. Verbi gratia:Si aurum,si argentū,si posses/
siones,si uariam supellectilē:cum istis partibus,dñs pars eius fieri non dignabitur. Si autē ego
pars dñi sum:& funiculus hæreditatis eius:nec accipio partē inter cæteras tribus,sed quasi leuita
& sacerdos uiuo de decimis:& altari seruiens,altaris oblatione sustentor:habēs uictum & uesti/
tū,his cōtentus ero:& nudā crucē,nudus sequar. Obsecro itaq; te & repetens,iterūq; iterūq; mo/
nebo:ne officiū dericat̄ genus antiquæ militiæ putes,id est,ne lucra sæculi in Christi quæras mi
litia:ne plus habeas cū quando dericus esse cœpisti, & dicatur tibi:Cleri eorum non proderunt
eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi,cū fuerant sæculares,& clerici:qui possideāt opes sub
Christo paupere:quas sub locuplete & fallace diabolo nō habuerant:ut suspiret eos ecclesia di/
D uites: quos mundus tenuit ante mēdicos. Mensulā tuā pauperes & peregrini:& cū illis Chri
stus conuiua nouerit:Negociatorem clericum,& ex inope diuitem:ex ignobili glorio sum, qua/
si quandā pestem fuge.Corrumpunt mores bonos cōfabulationes pessimæ. Tu aurum cōtem/
nis,alius diligit:tu calcas opes,ille sectatur:tibi cordi est silentium,mansuetudo,secretum:illi uer
bositas,attrita frons:cui nundinæ, fora placent & plateæ,ac medicorum tabernæ.In tanta mo/
rum discordia,quæ potest esse concordia? ¶ Hospitiolum tuum,aut raro,aut nunq; mulierū
pedes terant.Omnes puellas & uirgines Christi,aut æqualiter ignora,aut æqualiter dilige.Ne
sub eodem tecto mansites:nec in præterita castitate cōfidas.Nec sanctior Dauid:nec Salomo
ne potes esse sapientior.Memento semper,quod paradisi colonū,de possessione sua mulier eie
cerit.Aegrotanti tibi quilibet sanctus frater assistat,& germana,uel mater,aut probatæ quæli/
bet apud omnes fidei.Quod si huiusce modi non fuerint consanguinitatis castimoniæq; perso
næ:multas anus nutrit ecclesia: quæ & officium præbeant,& beneficium accipiant minis tran/
do:ut infirmitas quoq; tua fructū habeat eleemosynæ.Scio quosdā cōualuisse corpe:& animo
ægrotare cœpisse.Periculose tibi ministrat:cuius uultū frequēter attendis. ¶ Si ꝓpter officiū
clericatus,aut uidua a te uisitat̄,aut uirgo:nūq; domū solus introeas: Tales habeto socios:quo
rum cōtubernio nō infameris.Si lector,si acolytus,si psaltes te sequitur:non ornētur uestę,sed
moribus:nec calamistro crispent comas,sed pudicitiā habitu polliceātur.Solus cum sola,secre
to & absq; arbitro,uel teste, nō sedeas.Si familiarius est aliquid loquendū:habet nutricē maio
rē domus:uirginē,uiduā,uel maritatā:nō est tam inhumana:ut nullū præter te habeat:cui se au
deat credere. Cauete omnes suspitiōes:& quicquid ꝓbabiliter fingi potest,ne fingat̄,ante de/
uita.Crebra munuscula,& sudariola,& fasciolas,& uestes ori applicitas,ac degustatos cibos:blā
das q; & dulces litterulas,sanctus amor nō habet. Mel meū,lumē meū, meū desyderiū: omēs
delitias,& lepores,& risu dignas urbanitates:& cæteras ineptias amatorū,in comœdijs erube/
scim̄:in sæculi hoibus detestamur:q̄ntomagis in monachis & in dericis:q̄ꝝ & sacerdotiū ꝓpo
sito:& ꝓpositū ornat̄ sacerdotio? Nec hoc dico,q d̄aut in te,aut in sanctis uiris ista formidē:sed
q d̄in om̄i ꝓposito:in om̄i gradu & sexu,& boni & mali reperiant̄:malorūq; cōdēnatio,laus bo
norꝫ sit. ¶ Pudet dicere,sacerdotes idolorꝫ:mimi,& aurigæ,& scorta, hæreditates capiūt: solis
dericis & monachis hoc lege ꝓhibet̄:& ꝓhibet̄ nō a ꝓsecutorib̄,sed a principib̄ Christianis.

A Nec de lege conqueror, ſed doleo:cur meruerimus hanc legem. Cauterium bonum eſt:ſed quo mihi uulnus,ut indigeam cauterio? Prouida ſeuera q̄ legis cautio:& tamē nec ſic refrenatur aua ricia. Per fidei cōmiſſa legibus illudimus:& quaſi maiora ſint imperatorū ſcita q̄ Chriſti: leges timemus,euangelia contemnimus. Sit hæres,ſed mater filiorum,id eſt,gregis ſui,eccleſia:quæ il/ los genuit,nutriuit & pauit. Quid nos inſerimus,inter matrē & liberos? Gloria epiſcopi eſt,pau perū opibus prouidere. Ignominia omniū ſacerdotū eſt,propriis ſtudere diuitiis. Natus in pau pere domo & in tugurio ruſticano:qui uix milio & cibario pane,rugientē ſaturare uentrem po/ teram:nunc ſimilam & mella faſtidio. Noui & genera & nomina piſcium:in quo littore concha lecta ſit calleo:ſaporibus auium diſcerno prouincias:& ciborum me raritas,ac nouiſſime,dāna/ ipſa delectant. Audio præterea in ſenes,& anus abſq̄ liberis,quorundam turpe ſeruitiū. Ipſi apponunt matulā, obſident lectum,purulentiā ſtomachi,& phlegmata pulmonis,manu ppria ſuſcipiunt. Pauent ad introitum medici: trementibuſq̄ labiis an cōmodius habeant,ſciſcitātur: & ſi paululum ſenex uegetior fuerit,periclitantur:ſimulata q̄ lætitia,mens intrinſecus auara tor/ quetur. Timent enim,ne perdant miniſteriū:& uiuacem ſenem,Mathuſalē annis cōparant. O quanta apud deū merces: ſi in præſenti preciū non ſperarent. Quantis ſudoribus hæreditas caſ/ ſa expetitur? Minori labore margaritum Chriſti emi poterat. Diuinas ſcripturas ſæpius lege,immo nunc̄ de manibus tuis ſacra lectio deponatur. Diſce quod doceas:obtine eum qui ſecundū doctrinam eſt, fidelē ſermonē:ut poſſis exhortari in doctrina ſana:& cōtradicentes re/ uincere. Permane in his quæ didiciſti,& credita ſunt tibi:ſciens a quo didiceris: Paratus ſemp ad ſatiſfactionē,omni poſcenti te rationē,de ea quæ in te eſt ſpe & fide. Non cōfundant opera tua ſermonem tuum:ne cū in eccleſia loqueris,tacitus quilibet reſpondeat:cur ergo hæc quæ dicis,
B ipſe non facis? Delicatus magiſter eſt,qui pleno uentre de ieiunijs diſputat. Accuſare auariciam & latro poteſt. Sacerdotis Chriſti os,mens,manuſq̄ concordēt. Eſto ſubiectus pontifici tuo, & quaſi animæ parentem ſuſpice. Amare filiorum,timere ſeruorū eſt. Si pater ſum inquit: ubi eſt honor meus? Si dominus ego ſum:ubi eſt timor meus? Plura tibi in eodem uiro obſeruāda ſunt noia: Monachus,pōtifex,auunculus tuus,q̄ te iam in oīibus quæ ſancta ſunt docuit. Illud etiam dico:q̄ d'epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint,non dominos: honorent dericos quaſi deri/ cos:ut & ipſis a dericis,quaſi epiſcopis honor deferatur. Scitum illud eſt oratoris Domitij: Cur ego te,inquit,habeam ut principem:cum tu me non habeas ut ſenatorem? Quod Aaron & fi/ lios eius:hoc epiſcopū & preſbyteros eſſe nouerim⁹: Vnus dñs,unum templū ,unum ſit etiam miniſterium. Recordemur ſemper quid apoſtolus Petrus præcipiat ſacerdotibus. Paſcite eum qui in uobis eſt gregem dñi,prouidentes non coacte,ſed ſpontanee ſecundū deū:neq̄ ut turpis lucri gratia,ſed uoluntarie:neq̄ ut dominantes in derū,ſed forma facti gregi ex animo:ut cū ap paruerit princeps paſtorū: p̄cipiatis immarceſſibilem gloriæ coronā. Peſſimæ cōſuetudinis eſt in quibuſdam eccleſijs,tacere preſbyteros:& preſentibus epiſcopis nō loqui, quaſi aut inuideāt, aut non dignentur audire. Et ſi alij(inquit apoſtolus Paulus)fuerit reuelatum ſedenti:prior ta/ ceat. Poteſtis enim per ſingulos prophetare:ut omnes diſcant:& omnes conſolentur:& ſpiritus prophetarū,prophetis ſubiectus eſt. Nō em̄,diſſenſionis deus,ſed pacis. Gloria patris eſt filius ſapiens. Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo,cum tales Chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in eccleſia ,non clamor populi:ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorū,laudes tuæ ſint. Sermo preſbyteri,ſcripturarum lectione conditus ſit. Nolo te declamatorem eſſe & rabulam garrulū q̄ ſine ratione: ſed myſteriorum peritum: & ſacramentorū dei tui eruditiſſimū. Verba uoluere: & celeritate dicēdi apud imperitū uulgus admirationē ſui facere,indoctorū hominū eſt. Attri/ ta frons,interpretatur ſæpe quod neſcit:& cū alijs perſuaſerit,ſibi quo q̄ uſurpat ſcientiā. Præce/ ptor quōdā me⁹ Gregori⁹ Nazāzenus,rogat⁹ a me ut exponeret:q̄d ſibi uellet in Luca ſabbatū δευτεροπρωτον,elegāter luſit: Docebo te inquiēs ſup̄ hac re in eccleſia:in qua mihi oīi populo accla mante,cogeris inuitus ſcire quod neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris,ſolus ab omnibus ſtulticiæ cō demnaberis. Nihil tam facile,c̄ uilem plæbeculam & indoctam contionem:linguæ uolubilita te decipere:quæ quicquid non intelligit,plus miratur. M. Tullius in quem pulcherrimū illud elo giū eſt: Demoſthenes tibi præripuit:ne eſſes primus orator:tu illi:ne ſol⁹:in oratione p Quinto

C Gallo,quid de fauore uulgi:& de imperitis concionatoribus loquatur: attende: ne his fraudi/
bus ludaris. Loquor enim,quæ ſum ipſe nuper expertus. Vnus quidam poeta nominatus ho
mo,perlitteratus:cuius ſunt illa colloquia poetarum ac philoſophorum:cū facit Euripidem &
Menandrum inter ſe:& alio loco Socratem atq; Epicurum differentes: quorum ætates non
ānis,ſed ſæculis ſcimus eſſe diſiunctas:quātos is plauſus & clamores mouet? Multos em̄ cōdi/
ſcipulos habet in theatro:qui ſimul litteras non didicerāt. ¶ Veſtes pullas æque deuita,ut cā
didas. Ornatus ut ſordes pari modo fugiēdæ ſunt:quia alterū delitias:alterum gloriam redo
let. Non abſq; amictu lineo incedere: ſed precium ueſtium linearū non habere laudabile eſt.
Alioquin ridiculū & plenum dedecoris eſt,referto marſupio,q; ſudarium orariū q; nō habeas
gloriari. Sunt qui pauperibus paulum tribuunt,ut amplius accipiāt,& ſub prætextu eleemoſy
næ quærūt diuitias: quæ magis uenatio appellāda eſt: c̄; eleemoſynæ gen⁹. Sic beſtiæ,ſic aues,
ſic capiuntur & piſces. Modica in hamo eſca ponitur:ut matronarū in eo ſacculi protrahantur.
Sciat epiſcopus,cui cōmiſſa eſt eccleſia,quem diſpenſationi pauperum curæq; præficiat. Melius
eſt non habere quod tribuam:c̄; impudenter petere quod recondam. Sed & genus arrogan/
tiæ eſt:clæmētiorē te uelle uideri,c̄; pontifex Chriſti eſt. Nō omnia poſſumus omēs. Alius in
eccleſia oculus eſt,alius lingua,alius manus,alius pes,auris,uenter:& cætera. Lege Pauli epi/
ſtolam ad Corinthios:quō diuerſa membra unum corpus efficiunt. Nec ruſticus tamē & ſim/
plex frater ideo ſe ſanctum putet,ſi nihil nouerit:nec peritus & æloquens,lingua æſtimet ſan/
ctitatem. Multo q; melius eſt e duobus imperfectis,ruſticitatem ſanctam habere:c̄; æloquen/
tiam peccatricem. ¶ Multi ædificant parietes:& columnas eccleſiæ ſubſtruunt,marmora
nitent,auro ſplendent laquearia,gēmis altare diſtinguitur,& miniſtrorum Chriſti nulla
electio eſt. Neq; uero mihi aliquis opponat:diues in Iudæa templum,menſam,lucernas,
thuribula,patellas,ſcyphos,mortariola,& cætera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probaban
tur a domino:quando ſacerdotes hoſtias immolabant:& ſanguis pecudum erat redem/
D ptio peccatorū. Q; c̄; hæc omnia præceſſerint in figura:. Scripta ſunt autem propter nos,
in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc uero cum paupertatem domus ſuæ pauper
dominus dedicarit,cogitemus crucem eius,& diuitias lutum putabimus. Quid miramur
quod Chriſtus uocat iniquū māmona? Quid ſuſpicimus & amamus:quod Petrus ſe nō
habere, glorioſe teſtat? Alioquin,ſi tm̄ litterā ſeq̄mur:& in auro atq; diuitijs ſimplex nos
delectat hiſtoria:cum auro obſeruemus & cætera. Ducant pontifices Chriſti,uxores uirgi/
nes: Q; uis bonæ mētis ſit qui cicatricem habuerit,& deformis eſt, priuet ſacerdotio: lepra
corporis,animæ uitijs præferatur: Creſcamus & multiplicemur,& repleamus terram,nec
immolemus agnum,nec myſticum paſcha celebremus:quia hæc abſq; templo,fieri lege p/
hibentur. Figamus ſeptimo menſe tabernaculum, & ſolenne ieiunium buccina concrepe/
mus. Quod ſi hæc omnia ſpiritualibus ſpiritualia comparantes,ſcienteſq; cū Paulo, q; lex
ſpūalis eſt:& Dauid uerba cantantis: Reuela oculos meos,& conſyderabo mirabilia de le/
ge tua:ſic intelligimus:ut dñs quoq; noſter intellexit:& interpretatus eſt ſabbatum:aut au/
rum repudiemus cum cæteris ſuperſtitionibus Iudæorum:aut, ſi aurum placet, placeant &
Iudæi: quos cum auro:aut probare nobis nceſſe eſt:aut damnare. ¶ Conuiuia tibi uitāda
ſunt ſæculariū:& maxime eorū,qui honoribus tument. Turpe eſt ante fores ſacerdotis Chri
ſti crucifixi & pauperis:& q cibo quoq; ueſcebatur alieno:lictores conſulū,& milites excuba
re:iudicem q; puinciæ melius apud te prandere,c̄; in palatio. Quod ſi obtenderis te facere
hæc:ut roges pro miſeris atq; ſubiectis:iudex ſæculi plus deferet clerico continenti,c̄; di/
uiti:& magis ſanctitatē tuam uenerabitur:c̄; opes. Aut ſi talis eſt,qui nō audiat clericos p
quibuſlibet tribulantibus,niſi inter phyalas:libēter carebo huiuſcemodi beneficio:& Chri
ſtum rogabo pro iudice:qui magis & citius ſubuenire poteſt, c̄; iudex: Melius enim eſt
confidere in domino, c̄; confidere in homine. Melius eſt ſperare in domino, c̄; ſperare in
principibus. ¶ Nunc̄; uinum redoleas: ne audias illud philoſophi: Hoc non eſt oſcu/
lum porrigere: ſed uinum propinare. Vinolentos ſacerdotes & Apoſtolus damnat,& ue
tus lex prohibet: Qui altario deſeruiunt:uinum & ſiceram non bibāt. Sicera hebræo ſermo

A ne omnis potio nuncupatur,quæ inebriare poteſt,ſiue illa quæ frumento conficitur, ſiue po/
morum ſucco:aut cum faui decoquuntur in dulcem & barbaram potionem:aut palmarum
fructus exprimuntur in liquorem:coctiſq; frugibus, aqua pinguior coloratur. Quicquid ine
briat,& ſtatum mentis euertit:fuge ſimiliter ut uinum. Nec hoc dico,q; dei a nobis creatura
damnetur.(Siquidem & dñs uini potator,eſt appellatus:& Timotheo dolenti ſtomachum,
modica uini ſorbitio relaxata eſt:)ſed modum pro ætatis,& ualitudinis & corporũ qualita/
te,exigimus in potando. Quod ſi abſq; uino ardeo adoleſcentia,& inflãmor calore ſangui/
nis, & ſucculento ualidoq; ſum corpore,libenter carebo poculo ,in quo ſuſpitio ueneni eſt.
Pulchre dicit apud græcos, & neſcio an apud nos æque reſonet. Pinguis uẽter,nõ gignit
mẽtẽ tenuẽ. Tantũ tibi ieiuniorũ modũ impone,quãtũ ferre potes. Sint tibi pura caſta,ſim
plicia,moderata, & non ſupſtitioſa ieiunia. Quid prodeſt oleo non ueſci:& moleſtias quaſ/
dam difficultateſq; ciborum quærere,carycas, piper, nuces,palmarũ fructus,ſimilam,mel,
piſtacia? Tota hortorum cultura uexatur:ut cibario non ueſcamur pane,& dum delitias ſe
ctamur,a regno cœlorum retrahimur. Audio præterea quoſdam cõtra rerum hominumq;
naturam,aquam non bibere:nec ueſci pane,ſed ſorbitiunculas delicatas & contrita olera,be
tarumq; ſuccum,non calice ſorbere,ſed concha. Proh pudor,nõ erubeſcimus iſtiuſmodi in/
eptijs:nec tedet ſuperſtitionis? Inſuper etiam famam abſtinentiæ in delitijs quærimus. For/
tiſſimum ieiuniũ eſt,aqua & panis. Sed quia gloriam nõ habet,& omnes pane & aqua uiui
mus:quaſi publicum & cõmune ieiuniũ nõ putatur. ¶ Caue ne hominũ rumuſculos aucu/
peris:ne offenſam dei,populorum laude cõmutes. Si adhuc(inquit Apoſtolus) hominibus
placerẽ: Chriſti ſeruus non eſſem. Deſijt placere hominibus:& ſeruus factus eſt Chriſti. Per
B bonã famam & malam,a dextris & a ſiniſtris,Chriſti miles graditur:nec laude extollitur:nec
uituperatione frangitur. Non diuitijs tumet,non contrahitur paupertate,& læta cõtemnit &
triſtia. Per diem ſol nõ urit eum,neq; luna per noctem. Nolo te orare in angulis platearũ,ne
rectum iter precum tuarum, frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias: & oſten/
tui habere phylacteria,& cõſcientia repugnante,phariſaica ambitione circundari. Quãto me
lius erat hæc? non in corpore,ſed incorde geſtare:& deũ habere fautorem,non aſpectus ho/
minum? Inde pendet euãgeliũ:inde lex & prophetæ,ſiue ſacra & apoſtolica doctrina. Melius
eſt emẽ hæc omia in mẽte portare,q; in corpore. Fidelis mecum lector intelligis: quid taceam,
& quid magis tacẽdo loquar. Tot te regulæ,quot ſpecies gloriarũ percurrant. Vis ſcire qua
les dominus quærat ornatus? Habeto prudentiam,iuſticiam,temperantiã,fortitudinem. His
cœli plagis includere:hæc te quadriga uelut aurigam Chriſti ad metam cõcita ferat. Nihil hoc
monili precioſius, nihil hac gemmarũ uarietate diſtinctius. Ex omi parte decoraris, cingeris,
atq; protegeris:& ornamento tibi ſunt & tutamini:gemmæ uertũtur in ſcuta. ¶ Caue quoq;
ne aut linguam,aut aures habeas prurientes,id eſt,ne aut ipſe alijs detrahas,aut alios audias de
trahentes. Sedens,inquit,aduerſus fratrem tuum loquebaris:& aduerſus filium matris tuæ po
nebas ſcandalum:hæc feciſti & tacui. Exiſtimaſti inique,quod ero tui ſimilis: arguã te & ſtatuã
contra faciem tuam. Parce a detractione linguæ:cuſtodi ſermones tuos:& ſcito quia per cuncta,
quæ de alijs loqueris, tua conſcientia iudicaris: & in his ipſe deprehenderis, quæ in alijs ar/
guebas. Neq; uero illa iuſta eſt excuſatio:referentibus alijs,iniuriam facere non poſſum. Nemo
inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nunq; figitur:interdum reſiliens percutit diri
gentem. Diſcat detractor,dum te uidet nõ libenter audire,non facile detrahere. Cum detracto/
ribus(ait Salomon)ne miſcearis:quoniã repente ueniet perditio eorum,& ruinam utriuſq; quis
nouit? tam uidelicet eius qui detrahit: q; illius qui accõmodat aurem detrahenti. ¶ Officij tui
eſt uiſitare languentes:noſſe domos matronarum:ac liberos earum:& nobilium uirorũ cuſtodi
re ſecreta. Officij tui eſt:non ſolum oculos caſtos ſeruare,ſed & linguam. Nunq; de formis mu/
lierũ diſputes:nec quid agat in alia, domus alia per te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos
ſuos anteq; doceat:& in uerba ſua iurare compellit:extorquet ſacramento ſilentium,ſermonẽ,
inceſſum,habitum,moreſq; præſcribit. Quanto magis nos,quibus animarũ cura commiſſa eſt:
omniũ Chriſtianorũ domos debemus amare,quaſi proprias? Conſolatores potius nos in mœ

C roribus ſuis,q̃ conuiuas in proſperis nouerint. Facile contemnitur clericus,qui ſæpe uocatus ad prandium, ire non recuſat. Nunq̃ petentes: raro accipiamus rogati. Beatius em̃ eſt magis dare q̃ accipere. Neſcio em̃,quomodo etiam ipſe qui deprecatur ut tribuat, cum acceperis,uiliorẽ te iudicat: & mirũ in modum ſi eum rogãtem contempſeris:plus te poſterius ueneratur. Prædicator continentiæ,nuptias ne conciliet. Qui Apoſtolum legit:ſupereſt ut qui habent uxores:ſic ſint quaſi non habeant:cur uirginem cogit ut nubat? Qui de monogamia ſacerdos eſt:quare uiduam hortatur ut digama ſit? Procuratores & diſpenſatores domorũ alienarũ atq; uillarum: quomodo poſſunt eſſe clerici:qui proprias iubentur contemnere facultates? Amico quippiã rapere,furtum eſt. Eccleſiam fraudare,ſacrilegium eſt. Accepiſſe quod pauperibus erogandũ ſit,& eſurientibus plurimis,uel cautũ eſſe uelle,uel timidum:aut(quod apertiſſimi ſceleris eſt) aliquid inde ſubtrahere: omniũ prædonũ crudelitatem ſuperat. Ego fame torqueor, & tu iudicas quantũ uentri meo ſatis ſit? Aut diuide ſtatim quod acceperis:aut ſi timidus diſpenſator es, dimitte largitorem:ut ſua ipſe diſtribuat. Nolo ſub occaſiõe mea ſacculus tuus plenus ſit. Nemo me melius,mea ſeruare poteſt. Optimus diſpẽſator eſt,qui ſibi nihil reſeruat. Coegiſti me Nepotiane chariſſime:lapidato iã uirginitatis libello,quẽ ſanctæ Euſtochio Romæ ſcripſeram:poſt annos decem rurſus Bethleem ora reſerare:& confodiendum me linguis omniũ prodere. Aut em̃ nihil ſcribendum fuit:ne hominũ iudicium ſubiremus,quod tu facere prohibuiſti:aut ſcribentes noſſe,cunctorum aduerſum nos maledicorum tela torquenda. Quos obſecro ut quieſcant & deſinant maledicere. Non em̃ ut aduerſarijs: ſed ut amicis ſcripſimus. Nec inuecti ſumus in eos q̃ peccãt: ſed ne peccent monuim9. Neq; in illos tm̃,ſed & in noſipſos ſeueri iudices fuimus. Volẽteſq; feſtucã de oculo alterius tollere: noſtram primũ trabem eiecim9. Nullũ læſi,nullius nomẽ mea ſcriptura deſignatũ eſt. Neminẽ ſpecialiter meus ſermo pulſauit. Generalis de uitijs diſputatio eſt. Qui mihi iraſci uoluerit,ipſe de ſe quod talis ſit,confitebitur.

D

EPISTOLAE SEQVENTIS ARGVMENTVM

HElIodorum monachum & Epiſcopũ: conſolatur ſuper morte Nepotiani monachi & preſbyteri,ex ſorore nepotis. Ac primũ poſt propoſitum argumentũ,expatiatur in locum iucundum ac plenum affectibus,de morte a Chriſto deuicta. Deinde conſolationem aggrediens,uarijs exemplis oſtendit,quatenus Chriſtiano ſit in amicorũ morte dolendũ. Deinde intermiſſa conſolatione,Nepotiani laudes,partib9 demõſtratiui generis explicat. Poſt regrediens ad intermiſſam conſolationẽ,oſtenſa miſeria & breuitate huius uitæ,tum autẽ publica calamitate temporũ, hortatur ad contemptũ uitæ,& ad morũ correctionẽ.

SCHOLIA.

STilus eſt,cuiuſmodi ferme in cæteris epiſtolis,ardẽs ac uarius. Compoſitio,cõmatis,colis, ac periodis ubiq; rotunda. Schematis præcipue gaudet,contrarijs,& cõtentionibus. Ad nominationes rarius adhibet,ſed aptiſſimas. Sententias ubiq; captat,ſed feliciter: preſertim in clauſulis epiphonematis loco. Trãſitiones crebras habet, propterea,quod diuerſis ex reb9,diuerſiſq; auctoribus,ueluti centones ac rhapſodias cõcinnat. Nec eas tamẽ ocioſas,aut frigidas eſſe ſinit: ſed locis cõmunibus,affectibus,ac ſententijs explet. Totus hic eſt in affectib9 illis grauioribus,quos πάθη uocant. Vnde ſepenumero figuris tragœdiarum utitur.

SI GENVS argumẽti requiras,epitaphion eſt. Differt autẽ epitaphion auctore Seruio,ab Epicedio, quod hoc in funere ſoleat adhiberi,illud poſt ſepulturã. Vtraq; uox græca eſt. Nam τάφος ſepulchrũ eſt, κῆδος dolor,quibus accedit præpoſitio ἐπί. Mixtum eſt hoc genus, ex eo quod appellant ἐπιδεικτικὸν ſiue ἐγκωμιαστικὸν,id eſt,demonſtratiuũ, aut laudatoriũ,& ex eo quod παραμυθητικὸν,id eſt,conſolatorium uocant. Nam æquiore animo ferimus mortẽ noſtrorum,ſi cum laude deceſſerint. (Grandes materias.) Pars eſt exordialis,reddit em̃ attentiores,cũ ſtatim oſtendit rei magnitudinem tantam,ut ingenio conſequi non poſſit. (Sufferunt.) Tranſlatum eſt,ab ijs qui onus in humeros ſuſcipiunt. Alluſit autem ad Horatianum illud in arte poætica. Querite materiam,ueſtris qui ſcribitis aptam Viribus,& uerſate diu, qd ferre recuſent. Quid ualeant humeri. (Explicare.) Explicamus nõ tantũ,cũ quod ſentimus uerbis efferimus:uerũetiã cũ rem difficilẽ expedim9, cõficimuſq;. (Nepotianus.) Hæc eſt ꝓpoſitio,ſummã argumenti complectens: nõ nuda tm̃,ſed ardẽs affectib9. Nã totũ hoc gen9 in affectib9 eſt poſitũ. (Meus tuus,noſter.) Hæc inciſa, uelut a ſingultiẽte ꝓnunciãtur. Habent aũt Emphaſim ſingula. Primũ em̃ per ſe grauis emphaſis eſt in nominibus proprijs,quod genus,ſi quis dicat: O rem nouam, Tartareto nõ placet Ciceronis oratio. Tũ illud apud Quintilianũ.li.1.ca.de uſu argumẽtorũ. (Quin.) Varius Succonenſis ait: Aemilium Scaurum rem po. Ro.prodidiſſe. Aemilius Scaurus negat. (Meus autem & tuus,noſter,affectuum pronomina ſunt. Imo Chriſti.) Duplex correctio eſt. Nam perinde quaſi pre dolore perperam uocaſſet ſuum,addit Chriſti,ldq; rurſum corrigit ſubijciens. Et tanto plus noſter. Propterea quod

A in illo nihil aliud amarent, q̃ ipsum christum: qui quidem amor, demũ est Christianus. ¶ Reliquit Se/nes.) πάθος est, a circũstantia ætatis. Nam iuuenum mors, miserabilior ac flebilior esse consueuit: pro/pterea, quod immatura, presertim senibus: quorum omne solatium est in nepotibus. ¶ Iaculo uulnera/tos.) Addit δεινωσιν metaphora. Genus autem hoc affectus, a definitione uocat Macrobius, Satur. li. 4. ¶ Quem hæredem.) Epiphonema est, quo concluſit exordium. ¶ Cui iam meum.) Excurrit suo mo/re post expositionem, in campum iucundis ac pijs affectibus plenum: exaggerans mortis seuitiam ac tyrannidem, ut magis appareat quantum debeamus Iesu Christo, qui solus eam sua morte domuit. Ha bẽt aũt affectũ desyderatis & interrogationes figuratæ. Ouidius. Cui colar infelix? Desudabit.) Me taphora a corpore ad animũ deflectens uocem. Gestiẽt.) Duplex est metaphora: ut, Ferrũq; armare ueneno. Nam cupere litterulas, translaticium erat: gestire uero quod est corporis, bis translaticium est. Διώκτης.) Id est, sectator. Nam διώκειν sectari siue persequi significat. Ambiguũ uerbũ, quẽadmo/dum & apud latinos. Porro Nepotianus adeo studiosus orat emulandi Hieronymũ, ut moriens etiam illius uerba referret, sicuti mox indicabimus. Cygneo.) De Cygni cãtu, superi⁹ dictũ est. Vsus est aũt græca possessiui uoce, quod cygnus græca sit dictio κύκνος, unde κύκνειος. Nam latina sunt, olor, & olori/nus. Stupet animus &c.) Commata sunt, & ἀσύνδετα. Deinde comparia: quæ schemata mire conue/niunt affectibus. Deinde distributionem habent iucundissimam, cum animo tribuit stuporem, mani/bus tremorem, oculis caliginem, linguæ balbutiem. Solent autem hæc, in immodico dolore accidere. ¶ Mutum.) Infans & inæloquens uocat. Suggerit em̃ facundiam auditor quoq;. ¶ Stilus ipse.) Auda/cem & hyperbolicam metaphoram mitigauit adiungens, quasi. Quamq; hanc quoq; Fabius permittit grauioribus affectibus. ¶ Rubi. situ.) Rubiginem ad stilum, qui ferreus esse consueuit, refert: situm ad cerã. Nam olim in tabulis ceratis scribebant. ¶ Epitaphij flores.) Allegoria erat, nisi epitaphij, hoc est propriam uocem admiscuisset. Porro mos erat antiquis, coronare defũctorũ pyramides, ac sepulchris flores, præcipue uiolas, ob colorem ferrugineũ, & cupressi frondes inspargere. Vnde Persianum illud. Non nũc e tumulo, nõ nũc e manibus illis, Nascẽtur uiolæ. Et Prudentius in exequiali carmine. Nos te cta fouebimus ossa. Violisq; & fronde perhenni. Hoc autem loco palã ostẽdit epitaphiũ esse, nõ epice/diũ. At tota hæc ὑποτύπωσις eo spectat, ut exaggeret, quod dixerat desyderij iaculo uulneratos. ¶ Mo/ris.) Pathos est, a modo rei. Nam preposterum est, ut parentes superstint liberis, eoq; acerbius. ¶ Lugu briũ.) Quas Nænias uocant. Vnde Horati⁹. Absint inani funere Næniæ. Extat in hoc genere oda hui⁹. Quis desyderio sit pudor aut mod⁹? Extãt aliquot Statij epicedia. Extat Daphnis Vergiliana, & apud Theocritũ Adonidis epitaphiũ. En.) Hic nõ demõstrantis est, sed affectui seruit. Quod exhibui &c.) Elegãs est, ἀντιμεταβολή. i. cõmutatio. Nõ edunt, ut uiuãt, sed uiuũt, ut edãt. ¶ Quid igitur faciã?) Schemata, subiectio, ac dubitatio, simulq; dilẽma. Nam utrãq; partem refellit. Siquidẽ & dolere pro/
B hibet fides, & gaudere nõ sinit dolor. ¶ Dormientes.) Est in prima ad Thessalonicenses epistola. ca. 4. Nolum⁹ uos ignorare de dormiẽtibus. Itẽ primæ ad Corinthios. ca. 15. Ergo q dormierũt in Christo pe rierunt. Atq; inibi paulo post: Nũc autẽ resurrexit Christus a mortuis, primitiæ dormientiũ. ¶ Non est mortua.) Est apud Matthæũ. ca. 9. Cum iesus discussa lugentium ac tumultuãtium turba, principis filiã ad uitam reuocat. Non erat mortua christo, cui facilius erat excitare mortuam, q̃ cuiq̃ mortaliũ exper gefacere dormientẽ. ¶ Laçarus.) Est apud Iohannẽ. ca. 11. Laçarus amicus noster dormit, sed uado ut a somno excitem eum. Necq; solum arcanæ litteræ dormiẽtes appellant, uita defunctos, propter spem re/surrectionis: uerũetiam Homerus ὕπνον καὶ θάνατον, id est, Somnum & mortẽ, fratres esse fingit, ἓν θ' ὕπνῳ σύμβλητον κασιγνήτῳ θανάτοιο. Rursum alibi mortem χάλκεον ὕπνον, id est, ferreũ somnũ appellat. Atq; iterũ, ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν, multã uidelicet similitudinem mortis & somni significans. Item alio in loco μήτρετος, ἄδιτος θανάτῳ ἄρχισα ἐοικώς. Notũ est & illud Diogenis, quem cũ medicus somno pressum excitas/set, rogasset q; nũ quid sentiret mali, nihil, inquit. Nam frater fratrem occupat, significans somnum eũ esse mortis initium. Adducit in hunc sensum & alia nõnulla, Plutarchus in libello consolatorio ad Apol lonium. Quin etiam Horatius in odis, mortẽ perpetuum soporem uocat. Ergo Quintiliũ perpetuus so por urget. Et Maro. In æternam clauduntur lumina noctem. Item Ouidius in amorib⁹. Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescẽdi tempora fata dabũt. Et Catullus. Nox est omnibus una dormienda. ¶ O mors quæ &c.) Tempestiua exclamatio post tot locos affectuũ. Alluſit autem ad uerba Osee prophetæ, quæ sunt apud illum. cap. 13. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse, nimirum infernus, inter fratres diuidet. Ait sese inconsolabiliter dolere, cum cogitat mortis tyrannidẽ ac seuiciam, etiam coniunctissima distrahentem. Porro in naturæ uinculis, nihil fratrum charitate copu latius. Vnde fratrẽ, quasi fere alterum dictũ, existimant grammatici, & Græcis ἀδελφός, quasi ὁμόδελφος. Sed fortiora sunt uincula spiritus q̃ carnis. Rursum nulla coniunctio arctior q̃ corporis & animi: atq; omnia hæc distrahit mortis inclæmentia, cui proprium est disiungere quod bene coniunctũ erat. Vn/de græcis μόρος dicitur, παρὰ τὸ μείρω, quod est partior ac disseco. Proinde merito inuisa Christo, qui om nia conciliat, quiq; charitas est, omnia cõnectens. ¶ Sociatos dissocias.) Et contrarium est, & προσονομασία, id est, adnominatio. ¶ Crudelis ac dura.) Hoc addidit ueluti per exclamationẽ: miscet autẽ sua uer ba prophetæ uerbis. ¶ Adducit urentem &c.) Verba sunt eiusdem ꝓphetæ ex eodẽ loco, uaticinantis de Christo quo pacto mortẽ, sua morte supatur⁹ esset. ¶ De deserto.) Quia dictũ est per Abacuc ꝓphetã. Deus ab austro ueniet, & sanct⁹ de mõte Pharã. Atq; hic est & in deserto, & in meridie situs. Verũ se cundũ allegoriam desertum uocat uterũ Mariæ. Vnde citra culturam humani cõiugij natus est flos ille mirabilis. ¶ Siccauit uænas.) Vænas & fontem, peccata uocat: quibus sublatis, mors uires amittat opor tet. Porro siccare propriũ est uenti urentis. Charitas autẽ operit multitudinem peccatorũ. ¶ Deuoraſti

C quidem Ionam.) Notiſſima eſt hiſtoria apud ipſum prophetam. Myſteriũ exponit Chriſtus ipſe apud Matthæũ. capũ. 12. cum phariſæis & ſcribis ſignum querentibus, reſpondet ad hunc modum: Generatio mala & adultera ſignum querit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut eñ fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus ac tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus ac tribus noctibus. Moxq; facit mentionem Niniuitarum, ad quos miſſus fuerat Ionas. Deuoraſti q; dem Ionam.) Accõmodat hiſtoriam Ionæ ad Chriſtum. Mortuus eſt Chriſtus, paſſus eſt ſe deuorari. ¶ Sed in utero tuo. ui. f.) Ad hiſtoriam, Ionas uiuebat in utero ceti, multiſq; uerbis de uentre ceti clama uit ad dominũ. At Chriſtus quo modo uiu⁹ fuit in corde terræ? niſi uel propter proxime inſtantem re ſurrectionem, uel propter animam illius depopulantem inferos, uel propter diuinitatem, nec a corpo re, nec ab anima ſeparatam. Et Niniue noſtra.) Mundus totus, quẽ Niniuen uocat, in maligno poſi tus. At Niniuitæ, audito præconio Ionæ, pœnitentiam egerunt. Mũdus accepto Chriſti euangelio, cru cem eius ſequi cœpit. Fugitiu⁹ propheta.) Ionas fugerat a Tharſis, Chriſtus relicta patris arce, in hoc exilium uenit. Quæ ſequũtur, ſumpſit ex Hieremiæ. capũ. 12. Reliqui, inquit, domũ meam, Dimiſi hære ditatem meam, Dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Verum an hæc uerba ꝓprie quadrent ad hunc locum, non opinor exactius excutiendum in alluſione. Per Oſeæ.) Ex eodem lo co, quem Paulo ante indicauimus. Hoc quod aliqñ minatus eſt fecit. Hunc locũ adducit Paulus in pri ma epiſtola ad Corinthios capite. 15. Abſorpta eſt mors in cõtẽtiõe. Vbi eſt mors uictoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus autẽ mortis, peccatum eſt. Virtus uero peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriã per Ieſum Chriſtum. Quo quidem loco annotãdum eſt, diuũ Hieronymũ cũ exponit hunc in Oſea locum, in contentione legere, non in uictoria. Porro græce νείκη per ε & iota, con tentionem ſignificat: per iota tãtum νῖκη uictoriam. Aptam habent feſtiuitatem contraria & adnomina tiones in his uerbis, mors mors, morſus, & morte mortua, & uiuimus morte, deuoraſti deuorata: cum morti inſultet, ſuo (quod aiunt) gladio iugulatæ. Subeſt & metaphora. Alioqui qui moritur, quod nõ ui uit? Ita dicimus mori famam, & ſepultam gloriam. Eſt & Synecdoche qualis eſt, cũ dicimus: Meũ dec⁹. Et, uirtutis peſtis, eſt pecunia. Nam rei nomen pro authore ponitur. Adunco dente.) Alluſit ad æreũ hamum: dẽtem autem, quia dixerat, morſus tuus, & hami quoq; dens dicitur. Videtur autẽ reſpexiſſe ad ea quæ ſunt Iob. capũ. 40. In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones circulũ in nari bus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? ¶ Gratias tibi.) Apoſtrophæ maxime conueniunt gra uioribus affectibus, præſertim, ſi uertatur oratio ad res inanimas, cuiuſmodi fuit illa ad mortem inſulta tio. Ineſt autem & προσωποποιία, quæ quo audacior eſt, hoc magis congruit ſummis affectibus. Expro brauit morti crudelitatem: exprobrauit quod uicta eſt. Nũc ſimili Apoſtropha, gratatur Chriſto, cui⁹
D unius uirtute, tam immanis belua cõfecta eſt. Sic Homer⁹ Hectoris uirtutem attollit, ut Achillis laus augeat. Sic Turnũ amplificat Maro, quo creſcat Aeneæ uictoris gloria. Quis ante te.) Si quid licet refragantibus exemplaribus, equidem hoc loco libenter legerim: Quid ante miſerius homine? Cur id malim, attentus lector facile diuinabit. Primũ, quid ante Chriſtum? Deinde, ad quem pertinet hæc mi ſeria, aut felicitas, niſi ad hominũ genus? Horum ut nihil obſtet: tamen neutrum genus magis cõuenie bat affectib⁹. ¶ Viuẽdi ſenſum &c.) Epiphonema eſt. ¶ Regnauit eñ mors.) Ex his uerbis quæ ſunt Pauli ad Romanos. capũ. 5. Hieronymus uidetur oſtendere, mortem regnaſſe pariter in oñes, & bonoſ & malos: etiam ſi diuerſa ſentit Ambroſius. Nam ſi de morte intelligas ſecunda, ea nõ regnauit in pios Iudæos. Si de corporis morte, ea regnat etiam poſt Chriſtum. Sed mors ſecunda regnauit, non in oẽs, ſed in eos qui peccauerunt: non in ſimilitudinem adam, hoc eſt per contemptum dei, ſed uicti affecti bus carnis multoq; leuius. Quãq; in oñes eatenus regnauit, ut pios ſimul atq; impios ad inferos detra heret, nimirum, occluſo paradiſo. Atq; ita ſenſiſſe Hieronymũ, declarant ea quæ ſequuntur: Si Abrahã Iſaac & Iacob &c. Non eſt deus.) Verba ſunt pſalmi decimi tertij. Intelligit impios, & oñi genere ſce lerum inquinatos. Vſq; ad unum.) Id eſt, Chriſtum, ita ut hunc unum excludas, perinde quaſi dicas, uſq; ad mare. Quod ſi.) Diluit obiectiunculam. Nam reſponderi poterat, Laçarus mẽdicus in euan gelio uiſus eſt a diuite in ſinu Abrahæ, etiam ante Chriſti mortem. Confitetur quidem pios fuiſſe in lo co refrigerij, & a cruciatibus impiorum imunes: ſed tamẽ apud inferos. Multũ autẽ intereſſe inter in feros & regna cœlorum. Illic pij non cruciabantur, at non fruebãtur ſummo illo bono. ¶ Ante Chri ſtum.) Emphaſis eſt in nominibus, Latronis & Abrahæ, Inferorũ & paradiſi. Cõſtat autem ſermo totus ex contrarijs, habetq; ſpeciem epiphonematis. ¶ Cœleſti hieruſalem.) Epitheton addidit explicans al legoriam paradiſi. ¶ Elogium.) Elogium uocat, ꝓpterea quod Paulus ad Epheſios, capũ. 5. uelut ab alio dictum adducit. Sic enim habet, propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge &c. Siue, quia lege rit hoc in apocryphis ꝓphetarũ: Siue, quia more prophetarum, ita locutus eſt: Hæc dicit domin⁹, cum irruente ſpiritu ſancto, in ea uerba prorumperet: ut ſentit diuus Hieronymus hũc enarrans locum, ubi refert quidem, at non probat cõmentum cuiuſdam, qui putarit, hæc eſſe uerba Chriſti de cruce ad Adã ſub cruce ſepultum. Nam is ἄφετα, quod apud græcos ambiguũ eſt, continget interpretabatur. ¶ Perſo nat.) Apte perſonat, quippe uox clamantis & præco Chriſti. ¶ In carne non.) Carnem & corpus Pau lus ſæpius accipit pro humanis affectibus, perinde quaſi dicat: in terris uiuentes, & tamen cõuerſationẽ habentes in cœlis, & quæ ſurſum ſunt querẽtes, & ſapientes, nõ quæ ſup terrã. ¶ Regnũ dei intra uos.) Sic apud Lucam capũ. 15. reſpondet Chriſtus phariſæis, percontantibus quando uenit regnum dei? Nõ ueniet, inquit, regnum dei cum obſeruatione, neq; dicent: ecce hic, ecce illic. Ecce eñ regnum dei intra uos eſt. Sic & orare iubemur: Adueniat regnum tuum. Deuictis carnis affectibus, regnat in nobis Chri

A stus. ¶ Adde quod.) Si regnum dei est, cum agnoscitur & colitur, colebatur & sub lege Mosaica. Colebatur quidem utcunq, sed duntaxat in Iudæa, hoc est arctissimo orbis angulo. Nam angustiã Iudeæ, alio quodã in loco contemnit Hieronymus. Nec his tamẽ paucis licebat inferos effugere. At post Christum, In omnem terram exiuit sonus euangelij, quod prædicatũ est omni creaturæ. Ergo sub lege Mosaica, pauculi illi qui legem obseruabant, in aduentum Christi seruabantur: sed ita tamẽ, ut interim apud inferos agerent. Reliquus orbis uniuersus, sine lege peribat. In Iudæa.) Vtrũq; uocabulum conuenit agnoscentibus deum & colentibus. Nam Iudæa, confessionem sonat: Israel, uirum uidentem deum. Nosse uidentis est, Colere cõfitentis. Retulit uerba psalmi. 75. / Vbi tunc.) Viuidius est per interrogationem, ac subiectam responsionem. ¶ Ab India.) Indi extremi sunt orientis. Britãni tametsi septentrionales sunt: tamen ad occidentem uergunt. Hos Horatius, extremos orbis appellat. Et ultimos orbis Britãnos. Vergilius extra orbis terminos ponit. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Solinus uelut alterũ orbem uocat. Atlantici Oceani.) Extremam occidẽtis partẽ designat. Nam iuxta Gades, Oceanus se se in terras infundit, omnes quæ uenientẽ expauere demergens: ut inquit Plinius. Iuuenalis. Omnib⁹ in terris quæ sũt a Gadibus usq;, Aurorã & gangen. Feruores dixit ob æstũ ac fragorem: ut Verg. Feruetq; fretis spumantibus equor. ¶ A rigida septentr.) Septentrionalẽ Scythiam significat, & Riphæis obnoxiam iugis: quæ regio, ut ait Solinus, a cœlo nihil accepit, præter hyemem perpetuam. Hac parte Tanaim orbis terminũ faciũt cosmographi. Et Hora. Extremũ Tanaim si biberes lyce. Attigit igitur, quatuor orbis metas, quãq; ratione plagarum nõ anxie seruata. Indiam ab exortu, Britãniam ab occasu. Nã in eam ut dixi partem uergit: Hyperboreas, a septẽtrione: Mare Atlanticũ a meridie, quod tametsi est occidentale, tamen uergit nõnihil ad orientem solem. ¶ Q; uarie linguis.) Sic Vergilius libro octauo describens Aeneæ clypeum. Incedunt uictæ lõgo ordine gentes. Q; uariæ linguis habitu tam uestis & armis, Hic numidũ genus & discinctos mulciber Afros. Hic lelegas, carasq;, sagittiferosq; Gelonos, Finxerat &c. ¶ Dedicauit.) Nam his tribus linguis Pilatus scripserat titulũ Iesu, atq; has quidẽ gẽtes per occupationẽ recensuit. ¶ Pythagoras somniauit.) Propter μετεμψύχωσιν, id est, animarũ tranſmigrationem. Etenim dum existimat animã ex alio atq; alio corpore, in aliud demigrare, leuiter ac ueluti per somnium sensisse uidetur, animam corpori supereſſe. ¶ Democritus non credit.) Hic philosophus fuit
B Abderites, cuius, illud egregium est somnium de atomis. Is putauit animam simul interire cum corpore. Nam hunc potissimum secutus est Epicurus: cuius similis est de animarum interitu sententia. Indicat idem Lactantius libro tertio. ca. 18. cum recensens eos, qui felicioris uitæ spe sibi mortem cõscissent, Nam Democritus, inquit, In alia fuit persuasione: sed tamẽ sponte sua lœto caput obuius obtulit ipse. Indicat &. M. Tullius. Tuscula. quest. libro primo. Quamq; in nonnullis exemplaribus, Democritus crediderit, inuenio scriptum. In consolationem. s. d. s. d. i. c.) Extat hic dialogus. Platonicus, cui titulus Phædon, in quo Socrates, mox bibiturus uenenum, cum amicis disputat de animarum immortalitate. ¶ Indus. persa. go. ægyp. phil.) Has gentes ueluti maxime barbaras nominat, & a philosophiæ studijs, longissime semotas. Nam extrema est India. Persarum & Aegyptiorum luxus celebratissimus est. Gotthi barbariæ nobiles. Gotthos quidã putãt esse, quos nunc uulgo Liuonios, & prusios appellãt, aut Sarmatas ipsos, aut sarmatis finitimos, quæ gens etiã nũc mirã barbariẽ spirat. Q;q; de his uariæ sunt doctorũ hominũ sententiæ. Nec ad hũc locũ magnope pertinet. Annota lector, aptissimã partiũ collationẽ. Philosophorũ est de animæ immortalitate disputare, nõ barbarorũ: Sed ex p̃cipuis philosophis, Pythagoras somniauit duntaxat. Democritus non credidit illius somnijs. Socrates, ueluti dubitãs disputauit, idq; magis ad solatium suæ damnationis, q; ex animo. At post euulgatum euangelium Christi, semotissimæ quoq; ac barbarissimæ nationes, de ijs non disputant, sed philosophãtur. Nec citra Emphasim barbaris & indoctis, philosophãdi uerbum attribuit. ¶ Bessorum feritas.) Pergit cõmemorare gentes, nõ barbaras tantum, sed etiam immanes: quas tamen euangelij prædicatio mansuefecerit. Siquidem Bessi sunt in Thracia iuxta Strymonẽ amnẽ, ad dextrum accolentes latus, authore Solino. Thracum autem barbariẽ, notat Euripedes in Hecuba cum polymestori dicit Agamennõ, ἰσχ̓ ἐκβαλὼν καρδίας τὸ βάρβαρον λέγε. Et Horatius in odis. Natis in usum lætitiæ Scyphis, pugnare Thracum est, Tollite barbarũ morem. Iuuenalis itẽ Thraces, cum Sarmatis coniunxit, ut pari barbariæ, neq; Sarmata, nec Thrax, q sumpsit pennas. Q;q; ad demonstrandam Thracum feritatem sufficiebat Diomedis stabulũ. Porro Bessos ut finitimos Getis, ita getica immanitate fuisse præditos, ostendit Ouidius in libris de tristibus. Viuere q; miserũ est inter bessosq; getasq;. Illũ, qui populi semp in ore fuit. ¶ Et pellitorũ tur. po.) Pellitos uocat ferarũ pellibus amictos. Semotiores germaniæ populos significare uidetur. De quib⁹ ita meminit Cornelius Tacitus in libello de populis & ritib⁹ Germaniæ. Tegumẽ omnibus sagum, fibula: aut si desit, spina consertum. Cætera intecti, totos dies iuxta focum atq; ignem agunt: locupletissimi ueste distinguũt, non fluitante, sicut Sarmatæ aut Parthi, sed stricta, & singulos artus exprimente. Gerunt & ferarum pelles, proximi ripæ negligenter, ulteriores exquisitius: ut quib⁹ nullus p cõmercia cultus. Eligunt feras, & detracta uelamina, spargunt maculis pellibusq; beluarum, quas exterior oceanus atq; ignotum mare gignit. Nec alius fœminis q; uiris habitus. Atq; idem paulopost, de Fennis Germaniæ populis. Fennis, inquit, mira fœditas, fœda paupertas, non arma, nõ equi, non penates, uictui herba, uestitui pelles, cubile humus, Hactenus Tacitus. Quãq; leguntur tum alibi tum apud Indos, fuisse populos, quibus ferarũ pelles, amictus erant. Animaduerte qua uerborũ Emphasi, barbariem exaggerat harum nationũ. Nam uæhæmentius & significãtius ea. Bessorũ feritas, q; si Bessos feros, dixisset. Iam eã feras imaginor nõ homines. Porro cum turbam pellitorũ populorum dicit, elegãter exprimit inconditam, & beluarũ more degentem multitudinem. Qui quondam. m. in. h. in.) Et hoc argumento immanem istorum & impiam barbariem exaggerat, qui non modo manibus & umbris defunctorum, perinde ut dijs sacri

C ficarint,sed hoies etiã imolarint.Nã sui cuiq; progenitores,posteaq; uita decesserant,numinũ loco erãt. Verum mihi magis probatur:ut legas inferijs,non inferis.Inferiæ dicuntur parentalia,seu iusta quæ de functis persoluũtur.Eam uocẽ quãq; grãmatici putant ab inferis dictam,ego magis arbitror dictam ab inferẽdo,ut græcã uocẽ expresserint latini, ἐναγίσματα,quæ apud illos idẽ significat,quod apud nos in/ feriæ.Mos hic multis barbaris fuit,ut umbris hois defuncti mactarent hoies,uel ut placarent iratos,uel ut gratũ facerẽt. Nã & Achillis manes Polyxenæ sanguine, placanᵗ apud Tragicos.Et apud Vergiliũ Vfens,uiuentes rapit inferias,quos immolet umbris.Et apud Homerũ libro Iliados penultimo,Achil/ les in Patrocli parẽtalibus, duodecim iuuenes Troianos immolat,præterea canes aliquot & equos,in gratiã amici defũcti. De Taurica Diana apud Scythas & uetº & notissima est fabula.Cæsar belli gallici cõmentario sexto: testaᵗ hũc publicũ galliarũ fuisse morẽ,ut in grauioribus morbis,aut belli periculis, pro uictimis homines immolarẽt,quod ꝓ uita hois,nõ nisi uita hominis, placari numẽ posse crederẽt. Porro de funeribus eorũ ita scribit.Funera sunt ꝓ cultu gallorũ magnifica,& sumptuosa.Oĩa quæ ui/ uis cordi fuisse arbitrãtur,in ignẽ inferũt,etiã animalia:ac paulo supra hanc memoriã,seruí & clientes, quos ab his dilectos esse cõstabat, iustis funeribº cõfectis, una cremabãtur. Stridorẽ suũ.) Et Plinius cõmemorat gentibus barbaris,nõnullis nutũ,nõnullis stridorẽ esse loco uocis humanæ. Stridor aũt be/ luarum est,& quidẽ imaniũ.Et mire,stridori oppositum melos.Nam melos,cantus est modulatus & con cinnus,aures suauitate deliniens,ἀπὸ τῶμ μελῶμ,id est a membrorũ corporis cõgruentia dictus,si credi/ mus græcis etymologis.Et persius.Cãtare credas per pegaseum melos. Vnde & poetæ Melici. Tantũ igitur ualuit Christi mors:ut homines tam imanes,suũ,id est naturalẽ stridorẽ fregerint,hoc est mollie/ rint,in dulce melos crucis,hoc est in uocẽ longe a natura alienã. Et totius.m. u.u. Chri.est.) Hoc est Epiphonematis loco additũ,quo periodũ claudat suo more, cũ sint tam innumera linguarũ discrimina, Vnde & μέροπες, apud græcos poetas,appellantur hoies:tamẽ in uniꝰ Christi laudes,nũc mire cõseri/ tiunt omnes.Nec sine figuræ gratia,dixit,Christũ uocẽ omniũ,significans eum omnium uoce laudari.

Quid agimus.a.) Hactenus excursus,de quo superius admonui.Nũc quod est huic epistolæ propriũ aggreditur,hoc est,ut consoletur Heliodorũ,& laudet Nepotianũ.Quãq; ea laus consolatiõis pars est. Est aũt color in Tragœdijs frequẽs,ut suo cũ animo colloquaᵗ aliqs, eaq; grauioribus affectibº pcipue cõgruens.Quod genus est illud Senecæ.Quid segnis anime,tuta cõsilia expetis?.Sumptũ apparet ex Homero τέθλιθι κραδίη.i. Tolera cor. Cui finitimũ & illud, Αλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; Possũt D aũt accipi,quid agimº anima,uel ut sint corrigẽtis digressionẽ longiusculã,uel ut sint dubitãtis,unde po/ tissimũ debeat incipere.Sic eñ Therentianº Phædria.Quid agimº?.Cõsulens ac dubitãs loquiᵗ.Recen set huiusmodi dubitatio inter exornatiões rhetoricas:cõuenit aũt maxime principijs generis demon/ stratiui.Nec hic transitus,quo ab excursiõe digrediᵗ ad exẽpla,uacat affectibus:ut artis obliuio, quam puer imbiberat,imensi doloris sit argumentũ. Anaxagoræ.) Hic philosophº fuit Claçomenius, Ana/ ximenis discipulus,Archelai pceptor.Huic cũ qdã filij mortẽ nũciasset,is minime cõmotus, nihil inqt, nouũ aut inexpectatũ nũcias.Ego eñ illũ ex me natũ,sciebã esse mortalẽ.Refert Valerius maximus,li/ bro qnto.capᵒ.10.Refert Cic.libro Tuscu.quest.3. Ac Telamonis.) Videᵗ hæc eadẽ Anaxagoræ uox a nõnullis,certe Tragicis tributa Telamoni Salaminio,cũ Aiacis filij mortẽ audisset.Nã Cicero Tuscu. quest.lib.3. Telamonẽ hunc citat ex Sophoclis Tragœdia,quæ nostris temporibus nõ extat.Itaq; cum Oileus,inquit,ille apud Sophoclẽ, Telamonẽ añ de Aiacis morte cõsolatus esset, is cũ audisset de suo filio,fractº est.Alibi rursus in eodẽ libro.Quid ergoᵒ huiºne uitæ ꝓpositio,& cogitatio,aut Thyestẽ leua re poterit,aut Getam,de quo Paulo ante dixi,aut Telamonẽ pulsum patria,exulantẽ atq; egentem &c. Legimus Crantorẽ.) Hic ueteris Academiæ nobilissimus philosophus fuit:ut testis est Cic. Tuscul. quest.li.3. Xenocratis auditor,cuius meminit Horatius in epistolis,tanq; eximij philosophi. Qui,qd sit pulchrũ, quid turpe,qd utile,quid nõ,Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.Eius q̃q; cõmẽ/ tarij nõ extant:tñ subinde citantur,a Cicerone in Tusculanis questionibus.Ex cõsolatiõis libro,nomi/ natim illud refert.Simile quiddã,inquit,est in cõsolatiõe Crantoris.Ait eñ Termanæũ quendã Elysiũ, cũ grauiter filij mortẽ mœreret,uenisse in Sycomãtiũ, querẽtẽ,quæ fuisset tãtæ calamitatis causa. Huic in tabellis,treis huiusmodi uersiculos datos.Ignaris hoies in uita mentibus errant.Euchinous potitur fa torũ munere læto.Sic fuit utilius finiri,ipsiq; tibiq;.Citatur & hic Crantor aPlutarcho in libello cõsolato rio.Is testaᵗ eũ scripsisse ad Hippoclem, cõsolans eũ sup morte filiorũ. Cuius uolu.ad.s.d.c.c.) Hoc quoq; Ciceronis opus,cũ alijs permultis his tẽporibus desyderaᵗ. Platonis.) Recenset authores,q de cõsolatiõe scripserũt,inter quos admiror,non numerasse Senecã:cuius extant duo in hoc genere libri, alter ad Martiã,alter ad Albinã matrẽ suã.Nisi forte alteriº sũt illa nõ Senecæ.Platonis extat Phædon. Extat & Axiochus,si modo is Platonis est, in quo Socrates Axiochũ egrotãtẽ cõsolatur.Latinus factº a Rodolpho Agricola nostro,quẽ multis nominibus uniuersæ Germaniæ decus optimo iure possumus appellare,quã ingenio diuino,doctrinaq; & facũdia incõparabili,mirum in modũ illustrauit. Dioge nis.) Huius nihil extat,sed inter eius opa Laertius cõmemorat opusculũ de morte. Clitomachi.) Hic Carthaginensis patria,gentili noie uocatus Asdrubal:successit in schola Carneadi,cuius auditor fuerat: Authore Laertio.M.Tullius,libro Tus.quest.lib.5.testaᵗ hũc uoluptatẽ cũ honestate copulasse. Car neadis.) Is Cyrenaicus,nihil scriptũ reliquit,præter aliquot epistolas,ad Ariathẽ Cappadociæ regẽ.In/ ter quas cõsentaneũ est,aliquot fuisse cõsolatorias,ut id significarit Hieronymº,cũ ait,uel libris,uel epi stolis. Possidonij.) Hic Stoicus fuit,Zenonis discipulus.Quãq; huiºquoq; libri oñes interciderunt. Periclem.) Principẽ Athenienſiũ,qui quod dicẽdo tonare ac fulminare uideretᵗ,dictº est Olympius. Hic intra quatriduũ duobus mirificis adolescẽtibus,Paralo & Xantippo filijs spoliatus,his ipsis diebº, & uultu pristinũ habitũ retinẽte,& oratiõe nulla ex parte infractiore,cõcionatus. Ille uero caput quoq;

A solito more coronatũ, gerere sustinuit: ut nihil ex uetere ritu domesticũ uulnus detraheret. author Valerius Maximꝰ libro. 5. capᵒ. 10. Meminit & Plutarchus in cõsolatiõe, citans Protagorã authorẽ. Xenophontẽ Socra.) Hic Atheniẽsis fuit dux, Socratis discipulus: cui ꝓximũ a Platone locum tribuit Valerius, Is cũ solenne sacrificiũ perageret, e duobus filijs maiorẽ natu, Gryllũ noie, ut testis est Plutarchus in cõsolatiõe, iuxta Valeriũ Syliũ, apud Mantineã cecidisse cognouit. Nec ideo sacrũ institutũ omittẽdum putauit, sed tantũmodo coronã deponere cõtentus fuit, quã ipsam, percontatus quonã modo occidisset: ut audiuit fortissime pugnantẽ interisse, reposuit: testatus deos qbus sacrificabat, maiorẽ se ex filij uirtute uoluptatẽ, ꝙ ex morte dolorẽ sentire. Author Valerius Maxi. eodẽ, quod modo citauimus capite. Seneca in libello consolatorio ad Martiã. Nec minus, inquit, admiret Græcia illũ patrẽ, q in ipso sacrificio, nũciata filij morte, tibicinẽ tantũ tacere iussit, & coronã capiti detraxit. Cætera rite perfecit.

Puluillus.) Horatius Puluillus, consul, cũ in capitolio Iouis ædem, põtifex dedicaret: interꝙ nuncupationẽ solenniũ uerborũ, postem tenẽs mortuũ esse filiũ suũ audisset: neꝙ manum a poste remouit, neꝙ uultũ a religiõe ad priuatũ dolorẽ flexit. Author Valerius Max. Seneca ad Martiã, Puluillus hoc fecit põtifex, cui postem tenẽti & Capitoliũ dedicanti, mors filij nũciata est: quã ille exaudisse dissimulãs, & solẽnia pontificalis carminis uerba cõcepit, gemitu nõ interrumpente precationẽ, & ad filij sui nomẽ Ioue ꝓpiciato &c. L. Paulus.) L. Paulus Aemylius, Magni Pauli filius, q apud, Cãnas occubuit, ex quatuor filijs duos in Corneliã Fabiãꝙ gentẽ p adoptionẽ dederat. Cæterorũ alter quatriduo ante triumphũ, quẽ deuicto Perse Macedonũ rege pulcherrimũ egit, defũctus est. Alter in triũphali curru cõspectus, post diẽ tertiũ expirauit. Deinde cũ uideret populũ de suo casu sollicitũ, prodijt in concionẽ, & orationẽ quã de rebus a se gestis habuit, hac clausula finijt. Cũ in maximo ꝓuentu felicitatis uestræ, Quirites, timerẽ, ne qd mali fortuna moliretur, Iouem opt. Max. Iunonẽꝙ reginã, & Mineruam precatus sum: ut si quid aduersi populo Romano immineret, totum in meã domũ cõuertereẽ. Qua propter bene habent se res. Annuendo eñ uotis meis id egerũt: ut uos potius meum casum doleatis, ꝙ ego uestrũ ingemiscerẽ. authores, Valerius eodẽ capite. Plutarchus in ipsius uita. Seneca ad Martiã, qui inter cætera illud elegãter ἐπιφωνῆ, Vides ꝙ magno animo tulerit, orbitati suæ gratulatꝰ est. Pretermitto.) Per occupationẽ congerit turbã exemplorũ, quæ nõ explicat. Maximus.) ἐπίφωσις est numeri, festiuitatis gratia. Vt est illud Martialis, Pythagoras Zenonas, inexplicitosꝙ Platonas. Quãꝙ nõ inficior his noibus cõplures fuisse. Significat autẽ. Quin. Fabiũ Maximũ: cui cognomen conctatori: qui cũ filiũ uirũ consularẽ, & egregijs clarũ gestis amisisset, ipse cõsul, apud populũ oratiõe filiũ laudauit. Eãꝙ orationẽ, postea ædidit. Quã Plutarchus in huius uita, se uidisse testat. Meminit huius Cic. libro epistolarũ familiariũ quarto, scribens Seruio Sulpitio. Rursum Tuscu. quest. libro tertio. Catones.) Catonẽ Maiorem indicat, Censoriũ dictũ: cui cũ maior filius obisset, summo ingenio iuuenis, summa uirtute,
B præterea prætor designatus, nihilo segnius rem publicã gessit. Meminit Plutarchus in eiꝰ uita. M. Tullius in epistola, quã modo citaui. Idẽ iterũ Tus. quest. libro tertio atꝙ etiã in Lelio. Caios.) Ita qdã habent codices. De Caio cæsare meminit Seneca ad Martiã his uerbis. C. Cæsar, cũ Britaniã peragraret, nec apto anno felicitatẽ suã continere posset, audiuit decessisse filiã, publica secũ fata ducentẽ. In oculis erat iam Cn. Pompeius, non æquo laturus animo quẽꝙ aliũ esse in rep. magnũ, & modũ impositurum incremẽtis, quoniã grauia illi uidebanẽ, & cũ in cõmune crescerent: tñ intra tertium diem imperatoria obijt munia, & tam cito dolorẽ uicit, ꝙ omia solebat. Sed mihi magis placet, quod in antiquis lego, Gallos nõ Caios. Nã inter cæteros quos hic recenset Hieronymꝰ, Cicero gallũ quoꝙ memorat, in dicta ad Sulpitiũ epistola. Eũꝙ suũ appellat, ceu familiarẽ. Pisones.) Permulti fuerunt huius nois uiri clarissimi. Quãꝙ nihil adhuc memini legere, quod ad luctũ attinet. Valerius Maximus libro quarto. Caiũ Pisonẽ inter exẽpla cõstãtiæ ponit. Fuit &. L. Piso. C. cæsaris socer, & Piso Crassipes. Prior Ciceronis gener, ex matrimonio Tulliæ. Brutos.) De Iunio Bruto, q duos filios, quod Tarquinios in urbẽ reuocare molirenẽ, pro tribunali uirgis cæsos, & ad palũ ligatos, securi percuti iussit, notissima est historia. Meminit Valerius, libro. 5. capᵒ. 8. Sceuolas.) Historia de Mutio Sceuola, notior est, ꝙ ut hic sit referenda, ꝙꝙ equidẽ sentio Tulliũ de alio quopiã Sceuola fuisse locutũ. Metellos.) Multorũ litteris nobilitata est, Metelli numidici fortitudo, cũ Smyrnæ exularet: ubi cũ in Theatro sedẽti litteræ essent allatæ, qbus reuocabatur, nõ prius dignatus est eas legere, ꝙ spectaculũ esset finitum: Author præter alios Plinius, siue Suetonius de uiris illustribus. Verum an de hoc sentiat Hieronymus, nolim affirmare. Nam fuerunt huius quoꝙ nominis permulti. Scauros.) De. M. Aemylio Scauro, qui filium cum alijs e bello profugum, ad mortem spontaneam adegit, cum diceret se libentius occursurum ossibus eius in bello cæsi, ꝙ ipsum tam deformis fugæ reum uisurum: Meminit Valerius libro quinto. capᵒ. 8. Marios.) Plutarchus in ipsius uita, Marij tolerantiam laudat, quod cum ex utroꝙ crure laboraret, fortissime passus sit sectionem. Tum autem, quod ne in hostium manus ueniret ultro sibi mortem cõsciuerit: ut in uita Syllæ. Quamꝙ ego certe, Martios legendum arbitror, ut intelligas de Quinto Martio, cui cognomen inditum Regi. Is cum esset superioris Catonis in consulatu collega, filium summæ pietatis, magnæ spei, postremo, unicũ amisit. Eũ casum, anio adeo infracto tulit, ut statim a rogo iuuenis curiã peteret, Senatumꝙ quem eo die legem habere oportebat, euocaret. Author præter alios, Valerius libro quinto capitul. 10. Marcellos.) M. Marcellus uir consularis quod diuersis partibus fauerat, Cæsaris iussu, exulabat Mitylenis. Quem Brutus in libro de uirtute, testatur se illic uidisse, uiuentem adeo feliciter adeoꝙ litterarũ cupidũ, ut ipse sibi uideret exul, cũ ab eo discederet. Meminit Seneca in cõsolatiõe ad Albinã. Crassos.) Quãto anio Crassus tulerit mortẽ filij, a Parthis occisi, diligenter explicat Plutarchus in ipsius uita. Nam cũ hostes iuuenis caput pilo præfixũ horrendo clamore ꝙ proxime accedẽtes

C Romanis ostentarent,& per contumeliam rogarēt, quo nam genere ortus esset,iuuenis tam strēnuus. Crassus pater,nihil consternatus est eo dolore,sed per omnes ordines circūuectus,clamabat,Meus est hic priuatus dolor Romani:publica ciuitatis salus & gloria,in uestra incolumitate sita est.¶ Aufidios.) De Aufidijs nihil occurrit in præsentia memorabile quod ad hūc attineat locū. Quod si extaret Cicero nis liber de Consolatione,non magno negocio,locus hic Hieronymi poterat explicari.¶ Aliena ꝙ̄ nostra.) Ethnicorū exempla uocat aliena ,Nostra,quæ a sacris litteris depromuntur,Obiter notans eos,q gentilium exemplis nimium impense solēt uti, nisi forte breuiter quis utatur,idq; in suggillationē uitæ nostræ,si non præstamus Christiani,quibus immortalitas expectatur,quod uel ob gloriam,uel impulsu naturæ præstiterunt infideles. Hoc est nimirum quod scribit ad Paulam,Erubesce,Ethnicæ comparatio ne superaris. Melior diaboli ancilla,ꝙ̄ mea est &c. Est autem transitus ad diuersum exemplorum genus.¶ Non plangam cum.Ia.& da.) Reijcit & iudæorum exempla. Iacob.) Quantopere Iacob luxerit fi lium suum Ioseph,habetur geneseos.cap̄.37. Scissisq; uestibus,inquit,indutus est cilicio,lugēs filium suū multo tempore. Congregatis autem cūctis liberis eius ut lenirent dolorem patris,noluit consolationem accipere,sed ait:Descendam ad filium meum lugens in infernum.¶ Dauid.) Regum libro secūdo. ca. 13.Dauid luget Ammon a fratre occisum. Sed & rex,inquit,& omnes serui eius fleuerunt ploratu ma gno nimis. Ac paulopost:Luxit ergo Dauid Ammon filium suum multis diebus. Rursus eiusdem libri. ca.18.deflet Absalom interfectū. Cōtristatus itaq; rex ascēdit cænaculum portæ,& fleuit,& sic loquebat uadēs.Fili mi Absalom,Absalom fili mi. Quis mihi tribuat ut moriar pro te? Absalom fili mi,fili mi Absa lom.¶ In euangelio.) Alludit ad eos quos Christus in euangelio uitæ restituit,luctu uerso in gaudium. Nam Lucæ.cap̄.7. Viduæ mulierculæ filiū unicū,qui iam efferebat̄,uiuum restituit:& dedit,inquit,illū matri suæ. Eleganter Dauid & Iacob iudæis,opponit Christum:legi, euangelium:morientibus, resurgen tes:planctum,receptioni:ut totus sermo ex cōtrarijs inter se relatis constet. Videtur autem alludere ad uerba Pauli,quæ sunt in epistola ad Hebræos.ca.11. Acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos.¶ Iudæorum luct.c.g.s.) Velut epiphonema est, potest bifariam accipi.Iudæorum est lugere, Christia norum gaudere. Aut unde lugent iudæi,ceu carnales:Inde gaudēt Christiani spirituales: nempe ob mor tem piorum, in cœlos demigrantium ex his miserijs.¶ Ad uesperum.d.f.) Confirmat id quod dixit, Iudæorum esse luctum, Christianorum esse gaudium,testimonio psalmi uigesimi noni. Vespera, tem pus ante resurrectionem,quo tenebris obtecta fuerūt omnia,& apostoli in fletu ac gemitu morabātur.

D ¶ In matutino.) Nempe resurrectiōis,cum exhilarata sunt oīa. Ita ferme diuus Hieronymus & Au gustinus. Quāq; uespera,totus huius uitæ cursus intelligi potest. Matutinum,generalis omnium resur rectio.¶ Nox præcessit.) Accomodat ad eādem sententiā,uerba Pauli ad Romanos.cap̄.13. Nox, Mo saicæ legis. Dies, euangelicæ ueritatis & resurrectionis. Quod modo uesperam appellabat,hic noctem uocat:quod modo matutinum,hic diem.¶ Vnde & Moses &c.) Adiungit allegoriam testimonijs. Mo ses symbolum gerens iudaicæ uitæ,plangitur: Iosue qui euangelij præfert typum,nō plangitur. De Mo se habes Deuteronomij.cap̄.ultimo. Fleuerūt,inquit,eum filij israel in campestribus Moab triginta die bus. De Iosue habes,Iosue ultimo item capite. Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun,seruus domini, centum & decem annorum:sepelieruntq; eū in finibus possessionis suæ in Thanathsare, quæ est sita in monte ephraim. Moses itaq; sepultus est,in ualle terræ Moab contra phogor,Iosue in monte:ut illic in telligas legis ueteris humilitatem,in carne ac littera iacentis :hic euangelij sublimitatem, a carnalib⁹ ad spiritalia,a terrenis ad cœlestia subuehētis.¶ Ne uideamur præterita.) Ego prætrita lego non præteri ta:aut certe pertrita,& obolita,nō abolita,id est,ante trita a nobis,& uetusta. Nam in epistola qua Pau lam consolatur, eadem ferme tractat quæ hactenus tractauit in hac, & ijsdem ferme utitur exemplis.¶ Sicut audiuimus.) Ex psalmo.47. Sicut audiuimus in prophetis,sic uidimus in euangelio & in eccle sia:sicut audiuimus fide,sic uidim⁹ fruitione. Quāto ille felicior.) Mire torsit argumentū in diuersam partē. Nō est nobis lugēdus Nepotianus, cū sit felix,imo tanto magis lugemus,nō illū,sed nostrā uicē, q non simus cū illo simul felices. Tali bono.) Nō ad ipsum Nepotianū referē:sed ad summū bonum, quo ille iam felix est. Quāq; si quis malit ad Nepotianū referre,nō admodū digladiabor.¶ Fleuerunt & sorores.) Ostendit ꝙ̄ diuersa ratio sit fletus Christianorū & infideliū. Iesus ubi uidit sorores flentes & Iudæos flētes,primū infremuit:deinde adductus ad monumētū,lachrymatus est.¶ Et alibi.) Aut,inibi legendū,aut Hieronymus memoria lapsus uidet. Nā utrūq; eodem in loco scribit Paulus ad Philippen ses.ca.1.Magnificat̄,inquiens, Christus in corpore meo: siue per uitam, siue per mortē. Mihi em̄ uiue re Christus est,& mori lucrū. Quod si uiuere in carne,hic mihi fructus operis est,& quid eligā,ignoro. Coartor aūt e duobus, desyderiū habēs dissolui,& esse cū Christo multo magis melius:permanere aūt in carne,necessariū ,pter uos. Igitur diuus Paulus,qui usq; adeo nō metuebat mortē,ut eā optaret: tñ in eadē epistola ,pximo capite,testatur dn̄m sui misertū fuisse, q Epaphroditū Philippensiū apostolū, quē collegam & cōmilitonē uocat,a mortis periculo restituerit,ne tristiciam haberet super tristiciam. Quidā codices Epaphras,habent. Plæriq; Epaphroditum,& ita legitur in exemplaribus græcis.¶ Ne quid nimis.) μηδὲν ἄγαν. Hanc sententiā Aristoteles libro Rhetoricorū tertio, tribuit Bianti. Diogenes Laertius,Pythagoræ. Nos in Chiliadib⁹ de hoc copiosius.¶ Cernas.) δυνατικῶς dixit,id est,modo po tētiali,quasi dicas,cernere licet.¶ Adumbrata, nō expressa.) Significat sese nō exquisita,sed rudi & in condita oratiōe descripturū laudes Nepotiani, Alludens ad priscā illā & rudē picturam, quæ cœpit ab umbra rerū,lineis circūducta. Nec aliud fuit ꝓma pictura. Deinde cultiore arte μονοχρώματα cœperūt, id est singulis colorib⁹ depicta. Deinde lumē & umbras adiecerūt, differētia colorū alterna uice sese ex citante. Deinde adiectus est splendor,alius hic ꝙ̄ lumen,quem τόνον appellant. Commissuras & transi tus colorum,ἁρμογήν. Hæc Plinius libro trigesimo quinto. Ergo adumbrare,est umbram rei dumtaxat

A repreſentare,& quaſi deliniare.Exprimere uero,modis omnibus effingere.Eſt autem hoc exordiolum quoddam partis encomiaſticæ,quæ ſequitur.¶ Præcepta rhetorũ ſunt.) Fabius libro tertio. ca. de laude & uituperatione,ſummam laudationis,in tria tempora,& in treis bonorum ordines diuidit.Inter ea quæ præteriti ſunt temporis,in primis cõmemorat,patriam,parẽtes,maioreſq; Quorũ duplex,inquit, tractatus eſt:aut em̃ reſpondiſſe nobilitati pulchrum erit,aut humilius genus illuſtraſſe factis. Hoc adſcripſi, quod Hieronymus Fabij uerba, digito notaſſe uideatur,cum ait:& aut nõ degeneraſſe a bonis, aut mediocres ipſe ornaſſe uideatur.¶ Ergo carnis bona.) Laudat eum a bonis externis,ſed per occupationẽ,& hoc colore,nõ quod habuerit,ſed qđ cõtẽpſerit. Nã & Epictetus putat fortunæ corporiſq; bona ſeu mala,nihil ad hois laudẽ ſiue uituperationẽ attinere.¶ Cũ Abraham.) Contra uulgatam ſententiam,fortes creantur fortibus,declamat,ex bonis parentibus malos progigni liberos,rurſum ex malis bonos. Geneſeos.ca.16. Abraham ex Agar ancilla generat Iſmahelem: de quo prædictum eſt:Hic erit ferus homo.Manus eius cõtra omnes,& manus omnium cõtra eum:& e regione uniuerſorum fratrum ſuorũ figet tabernacula. Et Iſaac.)Hiſtoria eſt Geneſis.25.de geminis Iacob & Eſau,de quibus pronunciauit deus apud Malachiam,Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.¶ E regione.) Id eſt,contra,aut e diuerſo. Iepte.) Filius galaad,ex muliere meretrice natus,reiectus a fratrib⁹ ex matrimonio natis: poſtea rebus urgentibus,dux Iſrael conſtituitur,ac rem geſſit ſumma cũ laude. Hiſtoria refertur Iudicũ libro.ca.11. Paul⁹ in epiſtola ad hebræos,Iepte quoq; inter ſanctos recẽſens ait:Deficiet em̃ me tẽpus enarrãtẽ de Gedeon,Barach,Sampſon, Iepte,Dauid,Samuel & ꝓphetis,qui per fidem uicerũt regna, operati ſunt iuſticiam &c.¶ Anima.q.p.) Verba ſunt Eçechielis.ca.18.Locus eſt autẽ argumenti,a contrarijs. Beniamin.l.ra.) Sẽtit non imputanda peccata ante baptiſmũ cõmiſſa. Verba ſunt Iſrael benedicẽtis filijs ſuis,de Beniamin filio. Ea diuus Auguſtinus accõmodat ad Paulum,prius perſecutorem, mox acerrimũ Chriſti præconẽ. Et Hieronymus in quæſtionibus hebraicis ſuper Geneſim,confirmat de Paulo prædictum fuiſſe.Iuxta Allegoriam autẽ accipi de ſacerdotibus, qui mane immolant hoſtias, deinde diuidunt accepta a populo,quod altare in quo immolabantur hoſtiæ & uictimarũ ſanguis,ad baſim illius fũdebatur, in parte Beniamin fuit. Dictum eſt aũt mane & ueſpere,pro eo quod eſt,prius & poſterius. ¶ Ananiæ.c.ſ.) Hiſtoria hæc de Paulo,eſt in actibus apoſtolorũ.ca.9. ¶ Alius fortaſſe.) Mira occupatione laudat & auunculum & nepotem.Porro ex hoc loco colligitur,cum diuus Hieronymus primum in ſolitudines ſecederet,Heliodorum ſodalem ſuum,officij cauſa tum fuiſſe proſecutum: a quo cum non dimitteretur,pollicitum fuiſſe,ſeſe rebus domi ordinatis,Eremũ repetiturũ.Itaq; quem in epiſtola prima ſubincuſat:hic blãde defendit,quaſi id fecerit,non aliã ob cauſam,q̃ ut ſororẽ, aut certe ex ſorore nepotem,Chriſto lucrifaceret.¶ Licet paruulus ex collo.) Hæc uerba ſunt in pri-
B ma epiſtola,quam modo citauim⁹. Vaticinatum ſe dicit,non quod id temporis,nõdum eſſet natus,ſed quod præſenſiſſet futurum,ut ab eo domi retineretur. ¶ Chlamyde & can.l.) Chlamys toga militaris eſt. ¶ Candenti lino.) Linum duabus rebus potiſſimũ commendatur,candore & mollicie. Vſus illius mollior apud antiquos,q̃ ut uirũ deceret.Vnde a Palatinis uſurpatus,penes quos omis uitæ luxus.Vide apud Plinium libri.19.ca.2.Quinetiã in põtificum decretis partis primæ diſ.96.Conſtantinus imperator,dum Romanum põtificem militaribus ornamẽtis inſtruit,candidi phrygij,& candidi ulonis, & candidæ ueſtis ſubinde mẽtionem facit.Itaq; quod nunc eccleſiaſticum eſt,id olim aulicum fuiſſe uidetur.¶ Cingulum.) Baltheum intelligit,militũ inſigne.¶ Cornelium cent.) Actuũ.ca.10. Hic cẽturio religioſus ac iuſtus appellatur,moxq; a Petro baptiſmũ accipit. Deuotus.)Deuotũ in bonam partẽ dixit,pro addicto ac certo. Verbum autem eſt militare,quod milites ſacramẽto ſeſe aſtringant,nec mortẽ formidaturos imperatoriſ cauſa. Signa,uexilla uocat militaria.¶ Baltheo poſito habituq; mutato.) Baltheũ militiæ inſigne accipit,& habitũ,ornatũ militarẽ,puta paludamẽtũ.¶ Peculiũ caſtrenſe.) Qđ miles ſibi in caſtris colligit. De peculio ſeruorum,de peculio caſtrenſi,& quaſi caſtrenſi, plurima ſunt apud ueteres iurecõſultos. Nec mundicijs,nec ſordibus.) Inter luxum & ſordes,media eſt mundicies,id eſt, nitor moderatus.Horatius. Simplex mundicijs.¶ Cũq; arderet quot.) Quoniã id tẽporis imperiũ plærũq; penes ethnicos,aut certe hæreticorũ fautores erat,pij ſeceſſus captabant.Itaq; uaſtas illas ſolitudines,harenaſq; diffuſas:quas propter ſitim ac ſterilitatẽ,periculoſiſſimamq; ſerpentiũ abundantiam,cõuerſatio humana nõ noſſet,magna habitantiũ monachorum multitudo cõpleuerat:ut teſtatur Oroſi⁹ libro ſeptimo. Meſopotamiæ.) Ea pars eſt Syriæ,ſic dicta,quod ſit inter Tigrim & Euphratẽ.¶ Dalmatiæ.) Hæc patria fuit diui Hieronymi. Nã Stridon olim Pãoniæ,dalmatiæq; confinium fuit. Vnde addit certe, id eſt,ſaltem,tanq; id ſit procliuius propinqua petere.Attingit autẽ Dalmatia, Illyricos, & Adriaticũ ſinum,in quo plurimæ ſunt inſulæ,quemadmodum & hodie iuxta Venetiam. ¶ Altino freto.) Altini oppidi in paludibus ſiti,meminit Strabo,Geographiæ ſuæ libro quinto, quod ait,ſimilem habere ſitũ, qualem habet urbs Rauẽna.Ab hoc oppido uidetur Altinũ fretũ appellatum, quod propter anguſtiam fretũ uocat,ideoq; adiecit,tantum,minimũ interuallum ſignificans.Meminit & Stephanus græcus author de Alto oppido, & Altijs populis:eos ait,nõ lõge abeſſe a Theſſalonica. Nec putarim equidẽ ocioſam diſtributionẽ, dum monaſteria Aegypti uocat, anachoritas ſignificans. Nã monaſteriũ a ſolitudine nomẽ habet,Meſopotamiæ choros,cœnobitas indicãs,gregatim uiuenteſ, ꝓpter regionem cultiorẽ.Et ad illa pergere cupiebat,uelut alijs relictis, choros inuiſere. Solitudines, quod illic nulli adhuc habitarẽt monachi,occupare.Occupat em̃,qſqs prim⁹ in uacuũ uenit.Animaduertẽdus aũt eſt ordo. Nã cũ ea tractet quæ ad ꝑſens tẽpus ꝑtinẽt,iuxta rhetoꝝ ꝑcepta,ꝑ ætatis gradus currit,ſed alia ratiõe.Nã in baptiſmo demũ naſcit.In ſæculari militia tãq; puer eſt,imbecillis adhuc & parũ matur⁹ ad militiã Chriſti:deinde cũ monachi,ꝓpoſitũ capeſſit,iã ueluti adult⁹ eſt iuuenis:dũ in clericoꝝ

C collegiũ aſciſcitur,quaſi uir eſt.Porro preſbyter,iam ætate eſt maturiori.Nã in Chriſto ſenecta nõ eſt. ¶ Vidimus Timotheum.n.t.) Timotheum Paulus filium uocat,in ſecunda ad ipſum epiſtola. Tu ergo fili mi confortare.Ex quo apparet illum ætate iuuenem fuiſſe.Deinde cum inibi monet, ut iuuenilia deſyderia fugiat,iuſticiam ſectetur.Hunc Paulus ipſe a puero inſtituerat. Vnde in eadem epiſtola. Tu uero permane in his quæ didiciſti,& credita ſunt tibi,ſciens a quo didiceris.Et quia ab infantia ſacras litteras noſti &c. Hoc tñ iuuene,Paulus ueluti collega utebatur,ut Heliodorus Nepotiano. Nam preſbyteri collegæ ſunt epiſcopi. Canos in ſapiẽtia.) Alludit ad id quod legitur Sapiẽtiæ.4. Senectꝰ eñ uenerabilis eſt,non diuturna,neq; annorũ numero computata.Cani autem ſunt ſenſus hois,& ætas ſenectutis uita imaculata.πρεσβύτερος,græce ſenior eſt.Senior ergo iuuenis,& canus:nõ capillitio,ſed ſapientia. ¶ Subuenire.) Non refert, utrũ hæc infinita per Enallagen accipias,an per Synecdochen, ut ſubaudias,ſolebat,aut cœpit,aut aliud ſimile. ¶ In aurigæ modum.) Nam aurigæ plauſtrorũ onera non aliunde q̃ ex uiribus equorũ metiuntur. Alioquí ſi plus æquo ſarcinarũ infulciant,fit nõnũq̃,ut & plauſtrum rumpatur, & equi lædantur. Suſcipere.) Pro approbare græcanice dixit,ἀποδέχομαι. ¶ Tertulliani.) Hic carthaginẽſis patria,ſub Seuero principe & Caracalla floruit:adeo quondã magni nominis, ut hũc Cyprianus magiſtrũ appellare ſolitus ſit,quoties libros illius legendos poſceret.Lege Hieronymũ de uiris illuſtribus. Cypriani) Et hic Afer fuit.Martyr,cuius extant hodieq̃ nõnulla.Recte ſubiunxit,Afrum afro,diſcipulum præceptori. ¶ Lactantij.) Qui & Firmianus eſt dictus .Extãt & huius opera. Hilarij.) Hic epiſcopus Pictauorũ fuit,cuius multa extãt etiam hodie. ¶ Minutius felix.) Romæ cauſidicus inſignis fuit:ſcripſit dialogũ ethnici & Chriſtiani.Ferebatur & alius aduerſus mathematicos,diſertus quidẽ & ille,ſed a ſuperioris libri ſtilo diuerſus.Huius nũc nihil extat. ¶ Victorin⁹.) Epiſcopus pictauienſis,Martyr,multa ſcripſit in explanationẽ ſacrarũ litterarũ:ſed græci ſermonis q̃ Romani callentior.Nec huius quicq̃ extat,præter cõmẽtarium in rhetoricẽ Ciceronis. ¶ Arnobius.) Lactantij præceptor fuit:Scripſit aduerſus gentes,quẽ Lactantiũ imitatũ fuiſſe ꝓbabile eſt,cũ ſimile ſumpſerit argumentũ.Hæc omnia μιμητικῶς dicuntur,atq; inde gratiora ſunt.Colligere licet hinc Nepotianũ litteras græcas ignoraſſe,qui nõ citarit,niſi latinos.Deinde,nõ delectatũ fuiſſe niſi facũdis.Nã quos hactenus noſtrauit,ſingulari fuere facundia.At nũc nullus ſcriptor placet,niſi qui ſophiſticã oleat,ac fœde balbutiat:ſi qd mũdi⁹ aut elegãtius,id poeſim appellãt. ¶ Pro ſodalitate auũculi.) Hoc addidit,quo mitigaret arrogãtius alioquí dictũ.Nam in prima & ſecunda epiſtola,ſe ſodalẽ Heliodori uocat. ¶ Meditatione.) Id eſt, exercitatiõe.Nã id ꝓprie ſignificat meditari, quod græce μελετᾶω. Præcedit autẽ lectio: deinde meditatio. Nam q ſcribit,qui docet,meditatur:hoc eſt, exercet ea quæ legit:multomagis autẽ qui moribus exprimit & uita. ¶ Bibliothecam.) Hoc uelut epiphonemate,concluſit hanc oratiõis
D partem. ¶ Nocturnũ petitorẽ.) De poſtulatore, qui improbitate ſua treis panes accepit ab amico,locꝰ eſt Lucæ.ca.ii. ¶ Et interpellatricem duri iudicis.) Significat uiduã,quã frater defuncti mariti recuſat ducere uxorẽ.Hæc lex iubet improbã eſſe,ut uel odio uincat iuuenẽ,adigatq; ad matrimoniũ. Perget, inquit,mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu. Pauloq; poſt: Si reſpõderit,nolo eã accipere,accedet mulier ad eũ corã ſenioribus,& tollet calciamentũ de pede eius, ſpuetq; in faciẽ illiꝰ &c. lege Deuteronomij caput uigeſimũ quintũ. ¶ Aeternæ memoriæ.) Vt præſenſit Hieronymus ſua ſcripta ſemper uictura.Porro cũ ait: Cõſecraui,alludit ad monumẽta:quæ quo diutius ſeruarentur,numini alicui cõſecrabantur.Ea uocabãt ἀναθήματα,ut quæ nefas eſſet mouere loco. ¶ Crœſi opes.) Crœſus rex Lydiæ fuit,lõge opulẽtiſſimus,poſtea captus a Cyro,ut narrat Herodotus.Porro diuitiæ Crœſi,Midæ, Craſſi,in ꝓuerbium abierũt,quẽadmodũ Codri & Iri paupertas. Vnde Statius. Et Lydo ditior auro. ¶ Darij.) Regis perſarũ.Apud quos aurei mõtes eſſe ferebãtur.Plautus in Sticho.Neq; ille ſibi mereat perſarũ mõtes, qui eſſe aurei perhibent. Et Ariſtophanes κἄχεζεν ὀκτὼ μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὄρων. / Vicisſe.) Ad rem retulit,non ad perſonã.Nam ad utrũq; poteſt.Nam uincimus aduerſariũ,& uincimus cauſam. ¶ Minus erat.) Id eſt,deſyderabatur & deerat. Vnde & diminutũ dicimus,quod nõ ſatisfacit. ¶ Marſupium.) Græca uox,μαρσύπιον,ſed iam olim a latinis recepta, ſignificat coriaceum ſacculũ quo ſeruantur nũmi. Suffocantes.) Eleganter abuſus eſt hoc uerbo,hoc eſt,ita implentes,ut loculus non capiat. ¶ Schedulas.) Apte diminuit,ut auri contẽptum exaggeret.Nã ſchedæ per ſe dicũtur tabellæ uiliores, in qbus aliquid mox delendũ,aut caſtigandũ ſcribimus. Vnde σχεδιάζω,eſt rem rudẽ deliniare.Et Apuleius in dæmonio Socratis.In iſto ſchedico,inquit,& incondito.Et Quintilianus.Nam qui oẽs etiã indignas lectione ſchedas excutit &c.Bis igitur minuit cũ ſchedulas dixit. Formica,culice.) Hæc omia de genere ſunt inſectorũ.De ingenio,induſtria,politia formicarum, pluſq; mira narrant authores,nec minus comperta tamen,leges apud Plinij libro undecimo.cap.30.Idem eiuſdem libri. cap.2. contemnit Elephantos præ culicis miraculo.In magnis ſiquidem corporibus,aut certe maioribus,facilis officina ſeq̃ materia fuit.In his uero tam paruis,atq; tam nullis,quæ ratio,quanta uis,q̃ inextricabilis pfectio? Vbi tot ſenſus collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora, Sed ubi uiſum in ea pretendit? Vbi guſtatum applicauit? Vbi odoratum inſeruit? Vbi uero trunculentam illam & portiõe maximam uocem ingenerauit? Qua ſubtilitate pennas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam caueam, uti aluum? Auidam ſanguinis & potiſſimum humani,ſitim accendit? Telum uero perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio? Atq; ut in capaci,cum cerni non poſſit,exilitas,ita reciproca geminauit arte, ut fodiendo acuminatum pariter,ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos Teredini ad perforanda robora, cum ſono teſte dentes affixit, potiſſimumq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Taurorumq; colla, & truces in ſublime iactus, Tigrium apinas, & Leonum iubas,cum rerum natura nuſq; magis, q̃ in minimis tota ſit. Hæc Plinius,ex muſca, quod aiunt, fa-

A ciens pluſq; elephantũ. Vermiculis.) De teredinibus, quas etiam Plinius admiratur, aut de bombyce, uerme Indico, & filorum opificio nobili, de Cantharidibus ſentit opinor: de quibus Plinius libro quẽ modo citauimus mira cõmemorat. Ac mire, dicturus quedam minutiora, ne dormitaret lector, uelut exordiolo excitauit: idq; ex arte, quæ iubet ut in rebus cõtemptioribus, ab attẽtione potiſſimũ conſtituamus exordium. Eſt autem in omni tranſitu mirandus Hieronymus. Adeo nõ ocioſas, nec inamœnas habet ſubinde tranſitiones. Quintũ Fabium.) Hic citatur a multis authoribus, preſertim Quintiliano. Nam illud eſt illius: Ita felices artes futuras: ſi de his ſoli artifices iudicarent. Hũc Plinius inter romanos pictores primo loco cõmemorat libro. 35. ca. 4. Apud romanos quoq;, inqt, honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex eo pictorum traxerunt Fabij clariſſimæ gentis, princepſq; eius cognominis, ipſe ædem ſalutis pinxit. Anno urbis conditæ. cccc. l. quæ pictura durauit ad noſtrã memoriam æde Claudij principatu exuſta. Beſelehel noſtrum.) Noſtrum adiecit, quod Fabius eſſet ethnicus. De hoc legis Exodi. ca. 31. Locutuſq; eſt dñs ad Moyſen, dicens: Ecce uocaui ex nomine Beſelehel, filium Buri, filij Hur, de tribu iuda, & impleui eum ſpiritu dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in oĩ opere &c. Hyram.) De Hyram habes, ſecũdo libro Regũ. ca. 5. Miſit quoq; Hyram rex tyri nũcios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificeſq; lapidum. Idem Hyram, mortuo Dauid adiuuat Solomonẽ, ad ædificationem templi miſſa materia & artificibus: ut habetur tertio Regũ. ca. 5.

Lætæ ſegetes.) Culmi quaſi calami, ſuſtinent ariſtas. Immodicã ſegetis luxuriẽ docet caſtigare Vergilius, deductis aquis: primo georgicon. Quid, quod ne grauidis procumbat culmus ariſtis Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Cum primũ ſulcos æquant ſata. Eſt igitur nõ agri modo, aut arborũ, ſed etiam ingeniorũ, ac ſtili luxuries quædam, & immodica felicitas. Philoſophus ille.) Hippiam indicat ſophiſtam, quẽ Hieronymus nõ appellat, ut exemplum ſit commendatius. Hic Eleus fuit, diuerſarum artium egregie peritus, dialectices, geometriæ, aſtronomiæ, muſicæ, arithmeticæ. Valuit & in pictura ac ſtatuaria: author, Flauius Philoſtratus, primo libro, de uitis ſophiſtarum. Huius balneum una cũ ſupellectile ab ipſo fabricatum, deſcribit Lucianꝰ in Hippia, & Hũc imitatus Apuleius in floridis q anuli quoq; meminit, & pallij purpurei, & ſtrigilis, aliarũq; rerũ minutarũ. Gloriatꝰ eſt.) Qm̃ in olympijs oſtentabat, ut idem refert. Ac negat in illo ſpectaculo fuiſſe quicq; æque ſpectandum. Baſilicas eccl.) Baſilice, græcis Regiam ſonat. Nam βασιλεύς, rex. Illi quicquid ſplendidum ac magnificum eſt, id βασιλικὸν uocant. Latini domos amplas ac ſpacioſas, in quibus agebantur cauſæ, conciones, & alia id genus publica, Baſilicas uocabant. Nam eccleſia, latine cõcionem ſignificat. Conciliabula.) Cõuentus. Nam ad ſepulchra ſiue reliquias martyrum conueniebant Chriſtiani, idq; noctibus, ut palam indicat Hieronymus in epiſtola aduerſus Vigilantiũ. Pampinis.) Id eſt, uirgultis uiteis, cum ipſis foliis. Nã hæc pampini uocantur. Adumbrarit.) Paulo diuerſius hic accipit q ſuperius, nempe pro obtexerit.

B Diſpoſitione.) Duo ſunt quæ delectãt oculos, ipſe rerũ color, & apta collocatio. Delectat per ſe gemma, ſed refert, ubi inſerta ſit. Macte uirtute.) Verum epiphonema, quo claudit Nepotiani uitam, ſimulq; gradum facit, ad mortis expoſitionem. Ad huiuſmodi acclamationem, precipue uox ea cõuenit. Macte, qua uirtutem abſolutam ſignificamus. Sed rurſum mire per ſententiam fecit tranſitũ, uerũ accõmodatam ad perſonam. Nam abſoluta erat. Cuiꝰ egregia ſunt initia, eius oportet & finẽ egregiũ eſſe.

Cuius tal. p. q. e. ſ.) Mirum, ut pariter, & excitat lectorẽ, ad partem ſequentẽ: nempe de morte: & obiter locos cõmunes attingit, nec ſinit ocioſos aut frigidos eſſe tranſitus. Quid te ſubtrahis?) Apoſtrophe, affectibus aptiſſima. Oĩs caro fœnũ.) Eſaias. ca. 40. Oĩs caro fœnum, & oĩs gloria eiꝰ, quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos. Item Iacobus. ca. 1. Qm̃ ſicut flos fœni trãſibit: exortꝰ eſt eñ ſol cum ardore, & arefecit fœnũ, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt. Rurſum Eccleſiaſtici. ca. 13. Omnis caro ſicut fœnum ueteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore uiridi. Alia generãtur, & alia deijciuntur. Sic generatio carnis & ſanguinis. Item Petrus in epiſtola prima. Quia omnis caro, ut fœnum &c. Cæterũ Eccleſiaſtici ſimilitudo de folijs pulchre cõuenit, cũ eo quod dicit Homerus. Iliados ſexto. οἵη περ φύλλων γενεή, τοίη δὲ καὶ ἀνδρῶν φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει, ἄλλα δέ θ' ὕλη τηλεθόωσα φύῃ, id eſt, Tale quidẽ genus eſt hominũ, quale eſt foliorũ. Quorum hæc uentus humi fundit, rurſum illa uireſcens, Profert ſylua. Vtitur idem eadẽ ſimilitudine. Iliados. φ. Indumento.) Nam corpus, ueſtis ac domiciliũ eſt animi, iuxta Platonẽ in Phædone. Et notus eſt iocus ille, ingeniũ Galbæ male habitare, quod cũ eſſet diſertus, deformis tamen erat. Flante auſtro lilium.) Auſter peculiariter inimicus eſt floribꝰ. Vnde Vergilius in Alexide. Eheu quid uolui miſero mihi? floribus auſtrũ Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros. Nec minus peſtilens corporibus humanis. Horatius in odis. Fruſtra per autũnos nocentẽ corporibꝰ, metuemus auſtrum. Vnde & ꝓpheta uentũ urentẽ uocat, ac uænas ſiccantẽ. Quin etiam Eçechiel. ca. 27. Ventus auſter contriuit te. Hieronymus admonet hebraicã uocẽ, עֲרִים, latinis uerti poſſe, uentũ urentẽ, pro quo auſtrũ legimus. Porro cũ omnis gratia florum ſit fugax, apte tñ nomi nat liliũ & uiolã; quorũ illud candore, hæc purpura delectat, uterq; flos minime durat. Quã ob cauſam Horatius in odis. Breue liliũ dixit. Ac mira ſimilitudine, exꝑſſit formæ nitorẽ paulatim morbo ſqualeſcẽtẽ. Vænarũ fontes.) Phyſice dixit. Nã iuxta medicos, febris cordis & ſanguinis incenſio eſt. Lætus erat &c.) Vt omnia pingit, & ob oculos ponit. Intelligeres &c.) Hoc epiphonematis loco, poſt ὑποτύπωσιν. Voluũtur per ora lachrymæ.) Hic iterum trãſitus eſt, excitans ad ea quæ ſequũtur. Expectamus eñ magnum quiddam, cuiꝰ recordatio Hieronymo uel inuito lachrymas excuſſerit. Aetate patri, fratri collegio.) Moriens Nepotianus alludit ad uerba quæ ſunt in libello ſuperiori, quem Hieronymus ad ipſum ſcripſerat. Aetate patrem, fratrem collegio: ut hinc uel maxime appareret, illum etiã tum cum animam ageret ſtudiorum ſentire dulcedinem, quo tempore uulgus hominum, nec ſeipos ſentiunt.

C Pariter.) id est,ex æquo.Dicitur eṁ a pari. Manum auunculi.) Et hoc ad ὑποτύπωσιν pertinet.Nam hic mos morientiũ,ut hoc indicio supremo,significēt se sentire,quæ dicuntur & aguntur. Scio quod nolueris.) Hactenus exposuit quæ ad præsens tempus,iuxta Rhetorum præcepta, pertinebāt. Nunc transitu per sententiam,ut solet quesito:transit ad ea quæ futuri sunt temporis,id est,quæ sint post mortem consecuta. Sic.) Id est,in luctu.Siquidem in aduersis,potissimũ apparet,qui sint amici,ut inquit, Tragicus:sed nemo optat,ut sic amicos probet. Iucundius,Gratius.) Indicat differentiam inter iucundũ & gratũ,quã explicat Laurentius uala,elegantiarum libro.4.Totus autem sermo qui sequitur,scatet schematũ flosculis:quæ pretermitto,ne lectorem onerem. Meditationē mortis.) Id mirifice tractat Socrates apud Platonē in Phædone, nihil aliud esse philosophari,& mortis meditationē,hoc est,exercitationem & præparationē ad mortē.Mors abducit animũ a corpore.Philosophia semouet animũ ab amore rerũ corporaliũ,erigens ad ea quæ uere sunt,hoc est intelligibilia.Ita fit ut Philosophi animus lubēs emigret e corpore, cũ ab imperatore uocat:qppe iam ante assuetus abesse a reb⁹ corporeis, & hãc separationē diu meditatus. Cõtra,stulti mortem horrent,quod animus altissime corpori sit immersus, & insolens sit a corpore seiungi.Inepte crassuli quidã hanc Platonis sententiã sic interpretant,quasi Plato iusserit nos assidue meminisse mortis. In cœlũ usq; ferunt.) Auget hoc per hyperbolen, ut magis crescat, quod adducturus est ex Paulo.Redit autem paulatim,ad consolationē intermissam. Quotidie inquit morior.) Fortius est quotidie mori, & meditari mortē.Quãq; Paulus hoc loco,dicit se quotidie mori,quod sese quotidie certissimis uitæ periculis obiiceret,pro salute Corinthiorũ. Arguens enim futurum,ut mortui resurgant,negat se subiturum fuisse toties uitæ discrimen, nisi certũ sciret se resurrecturũ.Præcedit enim:Quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro uestra gloria,quã habeo in domino.Illud obiter admonendum,In græcis codicibus legi adhũc modum, τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν, πᾶσαν ὥραν καθ᾽ ἡμέραν ἀπροθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ, hoc est,quid & nos periclitamur omni hora.Quotidie morior,per uestrã gloriã,ut,p,fit adiurantis:ut, νὴ τὸν δί᾽α id est,per louē. Id quod ante nos indicauit diuus Augustinus & Laurentius Vala. Quãq; Ambrosius propter gloriam,aut pro gloria legit.Sentit autem Apostolus gloriam,quã suis periculis sibi pepererat,ex salute Corinthiorum. Locus est in prima epistola ad Corinthios.cap.15. Conari.) Exponit,quid dixerit meditari.Quod assi scripsi,quia uulgus existimat idem esse meditari,quod cogitare. Velimus nolimus.) Figura proueribialis,qua necessitas ineuitabilis significatur. Ante diluuium.) Nam Adam uixit nongentos triginta D ānos.Seth,duodecim supra nongentos.Enos,quinq; & nongentos.Cainam,nongentos decem.Alĩq; permulti prodigiosæ uiuacitatis cõmemorãtur Genesis.cap.5. Mathusalem.) Hic annos nat⁹ septingentos octoginta duos,genauit filias: Vixit ānos nongentos sexaginta nouē.Itaq; superauit hic oēs longæuitate. Optima quæq;.) Ostendit & fugax sit hæc uita,& q; misera,quo minus moleste feramus mortem.Carmē est Maronis ex libro georgicon tertio. Prima.) Adolescentiã intelligit,quæ ut optima est,ita fugacissima: ueluti flos æui. Nam Pythagoras apud Nasonem,libro metamorph.15. pueritiã confert ueri: iuuētutē estati,autumno uirilē ætatē,hyemi senectutem.Primam igitur sic describit. Nã tener & lactens,puerique similimus æuo, Vere nouo est:tunc herba nitēs,& roboris expers: Turget & insolido est,& spe delectat agrestes.Omnia tum florent,florumq; coloribus almus, Ludit ager.Macrobius cõmentario in somniũ Scipionis,gradus omnes humanæ uitæ,reuocat ad septenarios. Post bis septem,pubertas incipit.Post ter septem,genas flore uestit iuuenta:idemq; annus finem in longum crescēdi facit. Post quater septem,in latum etiam crescere desinimus. Quinta ebdomas,uirium incrementum absoluit.Sexta,tuetur uires ante collectas. A sexta ad septimam,fit occulta paulatim uiriũ diminutio. Septima,totius hominis maturitatem adfert,etiam animi.Decima,uitæ metã prescribit.At Seruius Tullius, ut refert ex Tuberonis historia Gellius libro.10, Vitam oēm in tres distribuit partes:ut pueri censerentur usq; ad annos septē decem.Iuuenes usq; ad annũ quadragesimũsextũ. Vltra hũc seniores. Sed Aristoteles in Politicis putat corporis uigorē minui post annum trigesimũsextũ.Animi,post duo dequinquagesimũ. Miseris.) Hoc epitheton frequēs est apud Hesiodũ & Homerũ, δειλοῖσι βροτοῖσι. Quot autem gradibus extenuat humanã uitam:cuius quod est optimũ,id primum,priusq; intelligas tuũ ipsius bonũ,abit, imo fugit,nõ abit,hoc est pernicissime:ut etiã si uelis,nõ possis rememorari.Nec satis,quod sua sponte fugax est:Accedunt morbi,qui senectutem per se molestam,accelerant. Postremo mors inexorabilis, rapit,nõ aufert. Neuius poeta.) Hic scriptor fuit tragœdiarũ.Est autē carmen trimetrum iambicum.Pati necesse est,multa mortalē mala. Niobam.) Quæ ob spretam Latonã,omnibus liberis orbata fuit: ipsa uersa in marmor, quod assidue ueluti lachrymis madere cernitur. Fabulã narrat Ouidius,libro metamorph.6. Et diuersas bestias.) Opinor hũc locũ non uacare mendo.Quæ nãq; Niobe cõmutata fuit in diuersas bestias,cum in lapidē sit uersa? Fortassis legendum,In lapidem,& alios in diuersas bestias cõmutatos finxit ātiquitas:ut intelligas,de Alcyonib⁹, cygnis,& id genus aliis. Et Hesiodus nata.) Nihil huiusmodi legit in operibus Hesiodi poetæ, quæ quidē nũc extant.Fortassis legendum est,Heniochus:quos opinor aut thraciæ populos,aut certe finitimos.De thracibus autē,apud quos luctuosa sint puerperia,ut recentem natũ luctu parēs excipiat:Cõtra, læta funera:ut uinctos gaudijs prosequātur:meminit Solinus in descriptiõe Thraciæ: Valerius Maximus libro secũdo: Quintilianus libro qnto,cũq; his alij pmulti. Plæbs.) Vt plæbes legas,ratio senarij postulat. At Ennius qdē nõ extat:uerũ hæc sunt uerba, Agamemnonis in Euripidis Iphigenia aulidensi. ἢ δυσσεβεῖα δ᾽ὡς ἔχει τί χρήσιμον.καὶ γὰρ δακρῦσαι ξαδίως αὐτοῖς ἔχει Ανολβάτειπεῖμ, τῷ δὲ γενναίῳ φύσιμ.Απαντα ταῦτα, προσάτημ σε τοῦ βίου τὸμ δῆμομ ἔχομεμ.&c. Quæ nos sic uertim⁹. At generis ipsa obscuritas: ut quiddã habet.Et cõmodũ profecto & exoptabile.Nam liberũ illis,lachrymas profũdere.Queriq; misera.Stirpe at illustri satis.Cũ

A

ctā hæc negata. Sed arbitrū uitæ leuem populū obtinemus &c. Verū quid ago?) Per correctionem captauit Transitum, ad commemoranda publicæ calamitatis exẽpla. Quãdo quidẽ hic efficaciſſimus eſt in conſolando locus. ¶ Conſtantius.) Cõſtantini filius Conſtantis frater, ab Arrio, tractus eſt in hæreſim Arrianam, ut quoſdã in deo gradus crederet. Hoc Parthicis bellis occupato, Iulianus, qui gallicis elatus ſucceſſibus, imperij faſtigiũ uſurparat, Italiam Illyricumq; peruadit, Conſtantioq; partem adimit imperij. Id ubi cognouit Conſtantius: omiſſa Parthica expeditione: dum ad ciuile bellũ reuertitur, in itinere inter Ciliciam Cappadociãq; defũctus eſt. ¶ Mopſi uiculo.) Stephanus indicat uicũ eſſe Ciliciæ iuxta fluuium Pyramũ, cui nomẽ ſit Mopſi domus, a Mopſo uate quopiã Tireſiæ filio, etiã ſi diſſentit Strabo. ¶ Hoſti. reliquit. imp.) Iulianũ ſignificat. Nam Conſtantiũ iam ante dolis ſuſtulerat Magnentius. ¶ Iulianus prod. ani. ſ.) ¶ Quoniã deſciuit a fide Chriſtiana. Nam dũ deſciſcit a Chriſto, cui prius dederat nomẽ, ſuam ipſius ſalutẽ prodidit hoſti Satanæ. ¶ Chriſtiani iug. ex.) Dum magno apparatu bellũ aduerſus Parthos moliretur, Chriſtianorũ ſanguinẽ diis ſuis uouiſſe legit: palam perſecuturus eccleſias, ſi uictoria contigiſſet. Quin & Amphitheatrũ Hieroſolymis extrui iuſſerat, in quo reuerſus a Parthis, epiſcopos, Monachos, omneſq; eius loci ſanctos, beſtijs, etiã arte ſæuioribus obijceret, ſpectaretq; laniandos. ¶ In Media.) In galliã miſſus fuerat a Conſtantio ubi res proſperrime geſſit. Et ſucceſſu rerum ebrius, neglexit Chriſtum. In Media ſenſit ultorem. Nam motis a Cteſiphonte caſtris, dolo cuiuſdam tranſfugæ in deſerta perductus, cũ ui ſitis & ardore ſolis, atq; inſuper labore harenarũ confectus, periret exercitus, Imperator tanto rerum periculo anxius, dum per uaſta deſerti incautius euagat, ab obuio quodam hoſtium equite, cõto ictus interijt. ¶ Propagare.) Subactis Parthis. Eſt aũt iucunda adnominatio, propagare, & propagatos. ¶ Iouinianus.) Nã is ſucceſſit Iuliano. ¶ Guſtatis tantũ.) Nam perijt octauo imperij ſui menſe. ¶ Fetore prunarũ ſuf.) Nam pactus cũ hoſtibus, ictoq; fidere neceſſario magis q̃ honeſto, dum per Galatiam iter agit, in Illyricum rediturus, cũ in cubiculum quoddã nouũ ſeſe recepiſſet cubitũ, calore prunarũ, & nidore parietũ nuper calce illitorũ, aggrauatus, & ſuffocatus interijt. ¶ Valentinian⁹.) Is fuit pater Gratiani & Iouiniano ſucceſſit. ¶ Vaſtato genitali ſolo.) Pannoniũ apparet fuiſſe. Siquidem cũ Sarmatæ ſeſe per Pãnonias diffunderẽt eaſq; uaſtarẽt, iſq; ſuccurſurus, bellũ in eos pararet, apud Brigitionem oppidum, ſubita effuſione ſanguinis, quæ græce ἀπόπλιξις uocatur, ſuffocatus interijt. ¶ Valens.) Valentem fratrem, participem fecerat imperij. Hic cũ Gotthos cõturbatos ab antiquis ſedibus expuliſſet, rurſus in fidem recepti ſunt. Mox Gotthi, Maximi ducis auaricia, & iniurijs exaſperati, denuo mouerũt arma: & uicto Valentis exercitu, per Thraciam ſeſe miſcentes, ſimul omnia cædibus, incendijs, rapiniſq; fœdarũt. Valens in Thracia cum Gotthis congreſſus infeliciter, per deuia fugientibus cæteris, ipſe cum ſagitta ſaucius, egre in cuiuſdam uillulæ cel-

B

lam deportatus lateret, ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus, ſubiecto igni cõſumptus eſt: atq; ita cõmuni caruit ſepultura. Gratianus.) Valentiniani filius, patri ſucceſſit: aliquãdiu cum patruo Valente, & Valentiniano fratre, tenuit imperiũ. Deinde Theodoſium in imperij cõſortium aſciuit. ¶ Ludibrio hoſti fuit.) Maximũ ſignificat, qui in Britãnia ab exercitu creatus imperator, in Galliam tranſijt, ubi Gratianũ Auguſtum ſubita incurſione perterritum, atq; in Italiam tranſire parantẽ, dolis circũuentum interfecit, fratrẽq; eius Valentinianũ Italia expulit. ¶ Lugdune.) Apoſtrophen facit, eſtq; hyppallage numeri. Sunt autem Lugduni ad Rhodani Ripas in Gallia. Siquidem omis Gallia comata, in treis partes diuiditur, Belgicam, quæ eadem eſt Lugdunenſis. Et Aquitaniam, olim Aremoricã dictam, & Narbonẽſem. Author Plinius. Adoleſcens Valentinianus.) Iunior Gratiani frater, opera Theodoſij reſtitutus in imperiũ, extincto Maximo eiuſq; filio Victore, quẽ imperatorem Gallijs ipſe diſcedens præfecerat, In Galliam tranſijt: ubi cum pacata uiderentur omnia, apud Viennam dolo Arbogaſtis comitis ſui ſtrangulatus eſt. Inſuper ut uoluntariã ſibi mortẽ cõſciuiſſe uideretur, laqueo ſuſpenſus eſt.

Procopius.) Tyrannus, a Valentiniano Valentis fratre fuit interemptus. ¶ Maximus.) Et hic inuaſor imperij, alioqui uir ſtrẽnuus, Theodoſianis armis oppreſſus eſt: de quo ſuperius dictum eſt. ¶ Eugenius.) Et hic Tyrannus, uictore Theodoſio occiſus eſt. Arbogaſtes hui⁹ comes, & cuius opa imperiũ fuerat adeptus, ſua manu ſe percuſſit. Exercitui parcitum eſt. ¶ Dicat aliquis.) A cõtrario quæſiuit trãſitum, ab imperatorum exemplis, ad inferiorum magiſtratuum fortunas. Feriuntq; ſummos.) Retulit Horatianũ carmẽ ex odis. Celſæ grauiore caſu Decidũt turres, feriũtq; ſummos Fulgura mõtes. Maxima quæq; dignitas, maximis periculis obnoxia eſt. Porro ſi qs uolet de his copioſi⁹ cognoſcere, legat ſeptimũ Pauli Oroſij librum. Nos ea recenſenda putauimus, quæ ad huius loci explanationẽ proprie pertinebant. ¶ Abundantius egens exulat.) De hoc cõſulari uiro qui fuerit, nihil adhuc comperi. Alluſit autẽ Hieronymus ad nomen, cũ ait, Abundantiũ, nõ iam abundantẽ, ſed egentem. Exaggerat per gradus calamitatẽ. Nam egere per ſe miſerum eſt. Miſerius in exilio. Miſerrimũ ſi exules longius apud immanes barbaros. Pitimitæ. In nõnullis codicib⁹ ſcriptũ inuenio, ponto. Vnde fortaſſe Bithynij legendum eſt. Ea ciuitas eſt Bithyniæ. Porro Bithynia in Ponto eſt. ¶ Rufini caput.) Hic oriẽtalis aulæ magiſter fuit. Stilico occidentalis. Deinde imperiũ affectauit. Pilo.) Pilum haſtam Romanam uocat. Erat autem ea ignominia ſumma. ¶ Conſtantinopolim.) Quod hic ſedes eſſet orientalis aulæ, cui præfectus fuerat. ¶ Abſciſſa manus.) Circũferebatur fortaſſis a mendico quopiam, in ignominiã extincti, aut ipſe medicabat manũ amputatã, circũferens ad oſtentationẽ calamitatis. ¶ Aſſæ.) Aſcæ legendum opinor. Nã id eſt oppidũ Arabiæ, quondã a Romanis captũ. Meminit Strabo libro. 16. Quãq; eſt Aſæ, uicus Thraciæ, & Aſea uicus Arcadiæ, teſte Stephano. ¶ Nõ calami. mi.) Tranſitus eſt ad cõmunem regionũ afflictionẽ. Cõſtantinopolim.) Quidam Byçantiũ eſſe putant. Eſt autem in Thracia ciuitas maritima. Alpes Iulias) . Diuerſa ſunt alpium nomina, pro locorum uarietate. Iulias quidam putant

C esse proximas Rhetijs,qua per Teruisianã urbẽ, iter sit in Istriam & Austriã. Scythiã. Thra. Macę.) Non mediocrem habet gratiam,hæc locorũ & gentium ac uerborum congeries ἀσύνδετος. Conuenitq; orationi iam concitatiori,& ad finem properanti. Sunt aũt omnes Europæ regiones inter se finitimæ. Scythia.) A Tanai ferme media est Scythia, (Nam reliqua pars,quæ uergit ad orientẽ in Asia est) pontici lateris. Hinc in Aegei partem continens, Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur. Author præter cæteros,Pomponius Mela. Dardania.) Ea quãq; a Geographis in Asia ponitur: tamen est finitima Thraciæ.In hac Pomponius Mela scripsit esse sepulchrum Achillis.Plinius hãc gentem feram uocat. Daciam.) Daci siue Dacæ trãsrhenani sunt,Danubio fluuio,& Auartijs,syluæq; Hercinæ finitimi. Seruius Dacas Scythiæ populũ facit:exponens eũ locũ quẽ ex Maronis octauo superius attigit Hieronymus.Indomitiq; Dacæ.Quidam Thraciæ Scythiæq; finitimos putãt,aut etiam utriusq; portionẽ. Thessalonicam.) Macedoniæ partem esse scribunt,Plinius in quarto,& Stephanus græcus author. Achaia.) Quæ olim Aigiolos dicta est:ea pars est græciæ in qua est Corinthus.Lege Plinium libro.4. capẽ.5. Epirus.) In Europa pars est Acroceraunidis,de qua plurima Plinius libro.4.capẽ.1. Cũctasq; Pannonias.) Fortassis legendum,cunctãq; Pannoniam.Nisi forte Pannonias ut Gallias dicimus.Nam superior ad Danubium uergit.Inferior ad Daciam,& Dalmatiam. Gotthus.Sar.&c.) Hæc est illa colluuies barbarorũ,quæ tot annos Romanum exercuit imperium. Plurima mortis imago.) Retulit carmen Vergilianũ.Multus ubiq; pauor,& plurima mortis imago. Romanus orb.) Si Romanũ imperiũ ruit,quod oẽs æternũ fore putabãt, quid erit perpetuũ in rebus humanis? Corinthios.) Eas græciæ partes nominat,quæ præter cæteras imperij gloria floruerunt,cũ nunc a barbaris subactæ, seruiant frigeantq;,ut intelligas,nihil esse diuturnum in rebus mortalium. Immunis ab his malis.) Captauit transitum ut digrediatur ad Asiæ calamitates. Et ecce.) Apte de re subita & improuisa. Ex ultimis Caucasi.) Scythas aut Scythis finitimos significat. Nam caucasus Indiæ mons est altissimis rupibus, qua uergit ad Septentrionem Scythiam attingens. Nõ iam Arabiæ.) Non est dubitãdum, quin retulerit locum,qui est apud Abacuc prophetam.capẽ.1.Leuiores pardis equi eius,& uelociores lupis uespertinis.Quẽ locum ita uerterunt septuaginta:Exilient super pardos equi eius,& uelociores erunt lupis Arabiæ.Rursum apud Sophoniã capite tertio.Principes eius in medio eius,quasi leones rugientes:Iudices eius lupi uespere,& non relinquebant in mane. Quod ita uertunt septuaginta: Principes eius in ea ueluti rugientes leones:Iudices eius sicut lupi Arabiæ,non dimittebant in mane. Verba diui
D Hieronymi in hunc prophetæ locum sunt hæc.Sed iudices eius capientes munera,uendentesq; iusticiam,none recte appellantur lupi Arabiæ uel uespertini,sicut Symmachus transtulit? Rursus in locũ Abacuc hæc asscribit:Lupi autem Arabiæ,id est,uespere,hi recte uocantur,quibus cõuersatio pessima occubuit.Reddiderat paulo superius causam,cur lupi uespertini dicerentur,quod lupi uelociores esse dicãtur nocte uicina. Cur autem Arabiæ lupi dicãtur,nullam omnino causam reddit. Vnde mihi suspicio nascitur, utroq; loco quem modo citaui,Arab legi debere,ut Hieronym⁹ hebraicam uocem posuerit:præsertim cum in Abacuc addat,id est,uespere. Verũ hæc interpretandi uarietas hinc accidit,quod עֲרָב apud hebræos uesperam significet, עָרַב totidem consonantibus, uariatis tantum uocaliũ notulis, Arabiam regionem.Hanc igitur posteriorem interpretationem,Hieronymus hoc loco libenter arripuit:nimirum aptam ad allusionem,quandoquidem de regionibus loquitur. Antiochia.) In Asia Syriæ pars est,qua se Ciliciæ cõmittit,olim ac diu potens,ut scribit Mela. Halys.) Fluuius ex Tauri mõtis radicibus oritur.Interfluit Cappadociã,Septẽtrionẽ uersus.Inter Paphlagonas currens,in pontũ Euxinũ exit. Cydnus.) Ciliciæ fluuius est,Tharsum Ciliciæ urbẽ diuidit,ut author est Iustinus & Mela: cuius ortum sciri,negat Solinus. Orontes.) Antiochiæ fluuius est,teste Mela. Euphrates.) Oritur in præfectura Armeniæ maioris,Babylonem diuidit,tandem exit in mare rubrum.Lege Plinij libri. 5. cap.24. Arabia.) Pars Asiæ ultra Peluſiacum Mare,ad Mare rubrum pertingens. Phœnix.) Arbitror legendum,Phœnice,non Phœnix.Quandoquidem regio,græcis simul & latinis φοινίκη uocatur. Palæstina.) Vtraq; pars est Syriæ,Phœnice & Palæstina.Nam ut testatur Plinius libro quinto. Syria qua contingit Arabes,Palæstina uocatur,& Iudæa,& Cœle,Dein Phœnice.Et qua recedit intus Damascena, ac magis etiamnum meridiana,Babylonia. Non mihi si.l.) Vergiliani uersus sunt, ex sexto Aeneidos. Thucydides.& Sal.) Duos historiæ principes nominat,alterum græcæ, alterum Romanæ.Nam & Fabius Thucydidi opponit Salustium:Herodoto,Liuium. Miseri Israelitæ.) Quãq; per nominãdi casum: tamẽ exclamatiue dictũ est. Vt & illud superius:Felix Nepotianus,qui &c. Nabuchodonosor,seruus.) Est apud prophetam Hieremiam.capẽ.25.Et Nabuchodonosor regem aquilonis seruũ meum. Vocauit autem seruum,ut exponit inibi Hieronymus,quod in subuersione Hierusalem illius ministerio uteretur. Eçechias agit pœni.) Hæc historia est Esaiæ.capẽ.37.de Sennacherib rege Assyriorum,& Eçechia rege Israel. Egressus est,inquit,Angelus dñi & percussit in castris Assyriorũ, centum octogintaquinq; milia. Et surrexerunt mane,& ecce omnes cadauera mortuorum. Iosaphat.) De hoc legis.2.Paralipo.capẽ.17. quemadmodũ per uniuersas ciuitates Iuda ,dimissis leuitis ac sacerdotibus,qui legem domini docerent,adeo terrori factus sit hostibus,ut passim ultro munera ad illum mitterent. Moses cõtra Amale.) Historia narratẽ Exodi.capẽ.17.Siquãdo remisisset brachia Moses orãs, uincebantur Israelitæ &c. Si erigi uolu.) Indicat Christianis non oportere præsidium esse in armis, sed in auxilio diuino.Est autem iucundus color ex contrarijs. Vsq; ad incredulitatem.) Ambiguus est sensus.Aut enim intelligis adeo stolidam:ut uix credi possit.Aut adeo stolidam:ut diffidant præsidio dei. Mens.)Rursus exclamat p nominandi casum. Fugient mille.) Esaiæ sunt uerba. capẽ. 30.Si reuertamini & quiescatis, salui eritis.In silẽtio & in spe, erit fortitudo uestra.Et noluistis & dixistis:Nei

A quaꝫ:ſed ad equos fugiemus:Ideo fugietis. Et ſuper ueloces aſcẽdemus:Ideo uelociores erũt,qui perſequenẽ uos.Mille homines a facie terroris unius,& a facie terroris quinq; fugietis. Pilis ſagittis.) Pilum haſta eſt Romana,quæ ut torqueatur,uirum deſyderat.Sagittis Parthi Scythæq; fidebant, quibus æminus pugnatur,& a fugientibus. ¶ Tiaras gal.) Tiara,Phrygius eſt pileus,ac delicatus,magis decorus uiris ꝫ fœminis.Nam buccas quoq; tegebat. Caballi.) Maiores equi dicuntur,ut mãni delicatiores. ¶ Xerſes ille.) Hic,ſi græcis hiſtoricis eſt habẽda fides,deduxit in Græciam,quinquies mille milia, & ducenta octoginta duo milia,ſeptingentos & ſexaginta.Lubitũ eſt illi quodã die, ſpectare multitudinẽ quã ducebat: cũq; intueretẽ omnẽ Helleſpontũ nauibus obductum,omnia littora,atq; Abydenorũ plana,uiris referta,beatũ ſe iactauit,mox fleuit.Rogatus cauſam ſubitæ mutationis.Reſpondit,ſibi uenieſſe in mentẽ,humanæ cõditionis, quod ex tã innumera multitudine,nullus eſſet poſt centũ annos ſuperſturus.Hiſtoria eſt apud Herodotũ libro ſeptimo & octauo. ¶ Redeamus ad nos.) Alius eſt Tranſitus,p correctionẽ:cuiuſmodi fuit proxim⁹ ille,Exceſſim⁹cõſolãdi modũ. ¶ Et quaſi e cœlo.) Alludit ad morẽ Homericũ,q ſic miſcet poeſim ſuã,ut nũc in cœlo uerſetẽ apud deos,nũc rurſus ad hoies deſcẽdat. ANTIDOTVS.Nemo mirabitur,ſi diuus Hieronymus laudi tribuit Nepotiano,quod Tertullianũ, nõ ſolũ legerit,uerũ etiã citauerit,quẽ cõſtat in Mõtani Hæreſim fuiſſe prolapſũ,cũ hũc ob inſignẽ eruditionẽ Cyprianus magiſtrũ ſuũ uocare ſit ſolitus:& diuus Auguſtinus,in libris de doctrina Chriſtiana nõ dubitarit, Theologiæ regulas ex homínis & infantis & hæretici ſcriptis citare. Licebat hoc illis temporibus,eruditiõis gratia, e quibuſlibet libris,ſi qd ineſſet utile,decerpere.Ita Hieronym⁹ præter alios multos,legebat Origenẽ,ut interpretem, nõ ut dogmatiſten. Vt igitur Origenis ingenio fauit Hieronymus,ita fauit & Tertulliani,quẽ ſcribit ad Mõtani factionẽ deſciuiſſe,cõmotũ inuidia clericorũ:ut id mali magis imputet clericis,qui talem uirũ ſua inuidentia a ſe alienarint.

¶ HIERONYMI AD HELIODORVM EPITAPHIVM NEPOTIANI.

GRandes materias,ingenia parua nõ ſuſtinẽt:& in ipſo conatu ultra uires auſa, ſuccumbunt:quanto q; maius fuerit,quod dicendũ eſt:tãto magis obruitur,qui magnitudinem rei uerbis nõ poteſt explicare.Nepotian⁹ meus, tuus,noſter,imo Chriſti: et quia Chriſti, idcirco plus noſter,reliquit ſenes:deſyderiũ ſui iaculo uulneratos, & B intolerabili dolore confectos.Quem hæredem putauimus,funus tenemus.Cui iam meum ſudabit ingenium? Cui litterulæ placere geſtient? Vbi eſt ille διώκτης noſter: & cygneo canore uox dulcior? Stupet animus,manus tremit,caligant oculi,lingua balbutit.Quicquid dixero (quia ille non audit) mutũ uidetur.Stilus ipſe quaſi diſſentiens,& cera ſubtriſtior,uel rubigine,uel ſitu obducitur.Quotienſcunq; nitor in uerba prorumpere:& ſuper tumulũ eius,epitaphiũ huius flores ſpargere:totiens implentur oculi,& renouato dolore,totus in funere ſum. Moris quondã fuit:ut ſuper cadauera parentũ defunctorũ in cõcione pro roſtris laudes liberi dicerẽt, & inſtar lugubriũ carminũ ad fletus & gemitus audiẽtiũ pectora concitarẽt.En rerũ in nobis ordo mutatus eſt:& in calamitatẽ noſtram perdidit ſua iura natura. Quod exhibere ſenibus iuuenis debuit:hoc iuueni exhibemus ſenes.Quid igitur faciã? Iungã tecũ lachrymas? Sed Apoſtolus prohibet,Chriſtianorũ mortuos,dormientes uocans.Et dñs in euangelio. Non eſt,inquit,mortua puella,ſed dormit.Laçarus quoq; quia dormierat,ſuſcitatus eſt.Læter & gaudeam:quia raptus eſt:ne malicia mentẽ eius mutaret:quia placuerat deo anima illius? Sed inuito & repugnanti p genas lachrymæ fluunt:& inter præcepta uirtutũ reſurrectioniſq; ſpem,credulã mentẽ, deſyderiũ frangit affectus. ¶ O mors quæ fratres diuidis:& amore ſociatos,crudelis ac dura diſſocias. Adduxit urentẽ uentũ dñs de deſerto aſcẽdentẽ:qui ſiccauit uænas tuas:& deſolauit fontẽ tuũ. Deuoraſti quidẽ Ionã:ſed & in utero tuo uiuus fuit.Portaſti quaſi mortuũ: ut tẽpeſtas mundi cõquieſceret:& Niniue noſtra,illius præconio ſaluareꝫ.Ille ille te uicit:ille te iugulauit.Fugitiuus ꝓpheta,q reliqt domũ ſuã,dimiſit hæreditatẽ ſuã, dedit dilectã animã ſuã in manib⁹ quærẽtiũ eũ.Qui p Oſee quõdã tibi rigidus minabaꝫ: Ero mors tua o mors:ero morſus tu⁹ inferne.Illi⁹ morte,tu mortua es:illius morte nos uiuim⁹. Deuoraſti,& deuorata es.Dũq; aſſũpti corporis ſollicitaris illecebra,& auidis faucib⁹ prædã putas:interiora tua, adunco dente cõfoſſa ſũt.Gratias tibi Chriſte ſaluator, tua agimus creatura,quod tam potẽtẽ aduerſariũ noſtrũ dum occideris,occidiſti. Quid ante miſerius homine:qui æternæ mortis terrore proſtratus: uiuẽdi ſenſum ad hoc tm̃ acceperat:ut periret? Regnauit eñ mors ab Adam uſq; ad Moyſen, etiã ſup eos, q nõ peccauerũt,in ſimilitudinẽ ꝓuaricatiõis Adæ.Si Abrahã Iſaac & Iacob in inferno, qs in cœlorũ regno? Si amici tui ſub pœna offendentis Adam:& qui non peccauerant, alienis peccatis tenebanꝫ obnoxiũ:quid de his credendũ eſt,qui dixerũt in cordibus ſuis,non eſt deus? Qui

C corrupti & abominabiles facti ſunt,in uoluntatibus ſuis.Qui declinauerũt:ſimul inutiles facti ſunt:nõ eſt q faciat bonũ,nõ eſt uſq; ad unũ.Quod ſi Laçarus uidetur in ſinu Abrahæ, locoq; refrigerij: quid ſimile infernus & regna cœlorũ? Ante Chriſtũ Abrahã apud inferos: poſt Chriſtũ latro in paradiſo.Et idcirco in reſurrectione eius,multa dormientium corpora ſurrexerunt:uiſaq; ſunt in cœleſti Hieruſalẽ.Tũcq; impletũ eſt illud elogiũ:Surge qui dormis,& eleuare,& illuminabit te Chriſtus.Iohãnes baptiſta in eremo perſonat: Pœnitentiam agite:appropinquauit eĩ regnũ cœlorũ.A diebus eĩ Iohãnis baptiſtæ regnũ cœlorũ uim patit̃:& uiolenti diripiũt illud.Flãmea illa romphea cuſtos paradiſi,& præſidẽtia foribus cherubim,Chriſti reſtincta & reſerata ſunt ſanguine.Nec mirũ hoc nobis in reſurrectione ꝓmitti:cũ oẽs qui in carne:nõ ſecundũ carnem uiuimus:municipatũ habeamus in cœlo:& hic adhuc poſitis dicatur in terra:Regnũ dei intra uos eſt.Adde quod ante reſurrectionẽ Chriſti, notus tantũ in Iudæa erat deus:in Iſrael magnũ nomen eius.Et ipſi qui nouerant eũ:tamen ad inferos trahebãtur.Vbi tunc totius orbis hoies,ab India uſq; ad Britanniã:a rigida ſeptẽtrionis plaga,uſq; ad feruores Atlantici oceani: tam innumerabiles populi & tantarũ gentium multitudines, Quã uariæ linguis habitu,tam ueſtis & armis:piſciũ ritu ac locuſtarũ: & uelut muſcæ & culices cõterebãtur:(Abſq; noticia eĩ ſui creatoris, oĩs homo pecus eſt,) nunc paſſionem Chriſti,& reſurrectionem eius,cũctarum gentiũ & uoces & litteræ ſonant. Taceo de hebræis,græcis,& latinis:quas natiões ſuæ, crucis titulo dñs dedicauit. Immortalẽ animã:& poſt diſſolutionẽ corporis ſubſiſtẽtẽ,quod Pythagoras ſomniauit: Democritus nõ credidit:in cõſolationẽ damnatiõis ſuæ,Socrates diſputauit in carcere:Indus,Perſa,Gotthus Aegyptius philoſophant̃.Beſſorũ feritas,& pellitorũ turba populorũ:qui mortuorũ quoniam inferijs,hoies immolabãt:ſtridorẽ ſuũ in dulce crucis fregerũt melos:& totius mũdi una uox Chriſtus eſt. Quid agimus ania? Quo nos uertimus? Quid primũ aſſumimus? Quid tacemus? Exciderũt ne tibi præcepta rhetorũ? & occupata luctu:oppreſſa lachrymis:præpedita ſingultibus:dicẽdi ordinẽ nõ tenes? Vbi illud ab infantia ſtudiũ litterarũ,& Anaxagoræ, ac Telamonis ſemp laudata ſententia? Sciebam me genuiſſe mortalẽ.Legimus Crantorem: cui⁹ uolumẽ ad cõfouendũ dolorẽ ſuũ,ſecut⁹ eſt Cicero.Platonis,Diogenis,Clitomachi,Carneadis,Poſidonij ad ſedandos luctus opuſcula ꝑcurrimus:qui diuerſis ætatibus,diuerſorum luctũ,uel libris,uel epiſtolis minuere ſunt conati:ut etiã ſi noſtrũ areret ingeniũ,de illorum poſſet fontibus irrigari.Proponũt innumerabiles uiros:& maxime Periclẽ & Xenophontem Socraticũ:quorũ alter amiſſis duobus filijs,coronatus in concione diſſeruit:alter cũ ſacrificans filium audiſſet occiſum,depoſuiſſe coronã dicitur:& eandẽ capiti repoſuiſſe, poſtq; fortiter in acie dimicantẽ repperit cõcidiſſe.Quid memorẽ Romanos duces: quorũ uirtutibus quaſi quibuſdã ſtellis,latinæ micant hiſtoriæ? Puluillus capitoliũ dedicans,mortuũ ut nunciabatur ſubito filiũ,ſe iuſſit abſente ſepeliri.L.Paulus ſeptẽ diebus inter duorũ exequias filiorũ,triumphans urbẽ ingreſſus eſt.Prætermitto Maximos,Catones,Gallos,Piſones,Brutos,Scæuolas, Metellos,Scauros,Marios,Craſſos,Marcellos,atq; Aufidios:quorũ nõ minor in luctu q; in bellis uirt⁹ fuit:& quorũ orbitates in cõſolatiõis libro Tullius explicauit:ne uidear poti⁹ aliena q; noſtra quæſiſſe:Quãq; & hæc in ſugillationẽ noſtri breuiter dicta ſint:ſi non præſtet fides qd exhibuit infidelitas. Igit̃ ad noſtra ueniamus.Nõ plangã cũ Iacob & Dauid filios in lege moriẽtes:ſed cũ Chriſto in euãgelio recipiã reſurgẽtes.Iudæorũ luctus, Chriſtianorũ gaudiũ eſt.Ad ueſperã demorabit̃ fletus:& ad matutinũ lætitia.Nox ꝑceſſit,dies aũt appropinquauit.Vnde & Moyſes moriens plãgitur,Ieſus abſq; funere & lachrymis in monte ſepelit̃.Quid quid de ſcripturis ſup lamẽtatiõe dici poteſt:in eo libro quo Paulam Romæ cõſolati ſumus, breuiter explicauimus.Nũc nobis ꝑ aliã ſemitã ad eundẽ locũ perueniendũ eſt:ne uideamur prætrita & obolita quondam calcare ueſtigia. Scimus quidem Nepotianum noſtrum eſſe cum Chriſto, & ſanctorum mixtum choris: quod hic nobiſcum æminus rimabatur in terris, & æſtimatione quærebat,ibi uidentẽ cominus dicere:Sicut audiuimus:ſic & uidimus, in ciuitate dñi uirtutum,in ciuitate dei noſtri: ſed deſyderium abſentiæ eius ferre non poſſumus:nõ illius,ſed noſtrã uicem dolentes.Quanto ille felicior:tanto amplius nos in dolore, q; tali caremus bono.Flebant & ſorores Laçarum:quẽ reſurrecturum nouerãt. Et ut ueros hois

D

A exprimeret affectus: ipse saluator plorauit quem resuscitaturus erat. Apls quoq; eius q̃ dixit: Cupio dissolui & esse cũ Christo. Et alibi: Mihi uiuere Christus est: & mori lucrum: gratias agit, qd' Epaphras de mortis sibi uicinia redditus sit: ne haberet tristiciã sup̃ tristiciã, non incredulitatis metu: sed desyderio charitatis. Quãto magis tu & auũculus & episcopus: hoc est, & in carne & in spũ pater: doles abesse uiscera tua: & quasi a te diuulsa suspiras? Sed obsecro, ut modum adhibeas in dolore: memor illi⁹ sentẽtiæ: Ne qd nimis: Obligatoq; parũper uulnere, audias laudes ei⁹: cui⁹ semp uirtute lætat⁹ es. Nec doleas, qd' talẽ amiseris, sed gaudeas, qd' talẽ habueris. Et sicut hi q in breui tabella terrarũ situs pingũt: ita in paruo isto uolumie cernas adumbrata, nõ exp̃ssa signa uirtutũ: Suscipiasq; a nobis nõ uires, sed uolũtatẽ. ¶ Præcepta sũt rhetorũ: ut maiores ei⁹ q laudãdus est, & eorũ gesta altius repetãtur, sicq; ad ip̃m p̃ gradus sermo pueniat: q̃ uidelicet, auitis paternisq; uirtutib⁹ illustrior fiat: & aut nõ degenerasse a bonis: aut mediocres ipse ornasse uideat'. Ego, carnis bona: quæ semp̃ & ipse cõtẽpsit, in aniæ laudib⁹ nõ requirã: Nec me iactabo de genere, id est, de alienis bonis: cũ Abrahã & Isaac sancti uiri: Ismaelẽ, & Esau peccatores genuerint: Et e regiõe, Iepte in catalogo iustorũ, apli uoce nũeratus, de meretrice sit natus. Ania, inquit, quæ peccauerit, ipa morie'. Ergo quæ nõ peccauerit: ipsa uiuet. Nec uirtutes, nec uitia parentũ, liberis imputãtur. Ab eo tpe censemur, ex quo in Christo renascimur. Paulus p̃secutor eccleſiæ: & mane lupus rapax, Beniamin, ad uesperã diuidit escam, Aniæ oui submittens caput. Igit' & Nepotianus noster, quasi infantulus uagiẽs: & rudis puer, subito nobis, q̃si de Iordane nasca'. Alius forsitan scriberet, qd' ob salutẽ illius oriẽtẽ eremũ q; dimiseris: & me chariſſimũ sodalẽ tuũ, redeũdi spe lactaueris: ut primũ (si fieri posset) sororẽ cũ paruulo uiduã: deinde, si cõsiliũ illa respueret: saltẽ nepotẽ dulcissimũ cõseruares. Hic est em̃ ille de quo tibi quõdã uaticinatus sum: licet paruulus ex collo pẽdeat nepos. Referret, inquã, alius, quod in palatij militia, sub chlamyde & candẽti lino, corpus ei⁹ cilicio tritũ sit, Quod stãs ante sæculi potestates: lurida ieiunijs ora portauerit: qd' adhuc sub alterius indumẽtis, alteri militauerit, Et ad hoc habuerit cingulũ,
B ut uiduis, pupillis, orphanis, opp̃ssis, miserisq; subueniret. Mihi nõ placẽt dilatiões istæ impfectæ seruitutis dei: Et centurionẽ Corneliũ, ut lego iustũ: statim audio baptiçatũ. Verũtn uelut incunabula quædã nascentis fidei cõprobem⁹: ut q sub alienis signis deuot⁹ miles fuit: donãdus laurea sit, post q̃ suo regi cœperit militare. Baltheo posito habituq; mutato, quicquid castrẽsis peculij fuit: in pauperes erogauit. Legerat em̃: Qui uult p̃fectus esse: uẽdat oia quæ habet, & det pauperib⁹: & sequat' me. Et iterũ: Nõ potestis duobus dñis seruire, deo & mãmonæ. Excepta uili tunica: & operimento pari: quo tecto tm̃ corpe, frigus excluderet: nihil sibi ampli⁹ reseruauit. Cultus ipse, puinciæ morẽ se quẽs, nec mũdicijs, nec sordibus notabilis erat. Cũq; arderet quotidie: aut ad Aegypti monasteria pgere: aut Mesopotamiæ inuisere choros, uel certe insularũ Dalmatiæ: q̃ Altino tm̃ freto distãt: solitudines occupare: auunculũ põtificẽ deferere nõ audebat: tot in illo cernens exẽpla uirtutũ: domiq; habẽs unde disceret. In uno atq; eodẽ, & imitabat' monachũ, & episcopũ uenerabat'. Nõ (ut plærisq; accidere solet) assiduitas familiaritatẽ, familiaritas cõtẽptũ illius fecerat: sed ita eũ colebat, quasi parentẽ: ita admirabat', quasi quotidie nouũ cerneret. ¶ Quid multa? Fit dericus, & p̃ solitos gradus p̃sbyter ordinat'. Iesu bone, q gemit⁹, q eiulat⁹, quæ cibi interdictio, quæ fuga oculorũ omniũ. Tũ primũ & solũ auunculo iratus est. Querebat' se ferre nõ posse: & iuuenilẽ ætatẽ incõgruã sacerdotio causabat'. Sed q̃nto magis repugnabat: tãto magis in se studia oium cõcitabat: & merebat' negãdo, qd' esse nolebat: eoq; dignior erat, quo se damabat indignũ. Vidimus Timotheũ nostri temporis, & canos in sapientia, electũ q; a Moyse p̃sbyterũ: quẽ ipse sciret esse p̃sbyterũ. Igit' dericatum nõ honorẽ intelligẽs, sed onus: primã curã habuit: ut humilitate suparet inuidiã. Deinde ut nullam obscœni in se rumoris fabulã daret: ut q mordebant' ad ætatẽ eius, stuperẽt ad cõtinẽtiã. Subuenire pauperibus: uisitare languẽtes, ꝓuocare hospitio, lenire blãditijs, gaudere cũ gaudẽtibus: flere cum flentib⁹. Cæcorũ baculus, esurientiũ cib⁹, spes miserorũ, solamẽ lugẽtiũ fuit. Ita in singulis uirtutib⁹ eminebat: quasi cæteras nõ haberet. Inter p̃sbyteros & coæquales, primus in ope: extremus in ordine. Quicqd boni fecerat, ad auunculũ referebat. Si quid forte aliter euenerat q̃ putarat: illũ nescire, se erasse dicebat. In publico episcopũ, domi patrẽ nouerat: grauitatẽ morũ, hilaritate frõtis tẽperabat. Gaudiũ in risu, nõ cachinnũ intelligeres. Virgines & uiduas Christi, honorare ut matres: hortari ut sorores, cũ oĩ castitate. Iã uero postq̃ domũ se cõtulerat: & relicto foris derico, duritiæ se tradiderat monachorũ: creber in oratiõibus: uigilãs in p̃cando. Lachrymas deo, nõ hoĩbus offerebat: ieiunia in aurigæ modũ ꝓ lassitudine & uiribus corporis attempabat. Mensæ auunculi intere-

C rat:& ſic appoſita quæq; libabat:ut & ſuꝑſtitionẽ fugeret:& cõtinentiã ſeruaret. Sermo eiꝰ ꝓ omne cõuiuiũ de ſcripturis aliqd ꝓponere,libẽter audire,rẽſpõdere uerecũde,recta ſuſcipe,praua nõ acriter cõfutare,diſputantẽ cõtra ſe magis docere,cq; uincere. Et ingenuo pudore,q ornabat ætatẽ,quid cuiꝰ eſſet,ſimpliciter cõfiteri. Atq; in hũc modũ eruditiõis gloriã declinãdo,eruditiſſimus habebaꝫ. Illud(aiebat) Tertulliani,iſtud Cypriani,hoc Lactantij,illud Hilarij eſt. Sic Minutius Felix:ita Victorinus:in hũc modũ eſt locutꝰ Arnobiꝰ. Me quoq; ꝙa ꝓ ſodalitate auũculi diligebat:interdũ ꝓferebat in medium. Lectioneq; aſſidua,& meditatione diuturna:pectus ſuum bibliothecã fecerat Chriſti. Quotiẽs ille trãſmarinis epiſtolis deꝑcatus eſt:ut aliquid ad ſe ſcriberẽ? Quotiẽs nocturnũ de euãgelio petitorẽ:& interpellatricẽ duri iudicis mihi uiduã exhibuit? Cũq; ego ſilentio magis cq; litteris denegarẽ:& pudore reticẽtis,pudorẽ ſuffunderẽ poſtulãtis:auunculũ mihi oppoſuit ꝑcatorẽ:qui & liberiꝰ ꝓ alio peteret,& ꝓ reuerẽtia ſacerdotij facilius impetraret. Feci ergo quod uoluit,& breui libello,amicitias noſtras æternæ memoriæ cõſecraui. Quo ſuſcepto, Crœſi opes,& Darij diuitias ſe uiciſſe iactabat. Illũ oculis,illũ manibus,illũ ſinu,illũ ore tenebat. Cũq; in ſtratu frequenter euolueret:ſuꝑ pectꝰ ſoporati,dulcis pagina decidebat. Si uero ꝑegrinorũ,ſi amicorꝝ qſpiã uenerat, lætabaꝫ noſtro ſe ſuꝑ teſtimonio. Et qcqd minus in opuſculo erat,diſtinctiõe moderata, & ꝓnũciatiõis uarietate penſabat: ut in recitãdo illo,iꝑe uel placere q̃tidie,uel diſplicere uideretꝫ. Vnde hic feruor,niſi ex amore dei? Vñ legis Chriſti indefeſſa meditatio,niſi ex deſyderio eiꝰ q legẽ dedit? Alij nũmũ addãt nũmo:& marſupiũ ſuffocãtes:matronarũ opes uenentꝫ obſequijs:ſint ditiores monachi,cq; fuerãt ſæculares:poſſideãt opes ſub Chriſto paupe:q̃s ſub locuplete diabolo nõ habuerãt:& ſuſpiret eos eccl'ia diuites: q̃s tenuit mũdꝰ añ mẽdicos. Nepotianꝰ noſter aurũ calcãs,ſchedulas cõſectaꝫ. Sed ſicut ſui in carne cõtẽptor eſt:& pauꝑtate incedit ornatior:ita totũ aniæ iueſtigat ornatũ.

C Ad cõparationẽ qdẽ ſupioꝝ modica ſunt,q̃ dicturi ſumꝰ:ſed & in paruis idẽ animus oſtendit. D Vt eñ creatorẽ nõ in cœlo tñ miramur,& terra,ſole,oceano,elephantis, camelis, equis,bubus, pardis,urſis,leonibꝰ:ſed & in minutis q̃q; aialibꝰ formica,culice,muſcis,uermiculis,& iſtiuſmodi genere,q̃ꝝ magis ſcimꝰ corꝑa cq; noia:eãdẽq; in cũctis ueneramur ſolertiã:ita mens Chriſto dedita, æq; & in maioribꝰ,& in minoribꝰ intẽta eſt,ſciẽs etiã ꝓ ocioſo uerbo,reddẽdã eẽ rõnẽ. Erat ergo ſollicitꝰ. ſi niteret altare,ſi parietes abſq; fuligine,ſi pauimenta terſa, ſi ianitor creber in porta,uela ſemꝑ in oſtijs,ſi ſacrariũ mũdũ,ſi uaſa luculẽta,& in oẽs cerimonias pia ſollicitudo diſpoſita,nõ minꝰ nõ maius negligebat officiũ. Vbicũq; eũ q̃reres,in eccl'ia inuenires. Nobilẽ uirũ. Q. Fabiũ miraꝫ antiqtas, q etiã Romanæ ſcriptor hiſtoriæ eſt:ſed magis ex pictura cq; ex litteris nomẽ inuenit: & Beſelehel noſtrũ plenũ ſapia & ſpũ dei,ſcriptura teſtaꝫ: Hyrã q̃q; filiũ mulieris Tyriæ,ꝙ alter tabernaculi: alter tẽpli ſupellectilẽ fabricati ſint. Quõ eñ lætæ ſegetes,& uberes agri,interdũ culmis,ariſtiſq; luxuriãt:ita ꝑclara ingenia,& mẽs plena uirtutibꝰ,in uariarũ artiũ redũdat ælegãtiã. Vñ & apud græcos philoſophꝰ ille laudaꝫ:q oñe q̃ uteretꝫ uſq; ad palliũ & anulũ, manu ſua factũ gl'iatꝰ eſt. Hoc idẽ poſſumꝰ,& de iſto dicere,q baſilicas eccl'iæ,& martyꝝ cõciliabula,diuerſis floribus,& arborꝝ comis,uitiũq; pãpinis adumbrarit:ut qcqd placebat in eccl'ia:tã diſpoſitione cq; uiſu:ꝑſbyteri laborẽ & ſtudiũ teſtaretꝫ. C Macte uirtute:cuiꝰ talia principia,q̃lis finis erit? O miſerabilis hũana cõditio: & ſine Chriſto uanũ oñe qd'uiuimꝰ. Quid te ſubtrahis? qd tergiuerſaris oratio? Quaſi eñ mortẽ illius differre poſſimꝰ:& uitã facere longiorẽ:ſic timemꝰ ad ultimũ ꝓuenire. Oĩs caro fœnũ,& oĩs gl'ia eius q̃ſi flos fœni. Vbi nũc decora illa facies,ubi totius corꝑis dignitas,q̃ ueluti pulchro indumento,pulchritudo aniæ ueſtiebaꝫ. Marceſcebat,ꝑh dolor flante auſtro liliũ:& purpura uiolæ:in pallorẽ ſenſim migrabat. Cũq; febribꝰ æſtuaret,& uenarũ fõtes hauriret calor,laſſo anhelitu triſtẽ auũculũ cõſolabaꝫ. Lætꝰ erat uultꝰ:& uniuerſis circa plorãtibus,ſolus iꝑe ridebat. Proꝓcere palliũ, manꝰ extẽdere,uidere qd'alij nõ uidebãt:& q̃ſi in occurſum ſe erigẽs,ſalutare ueniẽtes. Intelligeres illũ nõ emori,ſed emigrare:& mutare amicos,nõ relinquere. Voluũtꝫ ꝓ ora lachrymæ, & obfirmato animo,nõ queo dolorẽ diſſimulare quẽ patior. Quis crederet in tali illũ tꝑe noſtræ neceſſitudinis recordari:& luctãte aniã,ſtudiorꝝ ſcire dulcedinẽ? Apꝑhẽſa auũculi manu,hãc(inquit) tunicã qua utebar in miniſterio Chriſti,mitte dilectiſſimo mihi,ætate patri,fratri collegio:& qcqd a te nepoti debebaꝫ affectꝰ:in illũ trãſſer,quẽ mecũ pariter diligebas. Atq; in talia uerba defecit,auũculi manũ, mei recordatiõe cõtrectãs. Scio, ꝙ nolueris amorẽ in te ciuiũ ſic ꝓbare: & affectũ patriæ magis q̃ſiſſe in ꝓſperis. Sed huiuſcemodi officiũ in bonis iucũdiꝰ eſt:in malis gratius. Tota hũc ciuitas:tota plãxit Italia. Corpus terra ſuſcepit:aiã Chriſto reddita eſt. Tu nepotẽ q̃rebas:Eccl'ia ſacerdotẽ. Præ-

A cessit te successor tuꝰ. Q d' tu eras, ille post te iudicio omniũ, merebat'. Atq; ita ex una domo duplex pontificatus egressa est dignitas, dũ in altero gratulatio est, quod tenuerit: in altero mœror, quod raptus sit, ne teneret. ¶ Platonis sententia est, oẽm sapiẽtiũ uitã, meditationẽ esse mortis. Laudãt hoc philosophi, & in cœlũ usq; ferũt. Sed multo fortius Aplus: Quotidie, inqt, morior p gloriã nostrã. Aliud est eñ conari, aliud agere, aliud uiuere moriturũ, aliud mori uicturũ. Ille moriturus est ex gloria, iste morit' semp ad gloriã. Debemus igit', & nos anio p̃meditari, qd' aliqñ futuri sumus: & qd' uelimus nolimus, abesse lõgius nõ põt. Nã si nongentos uitæ excederemus ãnos: ut ante diluuiũ uiuebat humanũ genus: & Mathusalẽ nobis tpa donarent': tñ nihil esset p̃terita lõgitudo, q̃ esse desisset. Etem̃ inter eũ q decẽ uixit ãnos: & eũ q mille: postcp̃ idem uitæ finis aduenerit: & irrecusabilis mortis necessitas: trãsactũ omne tãtundẽ est: nisi q d' senex magis onustus pctõrꝫ fasce proficiscit'. ¶ Optima quæq; dies miseris mortalibus æui ¶ Prima fugit, subeũt morbi, tristisq; senectus. ¶ Et labor, & duræ rapit indæmẽtia mortis. Neuius poeta: Pati (inqt) necesse est mꝝta mortalẽ mala. Vñ & Niobã, qa multũ fleuerit, in lapidẽ & diuersas bestias cõmutatã finxit antiqtas. Et Hesiodꝰ nata fer hoim plãgẽs, gaudet i funere, prudẽterq;. Enniꝰ Plebes (ait) i hocce regi antestat loco, licet Lachrymare plebi, regi honeste nõ licet Vt regi: sic ep̃o, imo minꝰ ep̃o cp̃ regi. Ille em̃ nolentibꝰ p̃est: hic uolẽtibus, ille terrore subĩcit: hic seruituti donat': ille corpa custodit ad mortẽ: hic anias seruat ad uitã. In te oculi omniũ dirigũt', domus tua, & cõuersatio, q̃si in specula cõstituta, magistra est publicæ disciplinæ. Quicqd feceris: id sibi oẽs faciẽdũ putãt. Caue ne cõmittas, qd' aut q rep̃hendere uolũt, dig ne lacerasse uideãt', aut q imitari, cogant' delinq̃re. Vince cp̃tũ potes, imo plus cp̃ potes, mollicie animi tui: & ubertim fluẽtes lachrymas reprime, ne grãdis pietas in nepotẽ, apud incredulas mẽtes, desperatio putet' in deũ. Desyderãdꝰ est tibi q̃si absens, nõ q̃si mortuꝰ: ut illũ expectare, nõ amisisse uidearis. ¶ Verꝫ qd ago: medẽs dolori quẽ iã reor, & tpe & rõne sedatũ, ac nõ potiꝰ replico tibi uicinas regũ miserias, & nostri tpis calamitates: ut nõ tã plãgendus sit, q hac luce caruerit, cp̃ gratulãdũ ei, q de tãtis malis euaserit. Cõstãtius Arrianæ fautor hæreseos, dũ cõtra inimicũ parat': & cõcitꝰ fert' ad pugnã: in Mopsi uiculo moriẽs, magno dolore hosti reliqt iperiũ. Julianꝰ pditor aniæ suæ, & Chri-

B stiani iugulator exercitus, Christũ sensit in Media, quẽ primũ in Gallia denegarat: dũq; Romanos ppagare uult fines, pdidit ppagatos. Iouinianus gustatis tm̃ impalibꝰ bonis, fetore prunarũ suffocatus interijt, oñdẽs oibus, qd sit hũana potẽtia. Valẽtinianus uastato genitali solo: & inultã patriã derelinquẽs: uomitu sanguinis extinctꝰ est. Huiꝰ germanꝰ Valẽs Gotthico bellico uictꝰ in Thracia: eũdẽ locũ & mortis habuit, & sepulchri. Gratianꝰ ab exercitu suo pdit': & ab obuijs urbibꝰ nõ receptus: ludibrio hosti fuit, cruẽtæq; manus uestigia, parietes tui Lugdune testãt'. Adolescẽs Valẽtinianus & pene puer, post fugã, post exilia, post recuperatũ mꝝto sanguine imperiũ: haud procul ab urbe fraternæ mortis cõscia, necatꝰ est: & cadauer exanie suspẽdio infamatũ. Quid loq̃r de Procopio, Maximo, Eugenio: q utiq; dũ rexꝫ potirẽt', terrori gẽtibus erãt? Oẽs capti steterũt añ ora uictorũ: & (qd' potẽtissimis quõdã, miserrimũ est) prius ignominia seruitutis, cp̃ hostili mucrone cõfossi sũt. Dicat aliqs. Regũ talis conditio est: feriunt q; summos fulgura montes. Ad priuatas ueniã dignitates: nec de his loquar qui bienniũ excedũt: atq; (ut cæteros prætermittã) sufficit nobis triũ nuper cõsulariũ diuersos exitus scribere. Abundantius egens Pitimitæ exulat. Ruffini caput pilo Constantinopolim gestatũ est: & abscissa manus dextera ad dedecus insatiabilis auaritiæ: ostiatim stipẽ mẽdicauit. Timasius p̃cipitatus repẽte de altissimo dignitatis gradu, euasisse se putat, qd' Assæ uiuit inglorius Nõ calamitates miserorũ, sed fragilẽ hũanæ cõditiõis narro statũ. Horret animus tẽporũ nostrorũ ruinas prosequi. Viginti & eo amplius ãni sũt, q; inter Cõstantinopolim, & alpes Iulias: q̃tidie Romanus sanguis effũdit'. Scythiã, Thraciã, Macedoniã, Dardaniã, Daciã, Thessalonicã, Achaiã, Epiros, Dalmaciã, cũctasq; Pãonias, Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanꝰ, Hunni, Vuãdali, Marcomãni, uastãt, trahũt rapiũt. Quot matronæ, q̃t uirgines dei, & ingenua nobiliaq; corpa, his beluis fuere ludibrio? Capti ep̃i, interfecti p̃sbyteri, & diuersorũ officia dericorũ. Subuersæ eccl̃siæ, ad altaria Christi stabulati eq, martyrũ effossæ reliqæ. Vbiq; luctus, ubiq; gemitꝰ, & plurima mortis imago. Romanꝰ orbis ruit: & tm̃ ceruix nostra erecta nõ flectit'. Quid putas nũc animi habere Corinthios, Atheniẽses, Lacedæmonios, Arcadas, cũctãq; Græciã, qbꝰ imperãt barbari? Et certe paucas urbes noiaui, in qbꝰ olim fuere regna nõ modica. Immunis ab his maꝝ uidebat' oriẽs: & tm̃ nũcijs cõsternatꝰ. Ecce tibi ãno p̃terito ex ultimis Caucasi rupibꝰ imissi in nos, nõ iã Arabiæ, sed septẽtriõis lupi:

C tãtas breui prouincias percurrerunt. Quot monasteria capta? Quantæ fluuiorum aquæ humano cruore mutatæ sunt? Obsessa Antiochia: & urbes reliquæ quas Halis, Cydnus, Orontes, Euphrates q; ꝑterfluũt: Tracti greges captiuorũ: Arabia, Phœnice, Palæstina, Aegyptus timore captiuæ: Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centũ: Ferrea uox: Oĩa pœnarum ꝓcurrere noĩa possim. Neq; eĩ hist oriã, ꝓposui scribere: sed nostras breuiter flere miserias. Alioqn ad hæc merito explicãda: & Thucydides & Sallusti⁹ muti sint. Felix Nepotian⁹, q hæc nõ uidet: felix q hæc nõ audit. Nos miseri: q aut patimur: aut patiẽtes fratres nostros tãta ꝓspicim⁹. Et tñ uiuere uolumus: eosq; q his carẽt: flẽdos potius q; beatos putamus. Olim offẽsum sentim⁹: nec placam⁹, deũ. Nostris pctis barbari fortes sũt. Nostris uitijs Romanus supat exercit⁹, & q̃si nõ hæc sufficerẽt dadib⁹, plus pene bella ciuilia, q; hostilis mucro cõsũpsit. Miseri israelitæ: ad q̃r cõpationẽ Nabuchodonosor seru⁹ dicit. Infelices nos, q tm̃ displicemus deo: ut ꝓ rabiẽ barbarorũ, illius in nos ira desæuiat. Eçechias agit pniam: & cẽtũoctogintaqnq; milia Assyriorũ ab uno angelo, una nocte, deleta sunt. Iosaphat laudes dñi concinebat: & dñs ꝓ laudãte supabat. Moyses cõtra Amalech, nõ gladio, sed oratione pugnauit. Si erigi uolum⁹, psternamur. Prohpudor, & stolida usq; ad incredulitatẽ mẽs. Roman⁹ exercitus: uictor orbis & dñs: ab his uincit, hos pauet, hor terret aspectu: q ingredi nõ ualẽt. Qui si terrã tetigerint: se mortuos arbitrant. Et nõ intelligimus ꝓphetarũ uoces: Fugiẽt mille uno ꝓsequẽte: Nec amputam⁹ causas morbi: ut morbus pariter auferat: statim q; cernam⁹ sagittas pilis: tiaras galeis, caballos equis cedere. ¶ Excessimus cõsolãdi modũ: & dũ unius mortẽ flere ꝓhibemus: toti⁹ orbis mortuos plãximus. Xerxes ille rex potentissimus, qui subuertit mõtes, maria constrauit: cũ de sublimi loco infinitã hominũ mltitudinẽ & innũerabilẽ uidisset exercitũ: flesse dicit, q; post centũ annos nullus eorũ, q̃s tũc cernebat, supfutur⁹ esset. O si possemus in talẽ ascendere speculã: de q̃ uniuersam terrã sub nostris pedib⁹ cernerem⁹. Iã tibi ostenderẽ totius orbis ruinas, gentes gentib⁹, & regnis regna collisa, alios torqueri, alios necari, alios absorberi fluctib⁹, alios ad seruitutẽ trahi: hic nuptias, ibi planctũ: illos nasci, istos mori: alios affluere delitijs, alios mẽdicare: & nõ Xerxis tm̃ exercitũ: sed toti⁹ mũdi hoies qui nũc uiuũt, in breui spacio defuturos. Vincit ser
D mo rei magnitudine, & minus est oĩe qd̃ dicim⁹. Redeam⁹ igit ad nos: & q̃si e cœlo descẽdẽtes, paulisper nostra uideam⁹. Sentis ne obsecro te, qñ infans, qñ puer, qñ iuuenis, qñ robustæ ætatis, qñ senex fact⁹ sis? Quotidie morimur, q̃tidie cõmutamur: & tñ æternos nos eẽ credim⁹. Hocip̃m qd̃ dicto, qd̃ scribit, qd̃ relego, qd̃ emẽdo, de uita mea tollit. Quot pũcta notarij, tot meor dãna sunt tẽpor. Scribim⁹ atq; rescribimus: trãseunt maria epl̃æ: & scindẽte sulcũ carina, ꝓ singulos fluctus ætatis nostræ momẽta minuũt. Solũ habem⁹ lucri: qd̃ Christi nobis amore sociamur. Charitas patiẽs est, benigna est: charitas nõ çelat, nõ agit ꝑperã, nõ inflat: oĩa sustinet, oĩa credit, oĩa sperat, oĩa patit. Charitas nũq; excidit. Hæc semꝑ uiuit in pectore: ob hãc Nepotianus noster absens pñs est: & ꝓ tanta terrar spacia diuisos, utraq; cõplectitur manu. Habem⁹ mutuæ obsidẽ charitatis: lũgamur spũ: stringamur affectu: & fortitudinẽ mẽtis quã beat⁹ papa Chromatius ostẽdit in dormitiõe germani: nos imitemur in filio. Illũ nostra pagella decãtet: illũ nostræ litteræ sonẽt. Quẽ corpe nõ ualem⁹, recordatiõe teneam⁹. Et cũ q̃ loq nõ possum⁹: de eo loq nũq; desinam⁹.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

RVsticũ gallũ, monachũ, eruditũ adolescentẽ docet, quẽadmodũ oporteat instituere uitã, eo digna cognomine. Admonet in primis uitandũ suspectarũ fœminarũ cõsuetudinẽ. Tutius autẽ esse iuuenẽ in cœnobio, q; in solitudine uitã agere. Tũ sero ad docendũ & scribẽdos libros eẽ ueniendũ, obtrectatorũ familiaritatẽ modis oĩbus fugiẽdã. Ac ꝓ singula taxat eos, q sub ꝓtextu ac titulo monachi, suis indulgent uitijs.

SCHOLIA IN EANDEM.

Nihil Christiano.) Rursum suo more incipit a loco cõmuni, de periculis uarijs, qb⁹ Christiani uita obnoxia est, q tñ nõ sit alienus ab argumẽto epistolæ. Atq; hãc partẽ uarijs allegorijs tractat & allusiõib⁹. Totũ qd̃ ap̃hẽsa.) Admiscet in loco cõmuni, ꝓpositionẽ, quã solit⁹ est in initio ponere. Porro ap̃hẽsa manu dixit, qd̃ ita soleam⁹ seorsim, ac familiariter libereq; monere amicũ Stiuã tenes.) Stiua ea pars aratri est, quã manu tenet q arat, quaq; moderat aratrũ. Porro tacite alluſit ad illud Euangelicũ. Nemo qui posto manũ ad aratrum misit, retro respexerit, aptus est regno dei. Iam tectum atq; solariũ.) Quod actuũ capite decimo refertur de Petri uisione, & de Cornelio Centurione, mire trahit ad allegoriam: quã qui cupiet ad plenũ intelligere: locũ eum relegat. ¶ Scyllæi obtrectatorum canes.) Scylla saxum est in mari prominens, quod procul intuentibus puellæ speciem præbeat. Tum fragor assultantium undarũ, latratũ canũ imitatur. Vnde poetæ fingunt eã pubetenus cinctã canibus latrantibus, teste Marone: Candida succinctam latrantibus inguina monstris. Itaq; in prima epistola Scyl

A lã ad uoluptatũ illecebras retulit, hic canũ latratũ, ad obtrectationẽ trahit: Libycis interdũ syrtibus.) Syrtes, loca maris sunt, harenis fluctuantibus uadosa, quæ uel tranquillo mari, pernitiẽ adferunt nautis. Latentib⁹ saxis.) Cautes sunt, quæ hoc magis formidãdæ sunt nautis, quod nõ eminẽt. Vada sunt, cũ subest fũdus altior, nec satis est aquæ, sustinendis nauib⁹. Felix cursus. Elegãter cursum uocat nauigationẽ. Significat aũt p allegoriã, bene nobiscũ agi, si diuturno studio, tandẽ perueniamus ad pfectã pietatẽ. Candẽtia margarita.) Nam uniones: ut testat Plinius, potissimũ candore cõmendant. Margaritũ dixit in neutro genere. Nec ueteris comœdiæ.) Vetus cõmœdia, cui⁹ generis extant adhuc Aristophanicæ, nominatim quosuis magna libertate taxabat. Quæ rabies postea lege cohercita est. Vnde & ꝓuerbiũ apud græcos, De plaustro loq. Apud latinos aũt loco ueteris comœdiæ, successit Satyra, mordax & hoc scripti genus. Asianũ tumorẽ.) Tria sunt dicendi genera, Atticũ, quod pressum est, ꝓpterea quod Athenis iuberent absq; procœmijs & affectibus dicere. Asianũ, tumidũ & redũdans, pro gentis illius moribus, fastu turgidi, & luxu rerũ superfluentis. Rhodiũ, mediũ & ex utroq; temperatũ. Author Cicero & Quintilian⁹, ultimi libri. cap. penultimo. Gallicũ igit dicẽdi genus, cũ Asiano cõfert. Vnde & alibi, Gallico, inquit, cothurno attollit, Romanũ cũ Attico. Nõ calcaribus sed freno.) Alluſit ad apophthegma Isocratis de Ephoro ac Theopompo. Itẽ Platonis de Aristotele ac Xenocrate quod alter plus satis ardens, freno opus haberet: alter tardior, calcaribus. Luxuriantes flagellis uineas.) Flagella uocat summos uitium ramos flexiles. Luxuriat autem, quod præter modũ lætum est. Pampini uero uitiũ folia sunt. Libertini generis.) Vt hoc titulo prætexant libidinẽ, quod adolescẽtibus libertinis, sint ueluti patronæ. Cibus locustæ.) Plinius non uno loco, testat populos quosdã locustis uiuere, sole siccatis. Pudet autẽ referre, cꝫ inepte hac de re ineptiant quidam, quasi uæhementer ledat fama diui Iohãnis Baptistæ, si dicatur hoc animante uictitasse, tam uili cibo, quasi uero magis cõuenerit, eũ placẽtis ac murenis aluisse. Filij prophetarũ. q. m.) Nõ quod cucullũ haberent, sed quod semoti ab oppidorũ frequẽtia, uitã agerẽt in solitudine. Cellulã pro paradiso.) Paradisus græcis, hortũ significat. In hortis aũt olim uoluptatibus dabatur opera. Vnde & de hortis Epicureis, frequens apud authores mentio. Filij Ionadab.) Historia habetur apud Hieremiã ꝓphetam, de filijs Ionadab: qui inuitati ut biberẽt uinũ, recusarunt: nec ædificarunt domos, nec sementem faciebant, nec plantabant uineas, ita edocti a patre: Donec cõpulsi ab exercitu Nabuchodonosor & exercitu Chaldæorũ, cõferrẽt sese in ciuitatẽ Hierusalẽ. Porro quod primi ducti sint captiui, id nusq; legit, nec in psalmis, nec in alijs litteris: nisi quod colligitur e titulo psalmi centesimi trigesimi primi, q est huiusmodi. τῶν υἱῶν Ἰωναδάβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων, id est, filiorũ Ionadab, & his qui primi captiui fuerũt. Nec in eo psalmo super hac re ulla fit mẽtio: ut testat & diuus Augustinus. De singularitate censemur.) Nam hinc græcis
B monachi uocabulũ, quasi dicas, unicũ & singularẽ. Nomẽ autẽ inde sumptũ, quod olim pij quidã homines, partim nõ ferentes gentiliũ in Christũ blasphemias, partim afflicti ab inimicis Christianæ fidei, ꝓfugerẽt aliquo in uastas solitudines, atq; ibi uiuerẽt: alij gregatim, quos cœnobitas uocãt: alij semotim, quos appellãt anachoritas. Pastor ouiũ. hi. s. o. p.) Festiua uicinitas uocũ, in ouiũ & hominũ. De Moyse habes Exodi tertio & secũdo. Lacus geneçareth.) Loc⁹ est Lucæ. cap. 5. Vbi Christ⁹ ita loqt petro. Noli timere, ex hoc iam hoies eris capiens. Et rationabilẽ hostiã of.) Alluſit ad locum, qui est apud Paulũ ad Romanos. cap. 12. Exhibeatis corpora uestra, hostiã uiuentẽ, sanctã, deo placentẽ, rationabile obsequiũ uestrũ. Hieronymus nõ nihil detorquens hũc Pauli locũ, alluſit ad græcã uocẽ λογικὴν, quod a sermone quoq; duci potest: ut intelligas coli deũ, prædicando Christũ. De hoc uide nostra in Paulum scholia. Pluſq; aut minus.) Vbi cõplures una faciũt iter, si qs fuerit lentior, ab alijs pergentib⁹ utcũq; protrahit: si quis æquo ꝓperantior, a cæteris retardat. Cõtra, q solus facit iter, aut studio ꝓueniendi nimiũ festinat, aut tedio itineris resident & obdormiscit alicubi. Rursum, qui solus ambulat, nõnũq; aberrat. Inter multos, si quis aberrat, nõ deest, qui cõmonstret uiã. Idem accidit in uita solitaria, & gregaria. In solitudine sito.) Oẽs ferme codices habebãt cito, per. c. nec mihi displicet oĩno, si modo accipias cito ꝓ facile. Alienos seruos.) Ita Paulus ad Roma. ca. 14. Tu quis es q iudicas seruũ alienum? De ludo.) Ludũ hic scholã uocat. Nã tyrones ludũ habebãt, in quo prius rem bellicã discerent. Qui specimen.) Specimen uocat degustationẽ, unde reliqua possint æstimari. Dæmonũ cõtra se.) Mirum, ut olim etiã fuerit hæc impostura. Nã hodie quoq; fũt, ꝑsertim inter eos qui solitariã agunt uitã, q uisiões, & dæmonũ infestatiões an fingant nescio, certe narrant. Stipes.) Id est, minutulos nũmos, quos accipiũt mẽdici. Est aũt tacita allusio uocũ in stipes, & stirpi. Tũc ferrũ,) Alluſit ad historiã Heliçæi, quæ habet quarto regũ. ca. 6. Inter palmarũ ar.) Nihil em̃ hui⁹ arboris fructu dulcius quas palmulas uocãt Vt angelus.) Miscuit historiã Nabal, quæ est primo libro Regũ. cap. 25. cum dicto euangelico, quod est apud Lucam. cap. 12. Quidã codices non habent, angelus pessimus, sed angelus, quod magis placet, quod illic legimus illi a deo dictum, nisi angelum accipis pro nuncio, quod adfertur. Fiscellã texe iunco.) Fiscella sportula est rusticana, qua recentem caseum, aut arborũ fructus, aut simile quippiam portabant. Diminutiuũ a fiscina. Verg. Viridi fiscellã texit hibisco. Et rursum, Et rubea texatur fiscina uirga. Lentis.) Id est flexilibus. Sarriatur humus.) Sarrire est sarculo frangere glebas ac repurgare terrã. Areolæ.) Diminutiuũ est ab area. Sic autẽ uocat sectas in quadrum planicies in hortis, quas uulgo nostrates lectulos uocant. Limites appellat semitas, quib⁹ areolæ discernũtur. Ecce supercilio.) Hij uersus sunt apud Vergiliũ primo Georgicon libro. Nec sine causa dixit Hieronym⁹, Spectator assistas. Nã poeta cum dicit ecce, uelut ad spectaculũ inuitat, & ipsa carminis cõpositio pene ob oculos ponit ac representat, aquã a summo cliuo exilientẽ, celeritate dactylorum, Elicit, illa cadens. Deinde per obstantia saxa cũ murmure non nihil luctantem, Raucum per leuia murmur. Rursum. per agrum, nunc celerius, nũc tardius, utcũq; loci cõmoditas, aut incõmoditas occurrerit, huc & illuc discurrentẽ, Scatebrisq; aren

C tia temperat arua. ¶ Inſerantur infructuoſæ.) Nõnulli codices habent, fructuoſæ. Mihi magis probat, ut legamus, infructuoſæ. Nam fructuoſum, neſcio an latine dici poſſit. Quãq; & ad ſenſum magis quadrat, infructuoſæ. Siquidem inſeri dicitur, non ſolum id quod immittitur, uerũ etiam arbor in quã immittimus. Inſerunt aũt infrugiferæ, ueluti platanus, phagus, ornus, ut arte fiant frugiferæ, quo maiorem adferant uoluptatẽ ſuo cultori. Vnde Flaccus. Vt gaudet, inſitiua decerpens pyra. ¶ Vel gẽmis uel ſurculis.) Veteres tradiderũt tria inſitiõnũ genera. Vnum, quo reſecta & fiſſa arbor ſeu planta, recipit in medullam immiſſum ſurculũ. Alterũ, cũ reſecta inter librũ & materiam recipit ſemina. Tertiũ cũ gẽmæ infoditur ſurculus. Gemmã autẽ ruſtici uocabant, tumorem corticis, a quo rupto prodeunt nouæ frondes. Dulcia poma.) Equidem malim, dulcia præmia, niſi refragarentur exemplaria. ¶ Solomonis prouerbia.) Sic em̃ legis Eccleſiaſtici capite undecimo. Breuis in uolatilibus eſt apis, & initiũ dulcoris habet fructus eius. ¶ Ac regiã diſciplinã.) De politia apũ admirabili, refert Vergilius Georgicon libro quarto, & Plinius. ¶ Diuaricet pedes ſuos.) Alluſit ad id quod eſt apud Eçechielem. cap̃. 16. Diuiſiſti pedes tuos, omni tranſeunti: utens ſimilitudine proſtitutæ, quæ quemuis admittit ad coitũ. ¶ Quintiliani acumina.) Tribuit Quintiliano acumen: Ciceroni copiam, & facilitatem, quaſiq; fluxum: Plinio lenitatem, quod cõpoſitus ſit, & minus acribus affectibus. De Frontone, meminit & Iuuenalis, Frontonis platani, cõuulſaq; marmora clamant. In ſumma ſentit, poſt ſtudia rhetorices. ¶ Nulla continentia.) Continẽtiã hic uocat abſtinentiã cibi, potus & ſomni. ¶ Clauũ clauo.) Græcum prouerbiũ eſt, quoties malũ malo, pellitur, ueluti ſi quis impudentiã impudentia retundat. ¶ Leui uſitatoq;.) Quidã codices pro uſitato, haben, tcitato. Vtraq; lectio tolerabilis eſt. ¶ Summis labijs.) Prouerbiũ eſt græcũ, cũ quis nõ ex animo loquitur, ut in Chiliadibus noſtris oſtendimus. ¶ Quaſi adferentes ſecũ.) Si licet aliquid refragantibus exẽplaribus immutare, malim ita legi, quaſi offerẽtes ſe cũ lucro noſtro atq; cõpendio. Quidam em̃ ob id nõ gaudẽt hoſpitũ aduentu, quod dãni nõnihil adferre uideant rei domeſticæ. At, quos intelligũt lucrum adducturos, eos apprehenſos retinẽt, nec ſinunt abire. ¶ Ordine litterato.) Volantes em̃ exprimunt alpha Λ. Sic em̃ pingebant antiqui, ut V inuerſum referat. De quo Plinius libro. 10. cap̃. 21. ¶ Duos fratres.) Romulũ & Remũ. Romulus Remũ occidit, quod mœnia tranſiliſſet, atq; ita Fraterno primi maduerunt ſanguine muri, quod Hieronymus dedicationẽ appellat. ¶ In quãuis gran.) Q̃uis. i. quantũuis. Signũ autẽ dat imperator militib⁹, ineũdi prælij, & ſigno dato iubet deſiſtere. ¶ Penſum.) Id eſt, modũ operis p̃ſcriptũ. Sumptũ a pẽſo lanarũ, qd̃ certi põderis ſingulis puellis dabat. ¶ In ordine tuo.) Ita quondã laborantes monachi, uiciſſim pſalmũ aliquẽ recitabant, ut aliorũ opus nõ intermitteretur, & ſemp audiret aliquid ſacri. Nunc ocioſi, nihil aliud faciunt monachi noſtrates. ¶ Aurũ comeditur.) Aurũ uocat rem magno emptam: ut Chriſtus in euangelio, rapinas in catinis, uocat preciũ rapina partum.

D ¶ Et examina.) Ita uocat numerũ innũerabilẽ. Et Horatius, ditis examen domus, ab apum examinibus ducta ſimilitudine. ¶ Pomparũ ferculis.) Pompæ dicũtur, publicæ oſtentatiões, ut in ludis ſolennib⁹, in triumphis, in funerib⁹. Fercula uero dicũtur currus: qbus circũferũtur ſpectandæ imagines deorũ, aut ſimilia. Vnde Naſo. Aurea põpa uenit: a græco uerbo πέμπω, quod eſt duco. ¶ Caninã facũdiã.) Sic Appius, uocare cõſueuit, maledicã ac rixoſam æloquentiã: ut teſtat Nonius Marcellus in dictiõe Rabula, Saluſtiũ adducens. Sumptũ eſt autẽ a canũ rixa. Quin & ipſa uox rixa, a canibus, hoc eſt a canina littera rho, deducta eſt. ¶ Cornicantes.) Alluſit ad Perſianũ illud in Satyra qnta, Et clauſo murmure raucꝰ, Ne ſcio qd tecũ graue cornicaris inepte. Quod græci uocãt κρώζειν. Eſt aũt mira pſonæ ὑποτύπωσις. ¶ Verba trutinant̃.) Retulit locũ, q eſt apud Perſiũ Satyra tertia. Obſtipo capite, & figẽtes lumina terræ. Murmura cũ ſecũ, & rabioſa ſilentia rodũt: Atq; exporrecto trutinant̃ uerba labello. Siqdẽ quod ait Perſi⁹, Obſtipo capite: Hieronymus explicat, ſtupẽtib⁹ in terrã oculis. Iniuſta cõpendia.) Cõpendia hoc loco lucra uocat, ut pugnet cũ diſpendijs. Oblitus præteritorũ.) Alluſit ad id quod eſt apud Paulum in epiſtola ad Philippẽſes. cap̃. 3. Eorũ quæ retro ſunt oblit⁹ in ea quæ ante ſunt &c. Nõnihil tñ immutauit Pauli ſententiã. Nãq; ſic habet ille. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, id eſt, ea quæ a tergo ſunt obliuiſcens, in ea quæ a fronte ſunt enitens. Eſt em̃ metaphora a currentibus in ſtadio ſumpta. Αγοραμόμους.) ἀγορὰ forum, μόμος lex. Inde dictus magiſtratus, q mercatui legẽ præſcribat. Aediles quoq; apud Romanos ſimilia curabant, ſi mẽſura minor, ſi preciũ iniquius, ſi parũ ſyncerũ oleũ fuiſſet. ¶ Aut ciconiarũ.) Alluſit ad Perſianũ illud. O lanea a tergo, quẽ nulla ciconia pinſit. Nec manus auriculas, imitata eſt mobilis albas. Nã his geſtib⁹ irridebãt a tergo. Aut æſtuantẽ.) Sequit apud Perſiũ eodẽ in loco, Aut linguæ, quantũ ſitiat canis Apula tãtũ. Nã hoc quoq; geſtu deridemus. Teſtudineo Grũnius.) Quoniã a uero noie uoluit abſtinere, facticio eſt uſus. Nã Grunnius a grunniẽdo deducitur, quæ uox eſt porcorũ. Ad eundẽ ferme modũ loquũtur, q faſtu turgidi, uocẽ ex imo promunt gutture. Extabat olim ludicrũ argumentũ, cui titulus erat, Grunnij corocottæ teſtamẽtũ, Porcello huiuſmodi noie, & cognomine affecto, utraq; uoce facticia. Extat hodieq; Gryllus Plutarchi, quod græci grunnire dicãt gryçin. De teſtamẽto Grunnij corocottæ, meminit Hieronym⁹ in p̃fatiõe duodecimi cõmẽtariorũ libri in Eſaiã. Facete in una pſona duo cõiunxit animãtia, ſuẽ & teſtudinẽ, quorũ alterũ repreſentabat uocẽ ex imo gutture promens, & alterum inceſſu lento ac faſtuoſo, perinde quaſi lunonis ſacra ferret. Creticũ diceres Longinũ.) Nec hic locus uideẽ carere mẽdo. De Lõgino Caſſio, & docto & diuite, meminit Tacitus, quẽ ob inuidiã opũ, ad quas erat euect⁹ maximas, Nero iuſſit interfici. Meminit & Iuuenalis, Lõginũ. Et magnos Senecæ p̃diuitis hortos. Creticorũ gẽs apud Romanos erat, inter primas nobilis ac potẽs. Vnde idẽ Satyricus. Et metuas, ne tu ſis Creticus aut Camarin⁹. Verũ haud ſcio, an criticus legendum ſit. Vocabantur em̃ Critici, docti quidam, qui de ſcriptis aliorum iudicabant, reponenda ne eſſent in templo Apollinis, an reijcienda. Nam cum hoc quadrat quod ſequitur: Cẽſorẽq; Romanæ facũdiæ. Cenſoriũq; Roma.) Nõnulli codices habebãt cẽſorẽ, alij cẽſorinũ. Sed rectiꝰ eſt cẽ

A ſoriũ, ut intelligas Cãtonẽ maiorẽ, qui cenſorius dictus eſt. Quaſi dicas Ariſtarchum totiꝰ rei litterariæ. Et elegãter adiecit, Romanæ facũdiæ, quaſi id eſſet in Romana facũdia, quod Cato fuit in Romana rep.

De ſenatu doctorũ.) Nam hoc quoq; licebat cenſoribus Romanis, ſenatu expellere: quemadmodũ, Portius Cato, Titũ flaminium ſenatu mouit: Iunius Brutus, Luciũ Antoniũ. Itẽ alios alij: ſicuti refert Valerius Maximus, libro ſecũdo. capꝰ. de cenſoria nota. Hic bene nũmatus.) Diues erat, & laute accipiebat hominem. Vnde magis placebat in prandio, q̃ in dicendo: & melior conuiuator, q̃ orator.

Nec mirum.) Hunc locum in omnibus, quæ uidere contigit exemplaribus repperi deprauatũ. E quibus tamen mihi uideor germanam deprehendiſſe ſcripturam. Nec mirum, ſi qui multos ineſcare ſolitus erat, facto cuneo procedebat in publicum: intus Nero, foris Cato. Lautis conuiuijs conciliabat fauorem multorum. Iuxta Perſianũ illud. Calidum ſcis ponere ſumen. Scis comitem horridulum, trita donare lacerna. Intus Nero.) Ob luxum uitæ: foris Cato, ob ſuperciliũ & ſeueritatẽ inceſſus & habitus

Viam relinquere regiam.) Regiam publicã ac rectã uocat, alludens interim ad locũ, qui eſt in Numeris. capꝰ. 20. Moſes miſſis nũcijs ad Edom, petit tranſitum per illius fines. Hæc, inquit, mandat frater tuus Iſrael. Ac poſt paucula: Non ibimus per agros, nec per uineas, nec bibemꝰ aquas de puteis tuis, ſed gradiemur uia publica, nec ad dextram, nec ad ſiniſtrã declinãtes, donec trãſeamus terminos tuos. Qui funiculo increpationis.) Quædam exemplaria ſic habebant: Qui abſq; funiculo & increpatione, cathedras uendentium columbas, id eſt, dona ſancti ſpiritus menſaſq; ſubuertit. Nõnulla ſic habebãt: Qui funiculo increpationis &c. Verum prior lectio mihi magis arridet. Eſt emꝫ argutior. Etenim amoto auro argentoq;, hoc eſt auariciæ materia, ſubmouerat & auaritiam, idq; ſine increpatione. Nã quorſum opus flagello, cũ ſubducta ſit peccãdi materia? Illud ãnotandũ, qd̃ diuꝰ Hieronymus tãtopere laudat in epiſcopo, quod ſacra uaſa, in pauperũ erogarit alimentũ, & templũ dei ſpoliarit ne deeſſet pauperibus: Cũ nũc plæriq; pluſq; ſacrilegium eſſe ducant, aliquid de donarijs ſacris tollere, etiam ſi uniuerſi pauperes, ſaguntina, quod aiunt, fame laborent.

ANTIDOTVS. Ne quem illud offendat, quod in hac epiſtola, ſicuti nec in ſuperioribus, diuꝰ Hieronymus nihil eorum præcipit, quæ his temporibus a monachis exiguntur. Permittit poſſeſſionem rei familiaris, modo ſit moderata. Permittit uitam agere cum matre, cum ſorore: deniq; cum quibuſlibet uiris aut mulieribus, modo fugiat ſuſpectam ac periculoſam conſuetudinem. Hortatur, non
B exigit, ut ſi malit peregre uiuere, in contubernio multorum, patris alicuius arbitrio uiuat, potius q̃ ſolus ſuo. De monaſterio certo, de figura, aut colore, aut materia ueſtis, nulla uſq; mentio. Tantum eiuſmodi ueſtitum uult eſſe, ut nec ſordibus hypocriſim, nec nitore faſtum præ ſe ferat. Iam de tribus illis uotis: quæ uocant ſolennia, ne uerbum quidẽ ullum. Laudat in hoc æloquẽtiæ ſtudiũ, quodq; litterarũ gratia, procul ſemotas adierit regiões. Sed meminiſſe debemus, id quod palã liquet ex huiꝰ ſcriptis, ætate Hieronymi nondum fuiſſe hoc monachorum genus, cuiuſmodi noſtra tempeſtate uidemus: quos oẽs utinã tam pios haberet mũdus, q̃ habet multos: & ita ſanctimonia cæteris antecellentes, ut ornatu differunt. Nam illis temporibus monachi nihil aliud erant, q̃ uita ſeueriori mundi contemptum profitentes, nihilominus epiſcopo ſuo parebant ſicut cæteri, & clericorum munere fungebantur, ſicut & cæteri. Porro monachis olim non fuiſſe interdictam rerum ſuarum poſſeſſionem, uel Auguſtinus eſt teſtis, in libro de hæreſibꝰ ad Quoduultdeum, cuius hæc ſunt uerba: Apoſtolici, inquit, qui ſe iſto nomine arrogantiſſime uocauerunt, eo quod in ſuam cõmunionem non reciperent utentes coniugibus, & res proprias poſſidentes, quales habet catholica eccleſia, & monachos & clericos plurimos. Idem in regula ſuorum clericorum, prohibet, ne ſit notabilis illorũ habitus, nec ueſtibus affectent placere, ſed moribus: hoc eſt, ſi meliores uelint uideri cæteris, non id agant nouo colore, aut forma ueſtis, ſed probitate uitæ. Non igitur mirum, ſi nihil de his meminerit Hieronymus, quæ nondum erant inſtituta. Et haud ſcio an nunc quoq; magis expediret eccleſiæ chriſtianæ, ſi pauciora forent monaſteria, quorum magnam partem, ad mores parum religioſos prolapſam uidemus: eſſetq; omniũ idem cultus, eedẽ preces, eademq; uitæ ratio. Poſtremo q̃ minimum ſeruitutis ac cerimoniarum: quæ magis ad Iudæos pertinent q̃ ad Chriſtianos, & ſuperſtitioſum facere poſſunt, pium non poſſunt.

HIERONYMVS RVSTICO MONACHO VIVENDI FORMAM PRAESCRIBIT.

NIhil Chriſtiano felicius: cui promittitur regnum cœlorũ. Nihil laborioſius: qui quotidie de uita periclitatur. Nihil fortius: qui uincit diabolum. Nihil imbecillius: qui a carne ſuperatur. Vtriuſq; rei exempla ſunt plurima. Latro credit in cruce: & ſtatim meretur audire: Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. Iudas de apoſtolatus faſtigio, in perditionis tartarum labitur: & nec familiaritate conuiuij: nec intinctione buccellæ: nec oſculi gratia frangitur: ne quaſi hominem tradat, quem filium dei nouerat. Quid Samaritana uilius? Non ſolum ipſa credidit: & poſt ſex uiros unum inuenit dominũ: Meſſiamq; cognouit ad fontem: quem Iudæorum populus ignorabat: ſed & auctor fit ſalutis multorum: & apoſtolis ementibus cibos, eſurientem reficit, laſſumq; ſuſtẽtat. Quid Salomone ſapientius? Attamẽ infatuat amoribus mulierũ. Bonũ eſt ſal: nullũq; ſacrificiũ abſq; huius aſperſione

C ſuſcipitur. Vnde & Apoſtolus præcipit: Sermo ueſter ſemp in gratia ſale ſit conditus. Quod ſi infatuatur, foras proiicitur: intantumq; perdit nominis dignitatem: ut ne in ſterquilinium quidem utile ſit: quo ſolent credentium arua condiri: & ſterile animarū ſolum pingueſcere. Hæc dicimus, ut prima te fili Ruſtice fronte doceamus, magna cœpiſſe, & excelſa ſectari: & adoleſcentiæ imo pubertatis incentiua calcantem: perfectæ quidem ætatis gradum ſcandere: ſed lubricū iter eſſe, per quod ingrederis: nec tantū ſequi gloriæ poſt uictoriam, q̄ tum ignominiæ poſt ruinam. Non mihi nunc per uirtutum prata ducendus eſt riuulus: nec laborandum, ut oſtendam tibi uariorū pulchritudinē florū: quid in ſe lilia habeāt puritatis: quid roſa uerecūdiæ poſſideat: quid uiolæ purpura promittat in regno: quid rutilantium ſpondeat pictura gemmarū. Iam em̄ propitio deo, ſtiuam tenes. Iam tectum atq; ſolarium cum Petro apoſtolo cōſcendiſti: qui eſuriens in Iudæis, Cornelij ſaturatur fide: & famē incredulitatis eorum, gentium cōuerſione reſtingit: atq; in uaſe euangeliorum quadrangulo: quod de cœlo deſcēdit ad terram docetur & diſcit, oēs homines poſſe ſaluari. Rurſumq; quod uiderat: in ſpecie candidiſſimi linteaminis in ſup na tranſfertur: & credentium turbam de terris ad cœlum rapit: ut pollicitatio domini complea/tur: Beati mundo corde: quoniam ipſi deum uidebunt. ¶ Totum quod apprehenſa manu inſinuare tibi cupio: quod quaſi doctus nauta, rudem conor inſtruere uectorē: illud eſt: ut in quo littore pudicitiæ pirata ſit noueris: ubi Charybdis & radix omnium malorū auaricia: ubi Scyllæi obtrectatorū canes: de quibus Apoſtolus loquitur: Ne mordentes inuicem, mutuo cōſumamini: quomodo in media tranquillitate ſecuri, Lybicis interdum uitiorum ſyrtibus obruamur: quid uenenatorum animantium, deſertum huius ſæculi nutriat. Nauigātes rubrū mare: in quo optandum nobis eſt, ut uerus Pharao cum ſuo mergatur exercitu: multis difficultatibus ac periculis ad urbem maximam perueniunt. Vtroq; in littore gentes uagæ: imo beluæ habitant ferociſſimæ. Semper ſollicīti: ſemper armati totius anni uehunt cibaria. Latentibus ſaxis uadiſq; duriſſimis plena ſunt omnia: ita ut ſpeculator doctus, in ſumma mali arbore ſedeat: & inde re/
D gendæ & circūflectendæ nauis dictata prædicet. Felix curſus eſt: ſi poſt ſex menſes ſupradictæ urbis portū teneant: a quo ſe incipit aperire oceanus: per quem uix anno perpetuo ad Indiam peruenitur: & ad Gangem fluuium (quem Phiſon ſancta ſcriptura cōmemorat) qui circūit totā terram Euilath: & multa genera pigmentorum de paradiſi dicitur fonte deuehere. Vbi naſcitur carbunculus & ſmaragdus: & margarita candentia: & uniones quibus nobilium fœminarum ardet ambitio: monteſq; aurei: quos adire propter Gryphas & dracones: & immēſorum corporū monſtra, hominibus impoſſibile eſt: ut oſtēdatur nobis, quales cuſtodes habeat auaricia. Quorſum iſta? Perſpicuum eſt, ſi negociatores ſæculi, tanta ſuſtinent: ut ad incertas perituraſq; diuitias perueniant: & ſeruent cum animæ diſcrimine, quæ multis periculis quæſierunt: quid Chriſti negociatori faciendum eſt: qui uenditis omnibus quærit precioſiſſimum margaritum? qui totis ſubſtantiæ ſuæ opibus emit agrum: in quo reperiat theſaurū: quem nec fur effodere: nec latro poſſit auferre? ¶ Scio me offenſurum eſſe q̄ plurimos: qui generalem de uitijs diſputationem, in ſuam referunt contumeliam. Et dum mihi iraſcuntur: ſuam indicant conſcientiam: multoq; peius de ſe, q̄ de me iudicant. Ego enim neminem nominabo: nec ueteris comœdiæ licentia, certas perſonas eligam atq; perſtringā. Prudentis uiri eſt, ac prudentiū fœminarum diſſimulare: imo emendare quod in ſe intelligant: & indignari ſibi magis q̄ mihi: nec in monitorem maledicta congerere. Qui etſi iiſdem teneatur criminibus: certe in eo melior eſt: quod ſua ei mala nō placent. ¶ Audio religioſam te habere matrem, multorum annorū uiduam: quæ aluit: quæ erudiuit infantem: ac poſt ſtudia Galliarum: quæ uel florentiſſima ſunt: miſit Romam, non parcens ſumptibus: & abſentiam filij, ſpe ſuſtinens futurorum: ut ubertatem gallici nitorem q̄ ſermonis, grauitas Romana condiret: nec calcaribus in te: ſed frenis uteretur: quod & in diſertiſſimis uiris Græciæ legimus: qui Aſianū tumorem Attico ſiccabant ſale: & luxurianteſ flagellis uineas, falcibus reprimebant: ut æloquentiæ torcularia, non uerborum pāpinis: ſed ſenſuum quaſi uuarum expreſſionibus redundarent. Hanc tu ſuſpice ut parentem: ama ut nutricem: uenerare, ut ſanctam. Nec aliorum imiteris exemplum: qui relinquunt ſuas: & alienas appetunt: quorum dedecus in propatulo eſt: ſub nominibus pietatis: quærentium ſuſpecta

A consortia. Noui ego quasdam iam maturioris ætatis, libertini generis adolescẽtibus delectari: & filios quærere spirituales: paulatimq; pudore superato, ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem. Aliæ sorores uirgines deserunt: & externis uiduis copulãtur. Sunt quæ oderunt suos: & non suorum palpantur affectu: quarum impatientia, index animi, nullam recipit excusationẽ: & cassa impudicitiæ uelamenta, quasi aranearum fila dirumpit. Videas nõnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa, a mulieribus non posse discedere: sub eodem manere tecto: simul inire conuiuia: ancillas iuuenes habere in ministerio: & præter uocabulum nuptiarum, omnia esse matrimonij. Nec hæc culpa est Christiani nominis: si simulator religionis in uitio sit: Quinimo confusio gentilium: cum ea uident ecclesijs displicere: quæ omnibus bonis non placent. ¶ Tu uero si monachus esse uis, non uideri: habeto curam: non rei familiaris, cui renunciando, hoc esse cœpisti: sed animæ tuæ. Sordidæ uestes, candidæ mentis indicia sint: uilis tunica, contemptum sæculi probet: ita dumtaxat, ne animus tumeat: ne habitus sermoq; dissentiãt. Balnearum fomenta non quærat: qui calorem corporis, ieiuniorum cupit frigore extinguere. Quæ & ipsa moderata sint: ne nimia, debilitent stomachum: & maiorem refectionẽ poscẽtia, erumpant in cruditatem: quæ parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus: & carni & animæ utilis est. Matrem ita uide: ne per illam alias uidere cogaris: quarum uultus cordi tuo hæreant: & tacitum uiuat sub pectore uulnus. Ancillas quæ illi in obsequio sunt: tibi sciaſ esse in insidijs. Quia quanto uilior earum conditio: tanto facilior est ruina. Et Iohannes baptista sanctam matrem habuit: pontificisq; filius erat: & tamen nec matris affectu, nec patris opibus uincebatur: ut in domo parentum cum periculo uiueret castitatis. Viuebat in eremo: & oculis desyderãtibus Christum: nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera: çona pellicea, cibus locustæ, melq; syluestre: omnia uirtuti & continentiæ præparata. Filij prophetarũ (quos monachos in ueteri testamento legimus) ædificabant sibi casulas, ppter fluẽta Iordanis: & turbis ur
B bium derelictis, polenta & herbis agrestibus uictitabant. ¶ Quãdiu in patria tua es: habeto cellulam pro paradiso: uaria scripturarum poma decerpe: his utere delitijs: harum fruere complexu. Si scandaliçat te oculus, pes, manus, proijce ea. Nulli parcas: ut soli parcas animæ. Qui uiderit (inquit dñs) mulierem ad cõcupiscendũ eã: iã mœchatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castũ se habere cor? Astra non sunt munda in conspectu dñi: quãto magis hoĩes, quorũ uita tentatio est? Væh nobis, qui quoties concupiscimus, toties fornicamur. Inebriatus est (inquit) gladius meus in cœlo, multo amplius in terra: quæ spinas & tribulos generat. Vas electionis, in cuius ore Christus resonabat: macerat corpus suum, & subijcit seruituti: & tamẽ cernit naturalem carnis ardorem, suæ repugnare sententiæ: ut quod non uult, hoc agere compellatur: & quasi uim patiens, uociferatur, & dicit: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Et tu te arbitraris absq; lapsu, & uulnere posse transire: nisi omni custodia seruaueris cor tuum: & cum saluatore dixeris: Mater mea & fratres mei hi sunt: qui faciunt uoluntatem patris mei? Crudelitas ista, pietas est. Imo quid tam pium, cũq; sanctæ matri, sanctum filiũ custodire? Optat & illa te uiuere, & non uidere ad tempus: ut semper cum Christo uideat. Anna Samuelem, non sibi, sed tabernaculo genuit. Filij Ionadab, qui uinũ & siceram nõ bibebant: qui habitabant in tentorijs: & quas nox compulerat, sedes habebant: scribuntur in psalmo, quod primi captiuitatem sustinuerint: qui ab exercitu Chaldæorum uastante Iudæam: urbes introire compulsi sunt. Viderint quid alij sentiant. Vnusquisq; enim suo sensu ducitur. Mihi oppidum carcer: & solitudo paradisus est. Quid desyderamus urbium frequentiã: qui de singularitate censemur? Moyses ut præesset populo Iudæorũ, quadraginta ãnis eruditur in eremo: pastor ouium, hominum factus est pastor. Apostoli de piscatione lacus Geneçareth: ad piscationẽ hominũ transierunt. Tunc habentes patrem, rhete, nauiculã, secuti dominum, protinus omnia reliquerunt: portantes quotidie crucem suam: & ne uirgam quidem in manu habẽtes. Hæc dico: ut etiã si clericatus te titillat desyderium: discas quod possis docere: & rationabilẽ hostiã offeras Christo: ne miles anteq; tyro: ne prius magister sis, cũq; discipulus. Non est humilitatis meæ, neq; mẽ suræ, iudicare de clericis, & de ministris ecclesiarũ, siniſtrum quippiam dicere. Habeant illi ordinem & gradum suum; quem si tenueris: quõ tibi in eo uiuẽdum sit: æditus ad Nepotianũ liber,

C docere te poterit. Nunc monachi incunabula,moresq; discutimus:& eius monachi,qui libe/
ralibus studijs eruditus in adolescentia,iugum Christi collo suo imposuit.Primumq; tractan/
dum est:utrum solus an cum alijs in monasterio uiuere debeas. Mihi quidē placet,ut habeas
sanctorū contubernium:nec ipse te doceas:& absq; doctore ingrediaris uiam,quā nūq; ingres/
sus es:statimq; tibi in partem alteram declinandum sit:& errori pateas:plusq; aut minus ambu
les,q; necesse est:ne aut currens lasseris:aut morā faciens,obdormias.In solitudine sito,subrepit
superbia:Etsi parumper ieiunauerit:hominēq; non uiderit:putat se alicuius esse momenti.Ob/
lituq; sui unde,& quo uenerit:intus corde:lingua foris uagatur.Iudicat contra apostoli uolun/
tatem alienos seruos:quo gula uoluerit, porrigit manum: dormit quantū uoluerit:nullum ue/
retur:facit quod uoluerit:omnes inferiores se putat:crebriusq; in urbibus,q; in cellula est: & inter
fratres simulat uerecundiā:qui platearum turbis colliditur.Quid igitur? Solitariam uitam rep/
hendimus? Minime:quippe quā sæpe laudauimus.Sed de ludo monasteriorum,huiuscemodi
uolumus egredi milites:quos eremi dura rudimenta non terreant:qui specimen conuersationis
suæ,multo tempore dederint:qui omniū fuerint minimi,ut primi omniū fierent:quos nec esu/
ries aliquando,nec faturitas superauit:Qui paupertate lætantur.Quorū habitus,sermo,uultus,
incessus,doctrina uirtutum est:Qui nesciunt secundū quosdā ineptos homines,dæmonum pu/
gnātiū cōtra se portenta, cōfingere:ut apud imperitos & uulgi hoies,miraculū sui faciant:& ex/
inde lucra sectentur.Vidimus nuper & plāximus,Crœsi opes unius morte deprehensas:urbisq;
stipes,quasi in usus pauperū congregatas,stirpi & posteris derelictas. Tunc ferrum quod late/
bat in profundo,supernatauit aquæ:& inter palmarū arbores, myrrhæ amaritudo monstrata
est. Nec mirum: Talem & socium & magistrum habuit : qui egentium famem,suas fecit esse di/
uitias : & miseris derelicta, in suam reseruauit miseriam . Quorum clamor tandem peruenit
ad cœlum, & patientissimas dei uicit aures: ut missus angelus pessimus,Nabal Carmelo dice
ret:Stulte hac nocte auferent animā tuam a te:quæ autem præparasti,cuius erunt? Volo ergo
te,& propter causas quas supra exposui,non habitare cum matre:& præcipue, ne aut offerentē
D delicatos cibos,renuendo contristes:aut si acceperis,oleum igni adijcias:& inter frequentiā puel
larum per diem uideas,quod nocte cogites. Nunq; de manu & oculis tuis recedat liber:di/
scatur psalterium ad uerbum,oratio sine intermissione,uigil sensus,nec uanis cogitationibus pa
tens.Corpus pariter & animus tendatur ad dñm.Iram uince patientia: Ama scientiam scriptu/
rarum,& carnis uitia non amabis.Nec uacet mens tua uarijs perturbationibus.Quæ si pectori
insederint:dominabuntur tui:& te deducent ad delictum maximum.Facito aliquid operis: ut
te semper diabolus inueniat occupatum.Si apostoli habentes potestatem de euangelio uiue/
re,laborabant manibus suis:ne quem grauarent:& alijs tribuebant refrigeria:quorum pro spiri
talibus debebant metere carnalia:cur tu in usus tuos cessura non præpares? Vel fiscellam texe
iunco ,uel canistrum lentis plecte uiminibus: sarriatur humus,areolæ æquo limite diuidātur:
In quibus cum olerum iacta fuerint semina:uel plantæ per ordinem positæ:aquæ ducantur ir/
riguæ:ut pulcherrimorū uersuum spectator assistas. Ecce supercilio,diuosi tramitis undam
Elicit,illa cadens raucum per leuia murmur Saxa ciet,scatebrisq; arentia temperat arua. Inse
rantur infructuosæ arbores,uel gēmis,uel surculis:ut paruo post tempore,laboris tui dulcia po
ma decerpas.Apum fabricare aluearia,ad quas te mittunt Solomonis prouerbia,& monaste/
riorum ordinem,ac regiam disciplinam,in paruis disce corporibus.Texantur & lina capiēdis
piscibus:scribantur libri:ut & manus operetur cibum:& animus lectiōe saturetur.In desyderijs
est omnis ociosus.Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent:ut nullum absq; operis la/
bore suscipiant: non tam propter uictus necessitatem,q; propter animæ salutem. Ne uaget
pernitiosis cogitationibus mens:& instar fornicantis Hierusalem,omni trāseunti diuaricet pe
des suos. Dum essem iuuenis,& solitudinis me deserta uallarent:incentiua uitiorum ardo/
remq; naturæ ferre nō poteram:quem cum crebris ieiunijs frangerem:mens tamen cogitatio
nibus æstuabat.Ad quā edomandam:cuidam fratri,qui ex Hebræis crediderat:me in discipli
nam dedi:ut post Quintiliani acumina,Ciceronis fluuios, grauitatemq; Frontonis,& lenita
tem Plinij,alphabetum discerem:& stridentia anhelantiaq; uerba meditarer.Quid ibi laboris

insumpserim:

A insumpserim:quid sustinuerim difficultatis:quoties desperauerim,quotiesq; cessauerim: & con
tentione discendi rursus incœperim:testis est cõscientia:tam mea qui passus sum,q̃ eorum qui
mecũ duxerunt uitam. Et gratias ago dño:quod de amaro semine litterarum, dulces fructus
carpo. Dicam & aliud,qđ in Aegypto uiderim. Græcus adolescens erat in cœnobio: qui nulla
continentia:nulla operis magnitudine flammã poterat carnis extinguere. Hunc periclitantem,
pater monasterij hac arte seruauit. Imperat cuidam uiro graui:ut iurgijs atq; cõuitijs insectare
tur hominẽ:& post irrogatam iniuriam,primus ueniret ad querimoniam. Vocati testes,pro eo
loquebantur,qui contumeliã fecerat:Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere ueritati:
Solus pater defensionem suam callide opponere:ne abũdantiori tristicia absorberetur frater.
Quid multa? Ita ãnus ductꝰ est. Quo expleto,interrogatus adolescẽs,sup cogitatiõibꝰ pristinis:
an adhuc molestiæ aliquid sustineret. Papæ,inqt, Viuere mihi nõ licet, & fornicari libeat? Hic si
solus fuisset:quo adiutore superasset? Philosophi sæculi solent amorem ueterem,amore nouo,
quasi dauũ dauo expellere. Quod & Assuero regi septem principes fecere Persarum:ut Vasthi
reginæ desyderium,aliarum puellarum amore compescerent. Illi uitiũ uitio, peccatũq; peccato
medicantur:nos amore uirtutũ,uitia superemus. Declina(ait)a malo,& fac bonum:Quære pa
cem,& persequere eam. Nisi oderimus malum:bonum amare nõ possumus. Quin potius faciẽ
dum est bonum:ut declinemus a malo. Pax querenda,ut bella fugiamus. Nec sufficit eam quæ
rere:nisi inuentã fugientẽq; omni studio persequamur:quæ exuperat omnẽ sensum:in qua ha
bitatio dei est:dicente propheta:Et factus est in pace locus eius. Pulchreq; persecutio pacis dici
tur:iuxta illud apostoli:Hospitalitatem persequentes:ut non leui usitatoq; sermone: &(ut ita
loquar)summis labijs hospites inuitemus:sed toto mentis ardore teneamus, quasi offerentes
se cum lucro nostro atq; compendio. ¶ Nulla ars absq; magistro discitur. Etiã muta anima
lia & ferarum greges,ductores sequũtur suos. In apibus principes sunt. Grues unam sequunt
ordine litterato. Imperator unus. Iudex unus prouinciæ. Roma ut condita est: duos fratres si
B mul habere reges nõ potuit:& parricidio dedicat. In Rebeccæ utero, Esau, & Iacob bella ges
serunt. Singuli ecclesiarũ episcopi,singuli archipbyteri,singuli archidiaconi:& omnis ordo ec
clesiasticus suis rectoribꝰ nititur. In naui unus gubernator:in domo unus dominus: in quãuis
grandi exercitu ,unius signum expectatur. Et ne plura replicando fastidium legenti faciã: per
hæc omia ad illud tendit oratio: ut doceam te, non tuo arbitrio dimittendũ:sed uiuere debere
in monasterio sub unius disciplina patris,consortioq; multorũ:ut ab alio discas humilitatẽ:ab
alio patientiã. Hic te silentium, ille doceat mansuetudinẽ:non facias quod uis:comedas quod
iuberis:uestiare quod acceperis,operis tui pensum persoluas:subijciaris cui nõ uis:lassus ad stra
tum uenias:ambulansq; dormites:& necdum expleto somno,surgere compellaris. Dicas psal
mum in ordine tuo:in quo non dulcedo uocis,sed mentis affectus quæritur:dicente Aposto
lo:Psallam spiritu,psallam & mente:Et, Cantãtes in cordibus uestris dño. Legerat em̃ esse præ
ceptũ:Psallite sapienter. Seruias fratribus,hospitũ laues pedes:passus iniuriam taceas:præpo
situm monasterij timeas,ut dñm:diligas,ut parentẽ. Credas tibi salutare quicquid ille præce
perit:nec de maiorũ sentẽtia iudices:cuiꝰ officij est obedire,& implere quæ iussa sunt: Dicente
Moyse:Audi israel & tace. Tantis negotijs occupatus:nullis uacabis cogitationibus: & dũ ab
alio transis ad aliud,opusq; succedit operi:illud solum mente tenebis ,quod agere compelle
ris. ¶ Vidi ego quosdam: qui postq̃ renunciauere sæculo,uestimentis duntaxat & uocis pro
fessione non rebus,nihil de pristina cõuersatione mutarunt. Res familiaris magis aucta q̃ imi
nuta. Eadem ministeria seruulorũ:idem apparatus conuiuij. In uitro & patella fictili,aurũ co
meditur:& inter turbas & examina ministrorum,nomen sibi uendicãt solitarij. Qui uero pau
peres sunt & tenui substantiola,uidẽturq; sibi scioli:pomparum ferculis similes procedũt in
publicum:ut caninã exerceant facundiã. Alij sublatis in altum humeris:& intra se nescio quid
cornicantes: stupentibusq; in terram oculis,tumẽtia uerba trutinant:ut si præconem addide
ris,putes incedere præfecturã. Sunt qui humore cellarum immoderatiq; ieiunijs: tedio soli
tudinis ac nimia lectione,dum diebus ac noctibus auribus suis personant: uertuntur in me
lãcholiam:& Hippocratis magis fomentis q̃ nostris monitis indigent. Plæriq; artibus & nego

C ciationibus priſtinis carere nō poſſunt:mutatiſq; noibus inſtitorum,eadem exercēt cōmertia: nō uictum & ueſtitū(quod Apoſtolus præcipit)ſed maiora cīp̄ ſæculi hoies,æmolumenta ſectā tes.Et prius qdē ab ædilibus quos ἀγορανόμους græci appellant,uendentiū coercebatur rabies:nec erat impune peccatū.Nunc autem ſub religionis titulo,exercentur iniuſta compendia:& honor nominis Chriſtiani,fraudē magis facit, cīp̄ patitur. Quodq; pudet dicere:ſed neceſſe eſt,ut ſaltē ſic ad noſtrum erubeſcamus dedecus,publice extendentes manus,pannis aurum tegimus :& cō tra omniū opinionē,plenis ſacculis morimur diuites,q quaſi pauperes uiximus. Tibi cū in mo naſterio fueris,hæc facere non licebit:& inoleſcente paulatim conſuetudine: quod primū coge/ baris,uelle incipies:& delectabit te labor tuus:oblituſq; præteritorū, ſemper priora ſectaberis: nequacīp̄ conſyderans,quid alij mali faciant:ſed quid boni tu facere debeas. Neq; uero peccā tium ducaris multitudine:& te pereuntium turba ſollicitet:ut tacitus cogites,Quid?Ergo omēs peribūt,qui in urbibus habitant?Ecce illi fruūtur ſuis rebus:miniſtrāt eccleſijs:adeunt balneas: unguenta non ſpernunt: & tamen in omniū ore uerſantur.Ad quod & ante reſpōdi:& nūc bre/ uiter reſpondeo : me in præſenti opuſculo:non de dericis diſputare, ſed monachum inſtituere. Sancti ſunt clerici:& omniū uita laudabilis.Ita ergo age, & uiue in monaſterio: ut dericus eſſe merearis:ut adoleſcentiam tuam,nulla ſorde cōmacules: ut ad altare Chriſti,quaſi de thalamo uirgo procedas:& habeas deforis bonum teſtimoniū :fœminæq; nomen tuū nouerint:& uultū tuum neſciant.Cum ad perfectā ætatem ueneris(ſi tamen uita comes fuerit) & te uel populus, uel pontifex ciuitatis, in clerum elegerit : agito quæ clerici ſunt: & inter ipſos ſectare meliores: quia in omni conditione & gradu,optimis mixta ſunt peſſima. Ne ad ſcribendū cito profi/ lias:& leui ducaris inſania.Multo tēpore diſce quod doceas.Ne credas laudatoribus tuis: imo irriſoribus aurem ne libenter accōmodes:qui cum te adulationibus fouerint: & quodammodo impotē mētis effecerint: ſi ſubito reſpexeris:aut ciconiarū deprehēdes poſt te colla curuari:aut manu auriculas agitari aſini:aut æſtuantē canis,ptendi linguā.Nulli detrahas:nec in eo te ſan/

D ctum putes,ſi cæteros laceres.Accuſamus ſæpe quod facimus:& cōtra noſmetipſos diſerti:in no ſtra uitia inuehimur:muti de æloquentibus iudicantes.Teſtudineo Grūnius incedebat ad lo/ quendū gradu:& per interualla quædā,uix pauca uerba carpebat:ut eū putares ſingultire,nō proloqui.Et tamen cum menſa poſita librorū expoſuiſſet ſtruē:adducto ſupercilio,cōtractiſq; naribus,ac fronte rugata:duobus digitulis cōcrepabat:hoc ſigno ad audiendū diſcipulos pro/ uocans.Tum nugas meras fundere:& aduerſum ſingulos declamare.Creticū diceres eſſe Lon/ ginum,Cenſoremq; Romanæ facundiæ.Notare quē uellet: & de ſenatu doctorum excludere. Hic bene nūmatus,plus placebat in prandijs.Nec mirū,ſi qui multos ineſcare ſolitus erat:facto cuneo circūſtrepentium garrulorū,procedebat in publicum:intus Nero,foris Cato:Totus am/ biguus:ut ex cōtrarijs diuerſiſq; naturis,unum monſtrū nouāq; beſtiam diceres eſſe cōpactā: iuxta illud poeticū.Prima leo,poſtrema draco,media ipſa Chimæra. Nunc̄p̄ ergo tales ui/ deas:nec huiuſmodi hominibus appliceris : nec declines cor tuū in uerba malitiæ,& audias:Se dens aduerſus fratrem tuū loquebaris:& aduerſus filium matris tuæ,ponebas ſcandalum.Et iterū:Filij hominū:dentes eorum arma & ſagittæ.Et alibi:Molliti ſunt ſermones eius ſup oleū, & ipſi ſunt iacula:Et apertius in eccleſiaſte:Sicut mordet ſerpens in ſilentio:ſic qui fratri ſuo oc/ culte detrahit.Sed dices:Ipſe non detraho: alijs loquentibus quid facere poſſum?Ad excuſan/ das excuſationes in peccatis iſta p̄tendimus.Chriſtus arte nō illuditur.Nequacīp̄ mea:ſed apo/ ſtoli ſentētia eſt:Nolite errare:deus nō irridetur.Ille in corde,nos uidemus in facie.Solomō lo/ quitur in Prouerbijs:Ventus aquilo diſſipat nubes, & uultus triſtis,linguas detrahentiū.Sicut eā ſagitta ſi mittatur cōtra duram materiam:nonnūc̄p̄ in mittentē reuertitur:& uulnerat uul/ nerantē:illudq; cōpletur:Facti ſunt mihi in arcū prauū:Et alibi:Qui mittit in altū lapidem:re cidet in caput eius:ita detractor cū triſtē faciem uiderit audientis:imo ne audientis qdem:ſed obturantis aures ſuas,ne audiat iudiciū ſanguinis:ilico cōticeſcit,pallet uultus,hærent labia,ſali ua ſiccatur.Vnde idē uir ſapiēs:Cū detractoribus,inquit,ne miſcearis,qm̄ repente ueniet per/ ditio eorum:& ruinam utriuſq; quis nouit?Tam ſcilicet eius qui loquitur: cīp̄ illius, qui audit loquentem.Veritas angulos nō amat:nec quærit ſuſurrones.Timotheo dicitur:Aduerſum pre

ſbyterum

A ſbyterum accuſationem,cito ne receperis.Peccantem autem coram omnibus argue:ut & cæteri metũ habeant.Non eſt facile de prouecta ætate credendum: quã & uita præterita defendit: & honorat uocabulum dignitatis.Verum quia homines ſumus:& interdum cõtra annorũ maturitatem,puerorũ uitijs labimur:ſi meuis corrigere delinquẽtem,aperte increpa:tantũ ne occulte mordeas:Corripiet me iuſtus in miſericordia,& increpabit.Oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ.Quẽ eñ diligit dñs,corripit:caſtigat aũt oẽm filiũ,quẽ recipit.Et per Eſaiã clamat dñs:Populus meus,qui beatos uos dicunt:ſeducunt uos, & ſemitas pedum ueſtrorum ſupplantãt.Quid eñ mihi prodeſt:ſi alijs mala referas mea?Si me neſciente,peccatis meis,imo detractionibus tuis alium uulneres: & cum certatim omnibus narres: ſic ſingulis loquaris,quaſi nulli dixeris alteri?Hoc eſt non me emendare: ſed uitio tuo ſatiſfacere.Præcipit dñs peccantes in os argui debere ſecreto:uel adhibito teſte: & ſi audire noluerint, referri ad eccleſiã:habendoſq; in malo pertinaces,ſicut ethnicos & publicanos.Hæc expreſſius loquor:ut adoleſcentem meũ,& linguæ & auriũ prurigine liberẽ:ut renatum in Chriſto,ſine ruga & macula, quaſi pudicam uirginem exhibeam,caſtam ,tam mente q̃ corpore:ne ſolo nomine glorietur: & abſq; oleo bonorũ operũ,extincta lampade,excludatur a ſponſo.¶ Habes iſtic ſanctũ doctiſſimũq; pontificem Proculũ:qui uiua & præſenti uoce noſtras ſchedulas ſuperet: quotidianiſq; tractatibus iter tuum dirigat:nec patiat̃ te in partem alteram declinando,uiam relinquere regiam:per quã Iſrael ad terram repromiſſionis properans,ſe tranſiturũ eſſe promittit.Atq; utinam exaudiatur uox eccleſiæ implorantis:Dñe pacem da nobis.Omnia eñ dediſti nobis. Vtinam quod renunciamus ſæculo,uoluntas ſit, non neceſſitas: & paupertas habeat expetita gloriã,nõ illata cruciatũ.Cæterum iuxta miſerias huius temporis,& ubiq; gladios ſæuientes: ſatis diues eſt, qui pane non indiget.Nimiũ potens eſt:qui ſeruire nõ cogitur.Sanctus Exuperius Toloſæ epiſcopus:uiduæ ,Saraptenſis imitator,eſuriẽs paſcit alios:& ore pallente ieiunijs, fame torquetur aliena:omnemq; ſubſtantiam,Chriſti uiſceribus erogauit.Nihil illo ditius: q̃ corpus domini caniſtro uimineo,ſanguinẽ portat in uitro:Qui auariciam eiecit e templo.Qui abſq; funiculo & increpatione,cathedras uendentiũ columbas:id eſt,dona ſanctiſpiritus menſaſq; ſubuertit mammonæ:& nũmulariorũ æra diſperſit:ut domus dei,domus uocetur oratio-
B nis,& nõ latronum ſpelunca.Huius e uicino ſectare ueſtigia:& cæterorũ qui uirtutũ illius ſimiles ſunt:quos ſacerdotium,& humiliores facit & pauperes.Aut ſi p̃fecta deſyderas:exi cũ Abraham de patria & cognatiõe tua,& perge quo neſcis.Si habes ſubſtantiã:uende,& da pauperibus.Si non habes:grandi onere liberatus es:nudum Chriſtum,nudus ſequere.Durũ, grande, difficile,ſed magna ſunt præmia.

¶ IN EPISTOLAM SEQVENTEM

¶ Familiaris eſt epiſtola,nec eget argumento,preſertim tam breuis.

¶ SCHOLION.

¶ Pennatis,ut aiunt,pedibus) Ita ſignificabant miram celeritatẽ,ſumpto prouerbio a Mercurio,cuius pedibus alas addidere poetæ.

¶ HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

QVantus beatitudinis tuæ rumor,diuerſa populorũ ora compleuerit:hinc poteris æſtimare :qd̃ ego te ante incipio amare,cõq; noſſe.Vt eñ ait Apoſtolus: quorũdã hominũ peccata manifeſta ſunt,præcedentia ad iudiciũ:ita ecõtrario tuæ dilectionis fama diſpergitur:ut nõ tantũ laudandus ſit ille,qui te amat,cõq; ſcelus putet̃ facere ille,qui nõ amat.Prætermitto innumerabiles:in quibus Chriſtũ ſuſtentaſti, pauiſti, ueſtiſti,uiſitaſti.Heliodori fratris a te adiuta neceſſitas:multorũ etiã poteſt ora laxare: quibus grajijs:quo ille præconio peregrinatiõis incõmoda,a te fota referebat?Ita ut ego ille tardiſſimus, quẽ intolerabilis lãguor uexat,pẽnatis(ut aiunt)pedibus,certe charitate & uoto te ſalutauerim: & etiam cõplexus ſim.Gratulor itaq; tibi:& naſcentem amicitiam, ut dominus cõfœderare dignetur,præcor.Et quia frater Ruffinus:qui cum ſancta Melania ab ægypto Hieroſolymã ueniſſe narratur:indiuidua mihi germanitatis charitate cõnexus eſt:quæſo ut epiſtolã meã huic epiſtolæ tuæ copulatam, ei reddere non graueris.Noli nos eius æſtimare uirtutibus. In illo cõ-

AD FLORENTIVM.

C ſpicies expreſſa ſanctitatis ueſtigia: & ego cinis & uiliſſima pars luti:etiã fauilla:dũ uertor,ſatis habeo,ſi ſplendorẽ morũ illius,imbecillitas oculorũ meorũ ferre ſuſtineat. Ille modo ſe lauit,& mũdus eſt, & tanq; nix dealbatus:ego cũctis peccatorũ ſordibus inquinat⁹,diebus ac noctib⁹ opperior cum tremore,reddere nouiſſimũ quadrantẽ. Sed tamẽ quia dñs ſoluit compeditos:& ſup humilẽ & trementẽ uerba ſua,requieſcit:forſitan & mihi in ſepulchro ſcelerum iacenti dicat: Hieronyme ueni foras. Sanctus preſbyter Euagrius,plurimũ te ſalutat:& Martinianũ fratrem iuncto ſalutamus obſequio:quẽ ego uidere deſyderans,catena languoris innector.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

C Et hæc familiaris eſt,nec eget argumẽto, ne ſcholijs quidem. Niſi quod ex hac liquet, diuũ Hieronymũ apud Treuiros,aliquãdiu fuiſſe cõmoratũ:ut apud quos grande uolumen Hilarij de ſynodis deſcripſerit ſuis ipſius articulis. Eſt aũt Treuirorum metropolis,inter imperiales Germaniæ ciuitates, uel in primis inclyta,ad Moſellæ ripam,plurimũ adhuc obtinens antiquitatis. Quæ mihi iure optimo gloriari poſſe uidetur,quod tam eximium uirum,hoſpitem habuerit,atq; id quidẽ nõ exiguo tẽporis ſpacio.

HIERONYMVS AD FLORENTIVM.

IN ea mihi parte eremi cõmoranti:quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur:dilectionis tuæ ſcripta perlata ſunt. Quibus lectis:ita redaccẽſus eſt animus Hieroſolymã proficiſcendi:ut pene nocuerit propoſito,quod profuerat charitati. Nunc igit quo modo ualeo,pro me tibi litteras repreſento:& ſi corpore abſens,amore tamẽ & ſpiritu uenio: impendio expoſcens: ne naſcentes amicitias:quæ Chriſti glutino cohæſerunt: aut temporis,aut locorum magnitudo diuellat:quin potius fœderemus eas reciprocis epiſtolis. Illæ inter nos currant,illæ ſibi obuient,illæ nobiſcum loquantur. Non multum perditura erit charitas, ſi tali ſecum ſermone fabuletur. Ruffinus autem frater(ut ſcribis) nec dum uenit. Etſi ue
D nerit: non multum proderit deſyderio meo: cum eum iam uiſurus non ſim. Ita enim & ille longo interuallo ſeparatus eſt:ut huc non poſſit excurrere:& ego arreptæ ſolitudinis terminis arceor:ut cœperit iam mihi non licere,quod uolui. Ob hoc & ego obſecro: & tu ut petas plurimum quæſo:ut tibi beati Rhetitij Auguſtudunenſis epiſcopi cõmentarios ad ſcribendum largiatur:in qbus Canticũ canticorum ſublimi ore diſſeruit. Scripſit mihi & quidam de patria ſua pradicti fratris Ruffini,Paulus ſenex, Tertulliani ſuum codicem apud eum eſſe: quem uehementer repoſcit. Et ex hoc quæſo: ut eos libros, quos me non habere breuis ſubditus edocebit:librarij manu in charta ſcribi iubeas. Interpretationem quoq; pſalmorum Dauidicorum: & prolixum ualde librum de ſynodis ſancti Hilarij:quem ei apud Treuiros,manu mea ipſe deſcripſeram:ut mihi tranſferas,peto. Noſti hoc eſſe animæ pabulum: ſi in lege domini meditet die ac nocte. Cæteros hoſpitio recipis,ſolatio foues,ſumptibus iuuas. Mihi ſi rogata præſtiteris:cuncta largitus es. Et quoniam largiente domino, multis ſacræ bibliothecæ codicibus abundamus: impera uiciſſim: quodcunq; uis,mittam. Nec putes mihi graue eſſe ,ſi iubeas. Habeo alumnos:qui antiquariæ arti ſeruiunt. Neq; uero beneficium pro eo quod polliceor, poſtulo. Heliodorus frater mihi indicauit: te multa de ſcripturis quærere, nec inuenire. Aut ſi omnia habes:incipit ſibi charitas uendicare,plus petere. Magiſtrum autem pueri tui(de quo dignatus es ſcribere: quem plagiatorẽ eius eſſe non dubium eſt) ſæpe Euagrius preſbyter dum adhuc Antiochiæ eſſem,me preſente corripuit. Cui ille reſpondit:Ego nihil timeo. Dicit ſe a domino ſuo fuiſſe dimiſſum:& ſi uobis placet,ecce hic eſt:tranſmittite quo uultis. In hoc arbitror me non peccare:ſi hominem uagum non ſinam longius fugere. Qua propter quia ego in hac ſolitudine conſtitutus,non poſſum agere quod iuſſiſti:rogaui chariſſimum mihi Euagrium: ut tam tui q; mei cauſa,inſtanter negocium proſequatur.

A

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

LAetam hortatur, ut filiam iam inde ab ipsis incunabilis instituat ad pietatem Christianã: & statim antecꝫ ullis inficiatur uitijs, sanctas imbibat cantiones, ut & inter blãdicias nutricũ, & lusus puellares, Christi gustum hauriat. Deinde de cultu, de uictu, & quomodo iã adolescens sit a sæcularium arcẽda contagio, de studio diuinæ scripturæ, de fugiendis apocryphis, saluberrima tradit præcepta, adhortãs ut mature mittatur in Bethlehem, antecꝫ ulla macula contaminetur, se & magistrum & nutritiũ fore pollicens. Hãc Lætam, Toxotius Paulæ filius duxerat uxorem, ex qua filiam nomine Paulam suscepit, quã auia Paula, uirginitati destinarat: ut testatur Hieronymus in epitaphio Paulæ. Ipsa mater Læta, mortuo Toxotio, monitis & exemplo socrus, in uiduitate perseuerare decreuerat.

SCHOLIA.

SAnctificatus est em̃.) Locus est apud diuũ Paulũ in priore ad Corinthios epistola. ca. 7. In antiquis exemplaribus repperimus scriptũ, in uiro, nõ per uirũ: & in uxore, nõ per mulierẽ: Sic em̃ habẽt græca, ἡγίασαι γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικί, ἢ ἡγίασαι ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί, id est, sanctificat? est enim uir incredulus in uxore: & uxor incredula, in uiro. Porro quod addit interpres, fideli & fideli, explicãdi causa fecit. ¶ De impari matrimonio.) Ob id ni fallor, qd̃ ex altera parente Christiana, altero gentili nata sit. Id em̃ mox indicat, cum ait, Vt non desperes parentis salutem. ¶ De repromissione martyris.) Apparet Albinum prædixisse futurum, ut pareret. Alluſit ad Isaac qui & ipse natus est ex repromissione, quẽadmodum & Christus, & Iohannes Baptista. Candidatus est fidei.) Nondũ baptiçatus, sed qui iam ambiret, ac postularet baptisari. Nã candidati uocabantur olim, qui peterent magistratũ, quod ĩj, quo magis essent cõspicui populo, candida ueste ambibant, singulos salutantes. Vnde Fabius filium suum, auitæ æloquentiæ candidatũ scribit, quod eã etsi nondũ assecutus, tamen assequi conaretur. Et Seuerus in uita Martini. Necdũ, inquit, tamẽ regeneratus in Christo, agebat quendam bonis operibus, baptismatis candidatũ. Ad eundẽ modũ & hunc fidei candidatũ uocat, quod ita uiueret, ut baptismate dignus esse uideret. Etiam ipsum louẽ.) Non uidetur hic locus uacare mendo, quorsum em̃ huc induceret louem? Verũ diuinare possum, quid scribendum sit. Fortasse pro loue legendũ est proauũ. ¶ Fiunt nõ nascũtur Christiani.) Partem enormiasticam clausit epiphonemate, sicuti solet. Auratum squalet.) Hic ingreditur in locũ cõmunẽ, de gentilitate passim in toto orbe abolescente, & Christiana religione ubicꝫ magis ac magis efflorescente.

B

Verũ hanc gloriã rursum perdidimus, quandoquidẽ professio Christiani nominis, in angustũ cõtracta est his tẽporibus, & inter hos ipsos per pauci sunt, q uere sint Christiani. Turcisꝫ minamur bellũ, quasi uero ferro soleant fieri Christiani, cũ ipsi Turcã in pectore geramus. ¶ Capitoliũ.) In quo omniũ deorum simulacra habebantur loue præsidente. ¶ Propinquus uester Gracchus.) Gracchorum familia Romæ nobilissima fuit, unde Paulã quoꝫ duxisse genus, testat̃ in illius epitaphio, Gracchorũ soboles Agamennonis inclyta proles. ¶ Præfecturã gereret urba.) Nam multa præfecturarũ genera, uerũ præfect? urbis, plurimũ iuris obtinebat, adeo ut absente imperatore, imperatoris haberet authoritatẽ. ¶ Nõne specũ Mithræ.) Quãꝫ hic locus prope modũ deprauatior est, in oĩbus exemplaribus, cꝫ ut ad plenum restitui possit: tamẽ lucẽ aliquã ostendam, ac uiam aperiã lectori, quo sensum utcũꝫ percipiat. Veteres octo deos faciebant: ignẽ, aquã, terrã, cœlũ, lunam, solẽ, mithram, noctẽ. Mithrã autẽ Persæ, eundẽ putabant esse cũ sole, quem in primis ea gens uenerabat̃. Huius simulacrũ ita fingebant, ut faciẽ haberet leonis, utraꝫ manu cornua bubula cõprimens. Rem diuinã ita factitabant, ut sacerdotes bouem e specu cornibus educerent, eumꝫ Mithræ mactarent. Vnde & Hieronymus, de specu meminit. Ea sacra Mithriaca uocabãtur. Martianus capella eundẽ existimat, quem alĩ Phœbum appellent, alĩ Isaeum, & quem Nili accolæ uocent Serapim: Memphitici, Osirim: Persæ, Mithram. Plura de his Herodotus, & Strabo, uerũ hæc ad huius loci explanationem sufficiunt. ¶ Quibus corax.) Gentiles deos suos, effigie beluarum colebant, uelut Aesculapium sub imagine serpentis, Mercurium canis, Panem hirci, præsertim apud Aegyptios, gentem ad insaniã usꝫ superstitiosam, apud quos taurus, quem Apidem uocant, cebus, ea est simia caudata, crocodilus, ibis, aquila, lupus, canis, coruus: deniqꝫ & cepe, & uentris crepit? habent numẽ, quemadmodũ apparet, cum ex plurimis alĩs rerum scriptoribus, tum maxime ex Herodoto, Plinio, Diodoro Siculo, Iuuenale, cuius & de his rebus Satyra decimaquinta: Lucianus de sacrifiĩs: Verum hic locus ita deprauatus est, ut ad restituẽdum, Delio quopiam sit opus. Nos tamen quantũ assequi cõiectura potuimus indicabimus. ¶ Corax.) Populus est inter Callipolim & Naupactũ, Corax autem græce coruum sonat, quã auem nonnulli pagani numinis uice colebant, unde & coracina dicta sacra: quẽadmodum testatur & diuus Ambrosius enarrãs epistolã Pauli ad Romanos. ¶ Niphus.) Nõnulli codices habebãt Nymphus, Suspicor legendũ Nibis, quæ ciuitas est Aegypti, authore Stephano, quæ ab Ibide nomẽ habere uideť. ¶ Miles.) Nõ dubiũ, quin miles uox sit adulterina. Quare legẽdũ arbitror, uel Mylon, quæ ciuitas est Aegypti, uel Mylax, qui popul? est Epiri, uel (quod mihi magis placet) Thmuis, quod nomẽ est ciuitatis Aegypti: sic ab hirco dictæ, quod apud Aegyptios hircus θμοῦις uocetur: ut testatur diuus Hieronymus, in Ezaiam capite quadragesimo sexto. ¶ Leo.) Leon legendũ opinor. Est & hoc nomine populus, a Leone dictus, cuius meminit Hieronymus in eo quẽ modo citauimus loco. Meminit & Plinius Leontopoleos, in descriptione Aegypti, libro quinto capite nono: meminit & leonti: nisi forte pro Leon legẽdũ est Lycon, quæ ciuitas est Aegypti, cuius meminit Hieronymus in eodẽ quẽ paulo ante citaui loco. ¶ Helius.) Diuus Hieronym? in epitaphio Paulæ, indicat Hierusalẽ ciuitatẽ fuisse trinominẽ, Iebus, Salem, & Hierusalẽ: deinde ab Adriano, Heliã uocatã. Helius aũt

C solem significat. Sed quoniã nõnulli codices habebãt: Heliodromis, nõnulli, Heliodromius, potest fieri ut ciuitas fuerit a solis cursu uocata: quãꝯ hic de portẽtis agit. Vnde an Perses hoc loco mendo uacet, nonnihil addubito. Quæ citra emendatorũ exemplariũ auxiliũ, ad plenum restitui non possunt. Nos in tantis tenebris, lectori nõnihil lucis aperuimus, & plura coniectandi, ministrauimus ansam. Non omnia possumus omnes. Sed illud mirum est, diuum Hieronymũ hoc loco nõ facere mentionẽ eius ciuitatis, quæ a cane, quem adorat, nomen habet κυνῶν, cum huius meminerit, in Esaiæ cõmẽtarijs. Meminit & Plinius Cynopoleos, & Lycopoleos. ¶ Aegyptius Serapis.) Apim, bouem intelligit, quẽ Aegyptij mira superstitione colere consueuerunt. Nam is & Serapis apud scriptores appellat̃. De quo permulta passim apud authores, nominatim apud Herodotũ ac Plinium, ac mox Hieronymũ. ¶ Marnas Gaçæ luget.) Gaça ciuitas est Palæstinæ, finitima Aegypto, quã Syri Açam uocant, ut testat̃ Stephanus. Strabo quoꝯ Gaçam Syriæ partem facit, Iudeæ contiguã. Qui Açam uocant, dictã existimant, ab Açone Herculis filio. Qui Gaçam nominant, a Ioue conditam aiunt. Nomẽ inditũ, quod illic Iupiter suas opes reposuerit, quas Persæ sua lingua, gaçam uocant. Hic Iouis templũ fuisse testanꝫ, quod illi sua lingua Marnan uocãt, alludẽtes opinor ad Creticã uocẽ, quod Cretẽses uernaculo sermone Marnan appellẽt uirgines. Nam templũ hoc, Cretei Iouis esse creditum est. Meminit huius rei Hieronymus in cõmentarijs, qbus enarrat prophetam Esaiam his uerbis: Siue destructa Idololatria extruet̃ euangeliũ. Hoc & nostris temporibus uidemus esse cõpletum. Serapis in Alexandria, & Marnæ tẽplũ Gaçæ, in ecclesias dñi surrexerunt, & ciuitates Aroer, euãgelicis gregibus præparatæ sunt. ¶ Quotidie turmas.) Festiuissime uerbũ militare traxit ad monachos, quod ab his regionibus, unde militũ cohortes solent erumpere, nunc monachorum examina mittanꝫ. ¶ Et currente rota.) Alluſit ad Horatianũ illud in arte poetica. Amphora cœpit institui currente rota, cur urceus exit? Nam amphora lato ore est, urceus angusto. Id propemodum prouerbij uice dicit̃, quoties orationis initiũ nõ cõuenit cũ extrema parte. Sed tamen hoc loco diuus Hieronymus cupiens a sua Ecbasi, redire ad argumentũ, hac est usus correctiõe, qua non raro solemus in trãsitu uti: quẽadmodũ ostendimus, & in Cõmentarijs de copia. ¶ Ne oderit studia.) Hoc præcipiendũ ineptis nostræ tempestatis litteratoribus, qui clamoribus, minis, cõuitijs, plagis, morũ asperitate, docendi pplexa & inamabili ratione, nihil aliud efficiunt, nisi ut pueri in omnẽ uitã oderint litteras. ¶ Nõ sint fortuita.) Idem obseruandũ erit, in Thematis, quæ pueris a præceptore ꝓponunt̃: sicuti nos quoꝯ admonuimus in libello de Instituẽdis pueris. ¶ De Matthæo Lucaꝯ.) Nam hij duo Christi genealogiam describũt, ꝯꝯ non eodẽ modo. Librariorum uilitate.) Apparet olim librarios, litterarũ elemẽta pueris monstrare solitos. Extat epistola græca apud Aulũ Gelliũ, qua Philippꝰ Alexandrũ adhuc infantẽ, Aristoteli uelut in gremiũ tradit, litteris instituendũ. Vnde addidit uilitate, quod tãtus philosophus eo se demiserit: quod uilium librariorum esse munus cõsueuit. ¶ Gracchorũ æloquẽtiæ.) Cor
D neliã intellige sororem Aphricani, matrẽ Gracchorũ: cuius extabant olim epistolæ, multum æloquentiæ ꝑse ferentes: ut testis est Quintilianus, ex quo Hieronymus hũc locum mutuo sumpsit. Præterijt autẽ Hieronymus exemplũ de Lelij filia, cuius eodẽ loco meminit Quintilianus. ¶ Hortensij oratio.) Hic in æloquentiæ campo, Ciceronis æmulus fuit, uel huius magis Cicero: quẽ tamen breui superauit. Huic & patrem æloquentẽ fuisse apparet: nisi forte, quod suspicor, Hortensiæ legẽdum est: ut intelligas Hortensij filiã, cuiꝰ olim extabat oratio apud triumuiros habita: quæ legebatur, nõ tantũ in sexus honorem, ut inquit Quintilianus. ¶ Lanarum conchylia.) Conchylia, purpurã appellat. Siquidem & purpura piscis est nomen, uti murex, e quorum succo purpura tingitur. Sic & conchyliatas appellant uestes, conchylij succo imbutas. ¶ Recens testa.) Alluſit ad illud Horatianũ. Quo semel est imbuta recens, seruabit odorẽ, Testa diu. ¶ Leonidis.) Et huius historiæ meminit Quintilianus. Leonides autẽ erat Alexãdri pædagogorum princeps: ut testatur & Plutarchus. Fabius Diogenem Babyloniũ citat authorem. ¶ Procliuis est.) Hanc periodũ clausit epiphonemate. ¶ Rosam ex se natã.) Nõnulli codices habebãt, Rosam ecclesiæ natã gaudeat. ¶ Et nolẽti alleluia.) Addidit nolenti, quoniã ethnicũ significat. ¶ Et alterã auiã.) Est em̃ paterna auia, est materna auia. Auiã alterã, intelligit Paulã, & amitã Eustochiũ, id qđ ex ijs quæ sequentur, magis liquebit, etiã si amita proprie soror est patris. Nã quod sequit̃, cui imperatori, Christũ ni fallor intelligit, & exercitũ, gregẽ uirginũ militantiũ Christo. Addidit alteram, quod illas uel gentiles haberet, uel certe mũdanas. Sed mihi magis placet, ut aliã legas pro alterã, id quod in nõnullis reperit̃ exemplaribus. Qꝫ aliã. i. ꝯ diuersam, & ꝯ alijs moribꝰ: ut referas aliã, nõ ad Paulã, sed ad auum gentilẽ. ¶ Ad illas tibi mini.) Expsit infantiũ morẽ, q offensi minantur ad auiam fugituros se, atꝯ his minis delectãtur parẽtes. ¶ Ne aureis.) Olim delicatæ mulieres, ab auribus ꝓforatis gemmas suspendebant. Vñ Iuuenalis. Cũ uirides gẽmas collo circũdedit, & cũ Auribꝰ extersis magnos cõmisit elenchos. ¶ Cerussa & purpurisso.) Colores sunt, qbus sese fucant fœminæ. Cerussa cãdidãt uultũ, purpurisso adunt ruborẽ. Est autẽ iucunda emphasis in his uerbis, depingas, premas, oneres, irrufes. Quid em̃ stultius, ꝯ faciẽ habere coloribꝰ depictã? Quid minus cõuenit, ꝯ collũ, quod oportet in cœlũ erigi, auro & margaritis deprimi? Aut caput onerari, quod baiulorũ est? Festiuiter autem torsit, de capillitij tinctura, ad ignem gehennæ. Rufus enim color igneus est. ¶ Mundano more pexuit.) Quidam habent, nexuit: utraꝯ lectio satis quadrat ad sententiam. ¶ Hæc uerba frangentem.) Id est, fragore quodam insonantẽ, quemadmodum solent irati: nisi mauis legere, frendentem, ut quædam habebant exemplaria. ¶ Iuxta sententiam domini.) Dextrum & sinistrum pro bono posuit & malo. Cæterum ubi dictum sit hoc a domino, nõ succurrit in præsentia locus, nisi fortassis in euangelio, cum pios ad dextram posuit, impios ad sinistram. ¶ Malleus uniuersæ. T.) Respexit ad locum qui est apud Hieremiam capite quinquagesimo. Quomodo contritus est malleus uniuersæ terræ? Sic enim propheta uocat Satanam. ¶ De aureo calice

A calice.) Et hic locus est apud Hieremiã.ca. quinquagesimoprimo. Calix aureus babylon inebriãs oẽm terram: de uino eius biberũt gentes. Cũ Dina.) Quomodo Dina filia Iacob stuprata fuerit a Sichẽ, legis Geneseos. capẽ.34. Pythagoræ littera.) Y. significat, de qua extat carmẽ Marõis titulo, Littera pythagoræ discrimine secta bicorni. Humanæ uitæ speciem præferre uidetur. Huius dextra pars, abruptũ habet ascensum, & uirtutis uiam indicat: sinistra, facilem, & uitiorum ostendit uiam. Tum autem ad huius litteræ biuium peruenitur, cum per ætatem incipimus deliberare, utram uiam potius sequi debeamus: quemadmodũ de Hercule finxit Prodicus. Sed apparet olim huius elementi figuram, non nihil diuersam fuisse ab ea, quæ nunc est. In exemplum sponsi.) Sic eñ Lucas de puero Iesu, quod creuerit, ætate, sapientia, gratia. Pergat ad templũ.) Totum hunc locum de puero Iesu, reperto in tẽplo, & nõ inuento in comitatu, trahit ad allegoriam. Nisi in adyto.) Adyta, sunt arcana loca in tẽplis, quæ subire sit nefas. Ex adytis olim reddebãt oracula. Græca uox est, ἀδύτου, quasi non subeundũ. Nunc̃ exeat.) Retulit, quod est Cãticorum. capẽ.5. Inuenerũt me custodes ciuitatis &c. Licet quidam putent.) In hac opiniõe fuit Plato, qui reprehendit Lacedemoniorum institutũ, quod iuuenes suos tantum aduersus aspera præpararent: nõ exercerent etiã, ut in mediis delitijs ac uoluptatib⁹ tẽperare sibi possent. Aegre reprændas.) Iambic⁹ est trimeter, e comœdia quapiã, sicuti uidet. Vide ne forte legendũ sit nõ reprændas, sed repellas. Periculosa teneris.) Hieronymus uir tam seueræ uitæ, tamen teneram ætatem non uult uexari ieiunijs, id quod multi Christiani nũc exigunt. Brachmanes.) Philosophi sunt apud Indos, de quorũ tolerantia, prodigiosa quædã tradunt authores: similia ferme de gymnosophistis, sic appellatis, quod nudi philosopharent. Oriçæ.) Ordei genus est, unde ptisanariũ conficiunt hodie. Si tanti uitrum.) Hoc alijs locis aliquoties Hieronymus prouerbij uice citat, Si tanti uitrũ, quanti margaritũ: ut ostendimus in Chiliadibus. Vitrum appellat philosophorũ institutũ. Margaritũ, Christianorũ, aut illorum præmium, nempe gloriam, uitrũ uocat, Christianorũ, margaritum. Adagio significatur, summa rerum inæqualitas. Nam uitrum uilissimũ imitatur gemmas, quæ præciosissimæ sunt, & in his præcipue uniones: ut testatur Plinius. Floribus carptũ.) Pro carptum, nonnulli codices habebant, sertum, forte, sartum legendũ aut consertũ. Discat græcorũ.) Hieronymus ad rem pertinere putat, ut uirgo græce calleat. Theologi uix existimãt ad rem pertinere, ut discant latine. Ne transuersum. q.u.) Hoc dicto prouerbiali, significabãt minimũ spatiũ: quẽadmodũ & illis, Latũ digitũ, pedẽ, quod transuerso ungue soleamus metiri minuta. Bombicum telas.) Hi uermes sericum texunt, unde tantopere sibi placent magnates. Serũ uellera.) Seres Indiæ populus est, de qbus Vergilius, Velleraq; in foliis depectũt tenuia Seres. Vnde & Serica dicta. Len

B tescens.) Nam arte efficiunt, ut aurũ flecti possit, sicuti cætera fila. Cibus eius oluscu.) Satis constat hunc locũ esse corruptũ. Sic eñ habebatur in plærisq; Cibus eius olusculum sit & similia, caroq; et piscículi. Porro cũ Hieronymus hic luxũ dedocere conet: si pmittat carnẽ & piscículos, quæso quid omisit præter placentas? Equidẽ conijcio legendũ, Cibus eius olusculũ sit, & e similia, garoq; piscículi: ut intelligas permitti olera, & piscículos, sed non quoslibet, nec opipare conditos, sed minutos, ac uiles, eosq; cõditos garo & similia. Siquidẽ similam in condimentis admisceri solere, declarat & Martialis. Garus autẽ piscium liquamẽ est salsum. Fit aũt potissimum e scombris, ut testat Strabo libro tertio: qui piscis olim cõtẽptissimus est habitus. Vnde Persius. Nec scombros metuẽtia carmina, nec thus. Huiusmodi sunt pisciculi, quos Veneti uulgo uocant Sardellas. Isidis & cybeles.) Isis apud Aegyptios colitur. Cybele mater erat omniũ deorũ, cuius sacerdotes galli uocabantur. Hij in dies aliquot proferebant ieiuniũ, & deinde phasianis auibus explebantur. Sic eñ hic uocat aues phasidas, a Phaside Scythiæ fluuio, unde primũ importatæ putantur. Cerealia dona.) Frumentũ intelligit, a quo illi abstinebant, ne Cererẽ deam offenderent, cum a lautioribus non abstinerent. Plutarchus in libello de Iside & Osiride, ostẽdit horũ sacerdotes a uino quoq; abstinuisse. Hoc in perpetuo ieiunio.) Varie legitur in exemplarib⁹. Forte legendũ est, hoc ppetuũ in ieiunio præceptum sit: Vt intelligas hoc præceptũ generale, ubiq; habere locum in omni ieiunio. Quod si nõ placet mutare scripturã, intellige ppetuũ, in aliquot dies continuatũ. In prima mãsione.) Mansiões uocant interualla a diuersorio ad diuersoriũ, in qbus cõquiescit, Græci uocant σάθμους. Cæterũ in quadragesima, ut ante scripsi.) Hæc uerba, ut añ scripsi, mihi uidentẽ addita, a nescio quo parũ attẽto. Vela pandẽda.) Duplici usus est metaphora, Nautæ aperiũt ac laxãt uela cũ festinãt: & aurigæ laxant habenas, cũ admittunt equos ad cursum. Et in cochlearum morem.) Alluśit ad illud Plautinũ. Suo uictitant succo: qd' dictũ est de parasitis in fame durãtib⁹, donec cõtingat lautior cœna. Sic Cochleæ cõtinent sese intra testã, suoq; succo se sustinent, donec acciderit pluuia, Tũ prorepunt & ampliter pascunt. Aqualiculũ parat.) Aqualiculũ Persius uocat uentrẽ præturgidum & obesum, a uase sumpta metaphora. Suos admittãt.) Admitti dicũtur equi, quũ laxatis habenis sinuntur currere. Ouidius. Nõ opus admisso subdere calcar equo. Animos uirorũ.) Cũ mẽbra & uires deposuerint, animũ tamẽ & uoluptatẽ nõ deposuerũt, imo quo minus possunt, hoc magis appetũt. Præferant fœditatẽ.) Occurrit eñ eas habuisse rem cũ uiro. Pellis babylonicæ.) Huiusmodi pelles nunc mittit Hispania. Vermiculata dicũt, minutulis notulis, uelut emblematib⁹ distincta. Apocrypha.) Græce recõdita uocãtur, quod priuatim & occulte legerent. Nõ ad dogmatũ ueritatẽ.) Dogmata decreta dicuntur & certæ sententiæ. Neq; eñ a docendo deducit, ut quidã illiterati putant, sed a græco uerbo δοκεῖν, quod significat opinari. Ad signorũ reuerentiã.) Cõficta sunt eñ, ceu fabulæ quædã: sed in hoc cõfictæ, ut sacrũ aliqd significẽt. Quorũ titulis.) Inscribuntur Petro, Paulo, nõnulla ipsi Christo, uelut epistola Iesu ad Abygarum regẽ. Aurũ in luto.) Apophthegma Maronis, cũ Enniũ legẽs, diceret se aurũ e sterquilinio colligere. Significans illic plæraq; sordide scripta, nõnulla tamen feliciter & erudite.

Ablactaueris

C ¶ Ablactaueris cũ Isaac.) Habes Geneſis.cap.21.quod ablactato Iſaac,pater exhibuerit grande conui/uiũ:id Hieronymus trahit ad allegoriam,cum proficimus,ab impfectis ad maiora. Et ueſtieris cũ Samuele.) De hoc legis, primo Regũ.ca.2.Samuel autem miniſtrabat ante faciem domini puer, accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua,quam adferebat ſtatis diebus &c. Mitte auiæ & amitæ.) De his ſuperius dixerat:diſcat ſtatim,quã auiam habeat,quã amitam. Et cunis leſu uagientis.) Intelligit ſuũ monaſteriũ,aut certe Paulæ iuxta domini præſepe. Et primis miretur annis.) Retulit Vergilianũ Hemiſtichium ex Aeneide. In cuius coronam.) Locus hic mihi uidetur nõ omnino carere mendo. Alluſit aũt ad trigeſimũ,ſexageſimũ,& cẽteſimũ fructũ:quorũ primũ putãt, ad coniugatos pertinere,ſecundũ ad cælibes caſtos,tertiũ ad uirgines. Significat quotidie uirgines adiungi choro Paulæ & Euſtochij. Nam Paula tria uirginum inſtituit monaſteria, in quibus omnis nationis & conditionis uirgines ꝯ plurimas educabat:ut aliarũ uirginitas,illi quæ uirgo nõ erat,imputaret. In paruis corpuſculis.) Nempe quia mulieres erant. Simulq; alluſit ad Vergilianũ illud de Apibus dictũ. Ingẽteis animos anguſto in corpore uerſant. Felix uirgo,) Felix Paula. Nã hoc nomẽ puellæ quæ Lætæ fuerat nata, auiæ referẽs uocabulũ. Socrus & cognatam.) Paulã lætæ ſocrũ,Euſtochiũ cognatã ſignificat, ꝓpter affinitatẽ. Nã hæc ꝓprie cognatos facit. Primã dei ſentẽtiã.) Nempe illã: Creſcite & multiplicamini. Secũda euãgelij.) Nam hos uocat beatos, q ſe caſtrauerint ꝓpter regnũ dei. ¶ Nec tu paruipenderes.) Nec,nõ negat hoc loco,ſed corrigit,& auget,perinde quaſi dicas,nõ ſolũ paruipenderes &c. uerũ etiã teipſam offerres. Mũdi Philoſopho.) De Ariſtotele ſentit,cui Alexander Magnus,puer adhuc traditus eſt educandus,ut græca teſtatur epiſtola,quæ extat in noctibus Gellianis. Babylonico periturũ uen.) Fuit ſuſpitio,ſicuti teſtat Plutarchus, Alexandrũ Magnũ ueneno perijſſe:id ab Ariſtotele fuiſſe paratũ,& per Antipatrum miſſum. Venenũ autẽ fuiſſe Ariſtotelis ingenio dignũ,nempe aquam quandã gelidiſſimã,quam e rupe quapiam Nonacriæ deſudare narrant. Eã colligũt ungula equina. Nã alio uaſe cõtineri non poteſt,tanta eſt frigoris uis. Author Plutarchus in Alexandri uita.

¶ HIERONYMVS AD LAETAM DE ¶ INSTITVTIONE FILIAE.

D APoſtolus Paulus ſcribẽs ad Corinthios: & rudem Chriſti eccleſiã,ſacris inſtituẽs diſciplinis:inter cætera mandata hoc quoq; propoſuit, dicens:Si qua mulier habet uirum infidelem:& hic conſentit habitare cum ea:non dimittat uirum. Sanctificatus eſt em uir infidelis in uxore fideli:& ſanctificata eſt mulier infidelis, in uiro fideli. Alioqui filij ueſtri immundi eſſent:nunc autem mundi ſunt. Si cui forte hactenus uidebantur nimium diſciplinæ uincula laxata, & præceps indulgẽtia præceptoris:conſyderet domũ patris tui,clariſſimi quidem & eruditiſſimi uiri:ſed adhuc ambulãtis in tenebris:& intelliget cõſilium apoſtoli illuc profeciſſe,ut radicis amaritudinẽ,dulcedo fructuũ cõpenſaret:& uiles uirgulæ,balſama ꝑcioſa ſudarẽt. Tu es nata de impari matrimonio. De te & Toxotio meo, Paula generata eſt. Quis hoc crederet: ut Albini põtificis neptis de repromiſſiõe martyris naſceret: ut præſente & gaudente auo: paruulæ adhuc lingua balbutiens,Chriſti alleluia reſonaret: ut uirginem dei in ſuo gremio nutriret ſenex? Et bene feliciterq; expectauimus. Sancta & fidelis domus,uirũ ſanctificat infidelem: Iam candidatus eſt fidei,quẽ filiorum & nepotum credens turba circũdat. Ego puto etiam ipſum Iouem ſi habuiſſet talem cognationẽ:potuiſſe in Chriſtum credere. Deſpuat licet & irrideat epiſtolam meam:& me uel ſtultum,uel inſanũ clamitet: hoc & gener eius faciebat anteq; crederet. Fiunt,non naſcuntur Chriſtiani. Auratũ ſqualet capitolium. Fuligine & aranearum telis,oĩa Romæ tẽpla cooperta ſunt. Mouet urbs ſedibus ſuis: & inundans populus ante delubra ſemiruta,currit ad martyrũ tumulos. Si non extorquet fidẽ prudentia:extorqueat ſaltem uerecundia. Hoc Læta religioſiſſima in Chriſto filia dictum ſit. ut non deſperes parentis ſalutem:& eadem fide qua meruiſti filiam, & patrem recipias:totaq; dom⁹ beatitudine ꝓfruaris:ſciens illud a dño repromiſſum:Quæ apud homines impoſſibilia. apud deũ poſſibilia ſũt. Nũq; eſt ſera cõuerſio. Latro de cruce trãſijt in paradiſum. Nabucho donoſor rex babylonis,poſt efferationẽ corporis & cordis & beluarũ in eremo cõuictũ,mẽtẽ recepit humanã. Et ut omittã cætera:ne apud incredulos nimis fabuloſa uideant:ante paucos annos propinquus ueſter Gracchus,nobilitatẽ patritiã ſonans nomine:cũ præfecturã gereret urbanã:nonne ſpecum Mythræ:& omnia portentuoſa ſimulacra: quibus Corax,Niphus miles, Leo,Perſes,Helios,Bromius pater initiãtur,ſubuertit,fregit exuſſit: & his quaſi obſidib⁹ante præmiſſis

A te præmiſſis, impetrauit baptiſmũ Chriſti. Solitudinẽ patitur & in urbe gẽtilitas. Dij quon/
dã nationũ,cum bubonibus,& noctuis in ſolis culminibus remanſerũt. Vexilla militum,cru/
cis inſignia ſunt. Regũ purpuras & ardentes diadematũ gemmas, patibuli ſalutaris pictura
cõdecorat. Iã & Aegyptius Serapis,Chriſtianus factꝰ eſt. Marnas Gaçæ luget incluſus,& euer
ſionem templi iugiter pertremiſcit. De India,Perſide,Aethiopia,monachorum quotidie tur/
mas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius,Huni diſcũt pſalterium:Scythiæ frigora,fer/
uent calore fidei:Getarum rutilus & flauus exercitus,eccleſiarum circũfert tentoria:& ideo for
ſitan contra nos æqua pugnant acie:quia pari religione confidunt. Pene lapſus ſum ad aliam
materiã:& currente rota,dum urceũ facere cogito,amphoram finxit manus. Propoſitũ eñ
mihi erat ſanctæ Marcellæ, & tuis precibꝰ inuitatũ,ad matrẽ,id eſt,ad te ſermonẽ dirigere:&
docere,quomodo inſtituere Paulã noſtrã debeas:quæ prius Chriſto conſecrata eſt cꝫ genita:
quã ante uotis,cꝫ utero concepiſti. Vidimus aliquid temporibus noſtris de prophetalibus li/
bris. Anna ſterilitatem alui,fœcunditate mutauit. Tu luctuoſam fœcunditatem,uitalibus libe
ris commutaſti. Fidens loquor,accepturã te filios:quæ primũ fœtum dño reddidiſti. Iſta ſunt
primogenita,quæ offeruntur in lege. Sic natus eſt Samuel:ſic ortus Sampſon eſt:ſic Iohãnes
Baptiſta ad introitum Mariæ exultauit & luſit. Audiebat eñ uerba domini per os uirginis
pertonantis:& de utero matris,in occurſum eius geſtiebat erumpere. Igitur quæ de repromiſ/
ſione nata eſt:dignam habeat ortu ſuo inſtitutionem parentum. Samuel nutritur in templo.
Iohannes in ſolitudine præparatur. Ille ſacro crine uenerabilis eſt:uinum & ſiceram non bibit:
adhuc paruulus,cum domino ſermocinatur. Hic fugit urbes: çona pellicea cingitur,locuſtis
alitur ac melle ſylueſtri:& in typum pœnitentiæ prædicandæ,tortuoſiſſimi animalis ueſtitur
exuuijs. Sic erudienda eſt anima,quæ futura eſt templũ dei:Nihil aliud diſcat audire:nihil lo
qui,niſi quod ad timorẽ dei pertinet. Turpia uerba nõ intelligat:cantica mũdi ignoret. Adhuc
B tenera lingua,pſalmis dulcibus imbuatur. Procul ſit ætas laſciua puerorũ:ipſæ puellæ & pedi/
ſequæ,a ſæcularibus conſortijs arceantur:ne quod male didicerint,peius doceant. Fiant ei litte
ræ,uel buxeæ,uel eburneæ,& ſuis noibus appellent. Ludat in eis:ut & luſus ipẽ eruditio ſit. Et
nõ ſolũ ordinẽ teneat litterarũ,ut memoria nominũ,in canticũ tranſeat:ſed & ipſe inter ſe cre/
bro ordo turbetur:& mediꝫs ultima:primis media miſceant:ut eas non ſono tantũ:ſed & uiſu
nouerit. Cum uero cœperit trementi manu ſtilum in cera ducere: uel alterius ſuperpoſita ma
nu,teneri regant articuli,uel in tabella ſculpant elemẽta,ut per eoſdẽ ſulcos incluſa marginibꝰ
trahãtur ueſtigia:ut foras non queant euagari. Syllabas iungat ad premiũ:& quibus illa ætas
deliniri poteſt,munuſculis inuitetur. Habeat & in diſcendo ſocias,quibus inuideat:quarũ lau/
dibus mordeatur. Non obiurganda eſt,ſi tardior ſit:ſed laudibus excitandũ eſt ingeniũ:ut &
uiciſſe gaudeat:& uicta doleat. Cauendũ in primis,ne oderit ſtudia,ne amaritudo eorũ præce
cepta in infantia,ultra rudes ãnos tranſeat. Ipſa nomina per quæ cõſueſcit paulatim uerba cõ/
texere:nõ ſint fortuita:ſed certa & coaceruata de induſtria:pphetarũ uidelicet atꝫ apoſtolorꝝ,
& oĩs ab Adã patriarcharũ ſeries,de Matthæo Lucaꝫ deſcendat:ut dũ aliud agit,futuræ me/
moriæ præparet. Magiſter pbæ ætatis & uitæ atꝫ eruditionis eſt eligẽdus:nec puto erube
ſcet uir doctus,id facere in propinqua,uel nobili uirgine:quod Ariſtoteles fecit in Philippi fi/
lio:ut ipſe librariorum uilitate, initia traderet litterarũ. Nõ ſunt cõtemnenda quaſi parua:ſine
quibus magna cõſtare non poſſunt:Ipſe elementorũ ſonus:& prima inſtitutio præceptorũ:ali
ter de erudito: aliter de ruſtico ore,pfertur. Vnde & tibi eſt,puidendũ,ne ineptis blanditijs fœ/
minarum,dimidiata dicere uerba filia cõſueſcat:& in auro atꝫ purpura ludere:quorum alterũ
linguæ:alterũ moribus officit:ne diſcat in tenero,quod ei poſtea dediſcẽdũ eſt. Gracchorũ ælo
quentiæ,multũ ab infãtia ſermo matris cõtuliſſe ſcribit. Hortenſij oratio,inter paternos ſinus
coaluit. Difficulter eradit,qd rudes animi pbiberũt. Lanarũ cõchylia qs in priſtinũ cãdorẽ re/
uocet? Recẽs teſta,diu & ſaporẽ retinet & odorẽ,q̃ primũ imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria,
Alexãdrũ potẽtiſſimũ regẽ orbiſꝫ domitorem, & in moribꝰ,& in inceſſu,Leonidis pædago/
gi ſui nõ potuiſſe carere uitijs,qbꝰ adhuc paruulꝰ fuit infectꝰ. Prodiuis eſt eñ malorꝝ æmula/
tio:& q̃rũ uirtutes aſſeq neq̃as:cito imitaris uitia. Nutrix ipa nõ ſit temulẽta: nõ laſciua,nõ

C garrula:habeat modeſtam getulã,nutritium grauem.Cũ auũ uiderit,in pectus eius trãſiliat:de collo pendeat,nolenti, alleluia decantet.Rapiat eam auia:patrem riſibus agnoſcat: ſit omnibus amabilis:& uniuerſa propinquitas,roſam ex ſe natam gaudeat.Diſcat ſtatim quã habeat & alterã auiam,quã amitam:cui imperatori:cui exercitui tyruncula nutriatur.Illas deſyderet:ad illas tibi minitetur abſceſſum: Ipſe habitus & ueſtitus doceat eã,cui promiſſa ſit.Caue ne aures eius perfores:ne ceruſſa & purpuriſſo conſecrata Chriſto ora,depingas:nec collum auro & margaritis premas,nec caput gemmis oneres,nec capillum irrufes:& ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris.Habeat alias margaritas,quibus poſtea uẽditis,emptura eſt præcioſiſſimum margaritum.Prætexata nobiliſſima quondã fœmina,iubẽte uiro Hymetio:qui patruus Euſtochij uirginis fuit:habitum eius cultumq; mutauit:& neglectum crinem,mundano more pexuit: uincere cupiens & uirginis propoſitum,& matris deſyderium:& ecce tibi eadem nocte,cernit in ſomnis ueniſſe ad ſe angelum terribili uoce minitantem pœnas: & hæc uerba frangentem: Tu ne auſa es uiri imperiũ præferre Chriſto? Tu caput uirginis dei,tuis ſacrilegis attrectare manib9:quæ iã nunc areſcent:ut ſentias excruciata quid feceris:& finito menſe quinto,ad inferna duceris.Si nautem perſeueraueris in ſcelere:& marito ſimul orbaberis & filijs.Oĩa per ordinẽ expleta ſunt: & ſeram miſeræ pœnitentiam,uelox ſignauit interitus.Sic ulciſcitur Chriſtus uiolatores templi ſui:ſic gẽmas & precioſiſſima ornamenta defendit. Et hoc retuli: non quod inſultare uelim calamitatibus infelicium,ſed ut moneam cum quanto metu,& cautione ſeruare debeas, quod deo ſpopondiſti.Heli ſacerdos offendit deum,ob uitia liberorũ.Epiſcopus fieri nõ poteſt,qui filios habuerit luxurioſos,non ſubditos.At ecõtrario de muliere ſcribitur: quod ſalua fiet per filiorũ generationẽ:ſi permanſerit in fide,& charitate,& ſanctificatione cũ pudicitia.Si perfecta ætas & ſui iuris,imputatur parentibus:quãtomagis lactens & fragilis:quæ iuxta ſententiã dñi,ignorat dextrã & ſiniſtrã,id eſt,boni & mali differentiam? Si ſollicita prouides:ne filia percutiatur a uipera: cur non eadẽ cura prouideas:ne feriat a malleo uniuerſæ terræ? ne bibat de aureo calice babylonis? ne egrediatur cum Dina: & uelit uidere filias regionis alienæ? ne ludat pedibus, ne trahat tunicas? Venena non dantur, niſi melle circũlita:& uitia non decipiunt,niſi ſub ſpecie umbraq; uirtutum. Et quomodo,inquies,peccata patrum filijs non redduntur:nec filiorum pa-
D rentibus:ſed anima quæ peccauerit,ipſa morietur? Hoc de his dicitur,qui poſſunt ſapere: de quibus in euangelio ſcriptum eſt: Aetatem habet:loquatur pro ſe. Qui autem paruulus eſt,& ſapit ut paruulus:donec ad annos ſapientiæ ueniat:& Pythagoræ littera. Y. eum perducat ad biuiũ: tã bona eius cq̃ mala, parentib9 imputãtur.Niſi forte exiſtimas Chriſtianorũ filios,ſi baptiſma non receperint:ipſos tantũ reos eſſe peccati:& nõ etiã ſcelus referri ad eos,qui dare noluerint: maxime eo tẽpore,quo cõtradicere non poterãt qui accepturi erant :ſicut e regione ſalus infantium,maiorum lucrum eſt. Offerre nec ne filiã,poteſtatis tuæ fuit(cq̃cq̃ alia ſit tua cõditio, quæ prius eã uouiſti,cq̃ conciperes)ut autem oblatam non negligas:ad periculum tuũ pertinet. Qui claudã & mutilã & qualibet ſorde maculatã obtulerit hoſtiã,ſacrilegij reus eſt: quãtomagis qui partem corporis ſui:& illibatæ animæ puritatem,regis amplexibus parat:ſi negligens fuerit,punietur? Poſtcq̃ grandiuſcula eſſe cœperit,& in exemplum ſponſi ſui creſcere ſapientia,ætate, & gratia, apud deum & homines,pergat ad templum ueri patris,cum parentibus ſuis: ſed cum illis non egrediatur e templo. Quærãt eam in itinere ſæculi, inter turbas & frequentiã propinquorũ:& nuſcq̃ alibi reperiãt,niſi in adyto ſcripturarum,prophetas & apoſtolos de ſpiritualibus nuptijs conſcitantẽ.Imitetur Mariã,quã Gabriel ſolã in cubiculo ſuo reperit:& ideo forſitan timore perterrita eſt:quia uirũ quẽ nõ ſolebat aſpexit. Aemuletur eã de qua dicitur:Oĩs gloria eius filiæ regis ab intus.Loquat & ipſa electo,charitatis iaculo uulnerata.Introduxit me rex in cubiculum ſuum.Nũcq̃ exeat foras:ne inueniãt eã qui circũeũt ciuitatem:ne percutiãt & uulnerent:& auferant theriſtrum pudicitiæ:& nudam in ſanguine derelinquãt:quin potius cũ aliquis oſtium eius pulſauerit,dicat:Ego murus:& ubera mea turris:laui pedes meos:nõ poſſum inquinare eos.Non ueſcatur in publico, id eſt,in parentum conuiuio:ne uideat cibos,quos deſyderet.Et licet quidã putent maioris eſſe uirtutis,præſentem contemnere uoluptatem: tamen ego arbitror ſecurioris cõtinẽtiæ eſſe,neſcire quod quæras.Legi quondã in ſcholis puer.Aegre

reprendas

A reprendas quod ſinis conſueſcere. ¶ Diſcat iam nunc & uinum non bibere, in quo eſt luxuria. Ante annos robuſtæ ætatis, periculoſa eſt teneris & grauis abſtinentia: Vſq; ad id tẽpus, ſi neceſſitas poſtulauerit, & balneas adeat: & uino utatur modico propter ſtomachũ: & carniũ edulio ſuſtentetur: ne prius deficiant pedes, cũq; currere incipiant. Et hoc dico iuxta indulgentiã: non iuxta imperium: timens debilitatem, nõ docens luxuriam: Alioquin quod Iudaica ſuperſtitio, ex parte facit in reiectione quorundã animalium atq; eſcarum: quod & Indorũ Brachmanes & Aegyptiorũ Gymnoſophiſtæ in polentæ & oriçæ, & pomorum ſolo obſeruant cibo: cur uirgo Chriſti, non faciat in toto? Si tanti uitrum: quare non maioris ſit precij margaritum? Quæ nata eſt ex promiſſione: ſic uiuat, ut illi uixerunt, qui de repromiſſiõe generati ſunt. Aequa gratia, æquum habeat & laborẽ. Surda ſit ad organa. Tibia, lyra, cithara, cur facta ſint, neſciat. Reddat tibi penſum quotidie de ſcripturarũ floribus carptum. Diſcat græcorum uerſuum numerũ. Sequatur ſtatim & latina eruditio: quæ ſi non ab initio os tenerum compoſuerit: in peregrinũ ſonum, lingua corrũpitur: & externis uitijs, ſermo patrius ſordidatur. Te habeat magiſtrã: te rudis miret infantia: Nihil in te, & in patre ſuo uideat, quod ſi fecerit, peccet. Memẽtote uos parentes uirginis: magis eam exemplis doceri poſſe cũq; uoce. Cito flores pereunt: cito uiolas & lilium & crocum, peſtilens aura corrumpit. Nuſcũq; abſq; te procedat in publicum. Baſilicas martyrum & eccleſias, ſine matre nõ adeat. Nullus ei iuuenis: nullus cincinnatus arrideat. Vigiliarũ dies & ſolennes pernoctationes, ſic uirguncula noſtra celebret: ut ne tranſuerſum quidẽ unguẽ, a matre diſcedat. Nolo de ancillulis ſuis, aliquã plus diligat: cuius crebro auribus inſuſurret. Quicquid uni loquitur, hoc omnes ſciant. Placeat ei comes, non compta neq; formoſa atq; laſciua: quæ liquido gutture carmẽ dulce moduletur: ſed grauis, pallens, ſordidata, ſubtriſtis. Præponatur ei probæ fidei ac morũ & pudicitiæ uirgo ueterana: quæ illam doceat: & aſſueſcat exẽplo ad orationes & pſalmos, nocte cõſurgere: mane hymnos canere, tertia, ſexta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaq; lucerna reddere ſacrificium ueſpertinum. Sic dies
B tranſeat: ſic nox inueniat laborantem. Orationi lectio, lectioni ſuccedat oratio. Breue uidebitur tempus: quod tantis operum uarietatibus occupatur. ¶ Diſcat & lanam facere, tenere colum, ponere in gremio calathum, rotare fuſum, ſtamina pollice ducere. Spernat bombicum telas: ſerum uellera, & aurum in fila lenteſcens. Talia ueſtimenta paret, quibus pellatur frigus: nõ quibus ueſtita corpora nudentur. Cibus eius oluſculũ ſit, & e ſimila, garoq; piſciculi. Et ne gulæ pcepta longius traham: de quib⁹ in alio loco plenius ſum locutus: ſic comedat, ut ſemper eſuriat: ut ſtatim poſt cibum, poſſit legere & pſallere. Diſplicent mihi (in teneris maxime ætatibus) longa & immoderata ieiunia, in quibus iunguntur hebdomades, oleum in cibo, ac poma uetant. Experimento didici, aſellum in uia cum laſſus fuerit, diuerticula quærere. Faciant hoc cultores Iſidis & Cybeles: qui guloſa abſtinentia Phaſides aues: ac fumantes turtures uorant: ne ſcilicet cerealia dona cõtaminent. Hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptũ: ut longo itineri, uires perpetes ſuperent: ne in prima mãſione currentes, in mediis corruamus. Cæterum (ut ante ſcripſi) in quadrageſima continentiæ uela pandenda ſunt, & tota aurigæ retinacula, equis laxanda properantibus. Quãcũq; alia ſit conditio ſæculariũ, alia uirginum & monachorũ. Sæcularis homo, in quadrageſima, uentris ingluuiẽ decoquit: & in cochlearũ morẽ ſucco uictitãs ſuo, futuris dapib⁹ ac ſaginæ, aqualiculũ parat. Virgo & monachus ſic in quadrageſima ſuos admittat equos: ut ſibi meminerint ſemp eſſe currendũ. Finitus labor maior: infinitus moderatior eſt. Ibi enim reſpiramus: hic perpetuo incedimus. ¶ Si quãdo ad ſuburbana pergis, domi filiam nõ relinquas: neſciat ſine te, nec poſſit uiuere: & cum ſola fuerit, pertimeſcat: Non habeat colloquia ſæcularium, nõ malarũ uirginũ cõtubernia. Nõ interſit nuptijs ſeruulorũ, neq; familiæ perſtrepẽtis, luſibus miſceat. Scio præcepiſſe quoſdã, ne uirgo Chriſti, cũ eunuchis lauet, nec cũ maritatis fœminis: quia alij nõ deponant animos uirorum: aliæ tumentibus uteris præferant fœditatem. Mihi omnino in adulta uirgine, lauacra diſplicent: quæ ſeipſam debet erubeſcere: & nudam uidere non poſſe. Si emẽ uigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuũ, & in ſeruitutem redigit: ſi flammam libidinis & incentiua feruentis ætatis, extinguere cupit continentiæ frigore: ſi appetitis ſordibus, turpare feſtinat naturalẽ pulchritudinem: cur econtrario balnearum fomentis ſopitos ignes ſuſcitat?

C ¶Pro gemmis & serico, diuinos codices amet: in quibus, non auri & pellis Babylonicæ uer/
miculata pictura:sed ad fidem placeat emendata & erudita distinctio.Discat primo psalteriũ:
his se canticis auocet: & in prouerbijs Solomonis erudiatur ad uitam.In Ecclesiaste consuescat
quæ mundi sunt calcare.In Iob,uirtutis & patientiæ exempla sectetur.Ad euangelia transeat,
nunc̃q; ea positura de manibus.Apostolorum acta & epistolas,tota cordis imbibat uoluntate.
Cũ q; pectoris sui cellarium,his opibus locupletauerit:mãdet memoriæ prophetas,Pẽtateuchũ
& Regũ & Paralipomenon libros, Esdræ quoq; & Hester uolumina. Ad ultimũ,sine periculo
discat Canticum canticorũ:ne si in exordio legerit:sub carnalibus uerbis,spiritualium nuptiarũ
epithalamiũ non intelligens, uulneretur.Caueat omnia apocrypha.Et si quando ea,non ad do
gmatum ueritatem:sed ad signorum reuerentiam legere uoluerit:sciat non eorum esse quorum
titulis prænotantur :multaq; his admixta uitiosa:& grandis esse prudentiæ,aurum in luto quæ
rere.Cypriani opuscula semper in manu teneat.Athanasij epistolas & Hilarij libros, inoffenso
decurrat pede.Illorum tractatibus,illorum delectetur ingenijs,in quorũ libris,pietas fidei non
uacillet.Cæteros sic legat:ut magis iudicet,c̃q; sequatur. ¶Respõdebis. Quomodo hæc omnia
mulier sæcularis,in tanta frequentia hominũ,Romæ custodire potero?:Noli ergo subire onus,
quod ferre nõ potes:sed postc̃q; ablactaueris eã cũ Isaac:& uestieris cum Samuele:mitte auiæ &
amitæ.Redde præciosissimã gemmã cubiculo Mariæ,& cunis Iesu uagientis impone. Nutriat̃
in monasterio:sit inter uirginũ choros,iurare non discat,mentiri sacrilegium putet,nesciat sæcu/
lum, uiuat angelice, sit in carne sine carne, omne hominũ genus sui simile putet. Et (ut cætera
taceam)certe te liberet seruandi difficultate & custodiæ periculo.Melius tibi est desyderare ab
sentem,c̃q; pauere ad singula:quid loquatur:cum quo loquatur:cui annuat:quem libenter aspi/
ciat. Trade Eustochio paruulam:cuius nunc & ipse uagitus,pro te oratio est. Trade comitẽ san
ctitatis,futurã hæredem.Illam uideat,illam amet,illam primis imbuatur ab annis:cuius & sermo
& incessus & habitus,doctrina uirtutum est. Sit in gremio auiæ:quæ repetat in nepte,quicquid
D præmisit in filia:quæ longo usu didicit nutrire,seruare,docere uirgines:in cuius coronam, cente
narij quotidie numeri castitas texitur.Felix uirgo,felix Paula Toxotij:quæ p auiæ amitæq; uir/
tutes,nobilior est sanctitate,c̃q genere. O si tibi contingeret uidere socrum & cognatam tuam
& in paruis corpusculis ingentes animos intueri:pro insita tibi pudicitia,non ambigerem,
quin præcederes filiam:& primam dei sententiam,secunda euangelij lege mutares. Nec tu par/
uipenderes aliorũ desyderia liberorũ:sed teipsam magis offerres deo.Sed quia tempus est am
plexandi,& tempus longe fieri a cõplexibus:& uxor non habet potestatẽ corporis sui:& unus/
quisq; in qua uocatione uocatus est,in ea permaneat in dño:& qui sub iugo est,ita debet curre/
re:ne in luto comitem derelinquat:totum redde in sobole,quod in te interim distulisti.Anna fi
lium quem deo uouerat:postc̃q; obtulit in tabernaculo,nunc̃q; recepit:indecens arbitrata,ut fu/
turus propheta,in eius domo cresceret:quæ adhuc alios filios habere cupiebat.Deniq; postc̃q;
concepit & peperit:non est ausa ad templũ accedere:& uacua apparere corã domino,nisi prius
redderet quod debebat:taliq; immolato sacrificio,reuersa domum,quinq; liberos sibi genuit:
quia primogenitum deo pepererat.Miraris felicitatem sanctæ mulieris? Imitare fidem. Ipse,si
Paulam miseris:& magistrum & nutritium spondeo:Gestabo humeris:balbutientia senex uer
ba formabo:multo glorioſior mundi philosopho:qui non regem Macedonũ, Babylonio peri/
turum ueneno:sed ancillam & sponsam Christi eruditam:regnis cœlestibus offerendam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶Laudat Demetriadem uirginem,Iulianæ filiam,neptem Probæ,quod se Christo consecrarit, hortãs,
ut perseueret,utq; statim obsistat instinctibus diaboli sollicitantis ad turpia. De studio,de ieiunio, de
obedientia,de fugiendis iocis, cæterisq; rebus,quæ ad uirginis institutũ pertinent,præcipit. In hac epi/
stola stilus nonnihil discrepat a cæteris.Mouent & alia quædam. Verum de hoc in præsentia non pro/
nunciabo:donec compertius aliquid ero nactus.Scripsit autem iam fere decrepitus,ut testatur ipse.

SCHOLIA.

¶Proborum & Olibriorũ.) Auunculus alter erat Probus,alter Olibrius,tertius Probinus :quæ nomi
na tum nobilium erant Romæ. Veste polymita.) Id est, uersicoloribus cõtexta filis, Nam μίτον græ/
ci filum appellant,& πολὺ multũ,quasi dicas,multifilam uestem.¶Et omni retro.) Retro uocat, quod
iam præterijt,hoc est,superiori. Filiarum Philippi.) Hũc actuum.cap.21.Lucas euangelistã appellat,
scribens ei quatuor fuisse uirgines prophetantes. Pronuba.) Sic uocatur mulier, quæ parat ea quæ
ad nuptiarũ

A ad nuptiarum ritum, & sponsam instruendam pertinent. Fescēnina.) Id est, carmina nuptialia, a Fescē nio oppido campaniæ sic dicta. Procacia.) Solent huiusmodi cantiones esse petulantiores. Vnde Ca tullus, fescenninā licentiā uocat. Cōsentaneū est aūt, apud barbaros multo petulantiores esse. Tullia/ ni fluminis.) Tullio tribuit copiam fluentem, Demostheni uim & acrimoniā, & apte cōtorta enthyme/ mata. Magalia.) Apte usus est punica uoce, de Africa loquens. Etem rurestris domus, ea lingua Ma/ gar uocatur. Vergilius, Miratur molem Aeneas, Magalia quondam. Apud eundem legimus & Mapa/ lia. Et raris habitata Mapalia tectis, de casulis rusticanis loquens. Vnde siue legas magalia, siue mapa/ lia, nihil refert. Non sic post Trebiam.) Trebia, fluuius est iuxta placentiam Romanorum clade in/ signis. Nā illic secūdo iam cū Hannibale cōgressi, infeliciter pugnarunt Romani, fusi paulo ante ad Tici nū amnē. Ad Thrasymenū.) Ad hunc fluuium rursus Romanus exercit⁹ fusus est, ab Hannibale cir/ cūuentus, temeritate ducis Caij Flaminij. Ad hæc sex milia, perfidia Hannibalis uincta sunt. Cānas.) Hic cæsa leguntur, Romanorum quadraginta quinq; milia. Cæsus est & Paulus Aemylius uir eximius, una cū senatoribus nonaginta, consularibus atq; prætorijs, aut ædilicijs, triginta. Author Titus Liuius.

¶ Tanti, ut dicitur, uitrum.) Vsus eodem in superioribꝰ epistolis. Vitrum imitatur gēmas, cum sit uilis/ simū. Si non locas homini sponso, nisi integram, quanto magis conuenit integrā consecrare Christo uir/ ginem, qui tanto præstat homini, quanto gemma uitro? Olim Margaritis summus erat honos inter gē/ mas. A sancta Christi Synoride.) Quædam exemplaria uetusta sic habebant: a sanctis fœminis, non detractum, sed uirgini traditum. Ne sponso fieret.) Sponsum uirginis Christū uocat. Proba illa.) Proba, nomen est proprium hoc loco. Mater fuit trium consulariū, Auia sicuti uidetur Demetriadis.

¶ Cassa nomina.) Id est, inania nomina, cum re sint sæculares. Si fractus illabatur.) Hæc Horatius in odis, de Stoico sapiente scripsit. Brēnus nostri tempo.) Sic uocat ducem barbarum, alludens ad Bren num illum gallorū ducem, a quo Romani salutē auro redimere sunt coacti: testatur in uita Camilli Plu/ tarchus. Vnum illud.) Carmē est Maronis. Nata deo: nā Vergilius habet, nate deo. Qui est νοῦς.) νοῦς græce mentem significat, hoc est summā animi partem, qua intelligimus ea, quæ maximæ absunt a sensibꝰ corporeis. Alienis capillis.) Id est, appositicijs, quo res magis sit ridicula: & elegātissime dixit, struere uerticē. Cādore margar.) Nā uniones p̄cipue cōmendat candor & leuor: ut testis est Plinius.

Maris profunda.) Quod in cōchis nascatur hæc gemma, præcipue in mari Persico. Ceraunior̄.) Ceraunos græce fulmen est. Hinc gemmæ datum nomen, quod fulgur quoddam iacere uideatur.

¶ Hiacynthorū pelago.) Quod undas imitentur. Smaragdorū uirore.) Quoniā nihil his compara/
B tum, magis uiret, ut inquit, Plinius. μεσότητας, ἀφετὰς ὑπερβολὰς κακίας εἶναι.) Id est, mediocritates uirtu/ tes, excessus uitia esse. Sic em̄ ad uerbum reddi possunt. Et Horatius. Virtus est mediū, uitiorū utrinq; redactum. μηδὲν ἄγαν.) Id est, ne quid nimis. Vtitur Terentius in Andria. Nec erubuit censor, nec desperauit senex.) Nihil dici potuit uenustius. Cato litteras aggressus est senex, Græcas autem litteras extrema ætate, iam septuagenarius. Si audieris, non irascaris.) Irascaris, adulterina uox est. Forte legē dum, inescaris, aut aliud simile. Censorium.) Tanta erat Catonis seueritas, ut eo præsente, nō possent agi floralia: cum nec ille uultum mutare posset, nec illi auderent eo spectante agere. Illum dico.) Nā multi fuere Catones, Maior dictus est Censorius, minor Vticensis. Marcum Crassum.) Hic Cras/ sus Licinius, fuit auus. M. Crassi in Parthis interempti, quem Lucilius Satyricus, ob morum seueritā/ tem, semel in uita risisse scribit: testes Plinius &. M. Tullius. Risit autem dictum illud, Similes habent la bra lactucas, sicuti retulimus in Chiliadibus nostris. Ornatum nō sentientia.) Sic em̄ emendauimus. Nam ornant columnarū capita, perinde quasi sentiant ornatum, sentientia Christi membra negligunt.

¶ Præter psalmorum.) Et hic locus, non uno modo deprauatus erat in exemplaribus: Forte sic restitui poterat: ut legas, præter psalmorū ordinem, & orationis pensum, quod tibi &c. Quæ apostoli uoce.) Sic em̄ Paulus scribit ad Romanos, capite primo: Primū quidē gratias ago deo meo per Iesum Christū pro omnibus uobis, quod fides uestra annunciatur in uniuerso mundo. Anastasius episcopus.) Hic a Damaso fuit tertius: hic uetuit ne peregrini maximeq; trāsmarini, reciperentur in numerum clericorū Romanorum, nisi quinq; episcoporum chirographo cōmendati, idq; propter Manicheos excluden/ dos. Ditissimæ paupertatis.) Festiuiter copulauit duo contraria, Censu pauperrimus erat, eruditi one diues. Nunc aliquoties contingunt Romani pontifices, ærario locupletissimi: apostolicis opi/ bus, hoc est, sacra doctrina, & pietate nudissimi. De hac Hæresi plura leges in epitaphio Paulæ.

¶ Cuius iambici metrū.) Est enim græcis senarius iambicus: ex Menandri comœdia φθείρουσιν ἤθη χρησθ' / ὁμιλίαι κακαί, Carmē sat cōmode reddi poterat ad hūc modū. Mores bonos, colloquia corrumpunt ma/ la. Cincinnatulos.) Cincinni capilli sunt arte intorti. Diminuit autem, cincinnatulos, ut molliciem ex aggeret. Calamistratos.) Quorum capilli, acu candente, quā calamistrū uocant, crispati sunt. Pere/ grini muris.) Sic enim uocant hoc genus animātis: cuius pellicula mire olet. De quibus illud Arbitri est.) Aut memoria lapsus est Hieronymus, aut uersum hūc Martialis ab arbitro Petronio mutuat⁹ est. Extat em̄ apud Martialem, in Neuolum, Neuole non bene olet, qui bene semper olet. Plautus item scri psit mulierē eam optime olere, quæ nihil oleret: quemadmodum & Plinius scribit, eam aquā esse opti/ mam, quæ nihil sapiat: hec est em̄ aquæ natura. Virgines ac uiduas ἀουσάσματα.) Sic ferme codices omnes habebant: aut certe ἀόυσασμα, quæ uox studiū significat: in uno dūtaxat legi spudasmena: unde suspicor legendum ἐσπουδασμένα, id est, elaborata siue elucubrata.

ANTIDOTVS. In hac epistola uidetur non perinde magnifacere, pietatem istorū, qui pecunias suas erogant, extruendis & exornandis ecclesijs. Nam & rem narrat, odiosius. Alij, inquiens, ædificent eccle sias, uestiant parietes, marmorum crustis, columnarum moles aduehant, earumq; deaurent capita, præ/

Cioſum ornatũ non ſentiente ebore &c. Cum eñ addit, non ſentiente ebore: ſignificat, ornatũ eſſe ſuperuacaneum. Et cum adiecit deniq; Non reprehendo, non abnuo: unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet: Melius eſt hoc facere, cũq; repoſitis opibus incubare: cum ſtomacho loqui uidetur, uelut inuitus approbans, neq; conferens id factum, cum his quæ pia ſunt, ſed cum his quæ ſcelerata: quemadmodũ laudare ſolet Digamiam, præferens illam publicis proſtibulis, non conferens cum melioribus. Simile quiddã ſcripſit in libello de obitu Paulæ. Verũ aut nõ loqtur hic ſimpliciter de ijs, qui extruũt ædes ſacras, ſed qui ad faſtum extruunt magis quã ad pietatem: aut ſimpliciter uerum eſt, præſtare, opes in pauperes, hoc eſt in uiua dei templa, cũq; in nõ ſentientes ſtructuras effundere: etiam ſi nunc multis ſecus uidetur, præſertim magnatibus.

HIERONYMVS AD DEMETRIADEM DE SERVANDA VIRGINITATE.

INter omnes materias, quas ab adoleſcentia uſq; ad hanc ætatem, uel meã, uel noctariorũ ſcripſi manu: nihil præſenti opere difficilius. Scripturus enim ad Demetriadem uirginem Chriſti, quæ & nobilitate & diuitijs, prima eſt in orbe Romano: ſi cuncta uirtutibus eius congrua dixero, adulari putabor: ſi quædam ſubtraxero, ne incredibilia uideãtur: damnũ laudibus eius, mea faciet uerecundia. Quid igitur faciam? Quod implere non poſſum, negare non audeo: tanta eſt auiæ eius & matris, inſigniũ fœminarum, in iubendo auctoritas, in petendo fides, in extorquendo perſeuerantia. Neq; eñ ut nouũ & præcipuũ quiddam a me flagitant: cuius ingeniũ in huiuſcemodi materijs ſæpe detritum eſt: Sed ne uocis meæ, pro uirili parte deſit teſtimonium in eius uirtutibus explicandis: cuius ut indyti oratoris utar ſententia: ſpes magis laudanda eſt, cũq; res. Quãcũq; puellares annos, fidei ardore ſuperarit: & inde cœperit, ubi alijs deſiſſe, perfectæ conſummatæq; uirtutis eſt. Sit procul obtrectatio. Faceſſat inuidia. Nullum in ambitione ſit crimen. Ignoti ad ignotam ſcribimus, dumtaxat iuxta faciem corporalẽ. Alioquin interior homo, pulchre ſibi cognitꝰ eſt, illa notitia qua & Paulus apoſtolus Coloſſenſes multoſq; credentium nouerat: quos ante nõ uiderat. Quantũ ſit apud me meritũ, imo miraculũ uirginis noſtræ: hinc poteſt æſtimari: quod occupatus in explanatiõe templi Hieçechielis: quod opus in omnibus ſcripturis ſanctis, uel difficillimũ eſt: &
D in ea parte delubri, in qua ſancta ſanctorũ & thymiamatis altare deſcribit: malui parũper uti hoc diuerticulo: ut de altari tranſirem ad altare: & hoſtiam uiuam, placentem deo, ac ſine ulla macula: æternæ pudicitiæ conſecrarem. Scio quod ad imprecationẽ pontificis, flammeum uirginale, ſanctum operuit caput. Et illud apoſtolicæ uocis inſigne, celebratum ſit: Volo autẽ uos omnes uirginẽ caſtam exhibere Chriſto. Quando aſtitit regina a dextris eius, in ueſtitu deaurato, circũdata uarietate. Qua ueſte polymita, & multarũ uirtutũ diuerſitate contexta, indutus fuit & Ioſeph: & regum quondã utebantur filiæ. Vnde & ipſa ſponſa lætatur ac dicit: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Sodaliumq; reſpondet chorus: Omnis gloria filiæ regis intrinſecus. Sed & noſtra oratio, dabit aliquid emolumenti. Equorũ curſus, fauore pernicior fit. Pugilum fortitudo, clamoribus incitatur: paratas ad prælium acies, ſtrictoſq; mucrones, ſermo imperatoris accendit. Igitur & in opere præſenti, auia quidem materq; plantauerunt: ſed & nos rigabimus, & dñs incrementũ dabit. Rhetorũ diſciplina eſt, ab auis & atauis, & omni retro nobilitate, ornare quẽ laudant: ut ramorum ſterilitatẽ, radix fœcunda cõpenſet: & quod in fructu nõ teneas, mireris in trunco. Scilicet nunc mihi Proborum & Olibriorum clara repetenda ſunt nomina: Et illuſtris Anitij ſanguinis genus: in quo aut nullus aut rarus eſt, qui non meruerit conſulatũ. Aut proferendus Olibrius uirginis noſtræ pater: quẽ immatura morte ſubtractũ, Roma cõgemuit. Vereor plura dicere, ne ſanctæ matris uulnus exaſperẽ: & uirtutũ eiꝰ recordatio, fiat doloris inſtauratio. Pius filius, uir amabilis, dæmẽs dñs, ciuis affabilis, cõſul qui dẽ in pueritia: ſed morũ bonitate ſenator illuſtrior. Felix morte ſua, q nõ uidit patriã corruẽtẽ. Imo felicior ſobole, q Demetriadis, pauiæ nobilitatẽ, inſignioré reddidit, Demetriadis filiæ ppetua caſtitate. Verũ qd ago? Oblitus, ppoſiti: dũ admiror iuuenẽ: laudaui aliqd bonorũ ſæculariũ: cũ in eo mihi uirgo magis noſtra laudãda ſit, qd' hæc uniuerſa cõtẽpſerit: qd' ſe nõ nobilẽ, nõ diuitijs ppollentẽ, ſed hoiem cogitarit. Incredibilis animi fortitudo, inter gẽmas & ſericũ: inter eunuchorũ & puellarũ cateruas, & adulationẽ ac miniſteria familiæ pſtrepẽtis, & exqſitas epulas, quas amplæ domus pbebat abundantia, appetiſſe eã ieiuniorũ laborẽ, aſperitatẽ ueſtiũ, uictus continentiã. Legerat eñ dñi uerba dicẽtis: Qui mollibus ueſtiuntur, in domib9

regum

A regũ sunt. Stupebat ad cõuersationẽ Heliæ & Iohãnis Baptistæ: q̃rũ uterq; çona pellicea astrinxit & mortificauit lumbos suos: alter uenisse narratur in spũ & uirtute Heliæ, præcursor dñi, in utero ꝓphetans parẽtis: & ante diẽ iudicij, iudicis uoce laudatus. Annæ filiæ Phanuelis miraba' ardorẽ: q̃ oratiõib⁹ atq; ieiunijs usq; ad ultimã senectutẽ in tẽplo dño seruiebat. Quatuor uirginũ filiarũ Philippi desyderabat chorũ: & unã se illarũ esse cupiebat: quæ pudicitia uirginali, prophetiæ gratiã cõsecutæ sunt. His & huiuscemodi cogitationib⁹, pascebat animũ: nihil ita metuẽs, q̃ auiã matrẽq; offendere. Quarũ cũ incitaretur exẽplo: uoluntate & studijs terreba': nõ quo displiceret eis sanctũ ꝓpositũ: sed qd' ꝓ rei magnitudine, optare id & appetere nõ auderet. Aestuabat Christi tyruncula. Oderat ornatũ suum: & cũ Hester loquebatur ad dñm: Tu nosti qd' oderim insigne capitis mei, hoc est, diadema quo utebat' q̃si regina, & tantæ ducã immũdiciæ, uelut pannũ menstruatæ. Aiunt sanctæ & nobiles fœminæ: quæ eã uidere, quæ norunt: quas de littore Galliarũ, ad habitationẽ sanctorũ locorũ, hostiũ per Africã cõpulit sæua tẽpestas: noctibus & secreto, cõscijs tantũ uirginib⁹ dei: quæ in matris & auiæ comitatu erãt: nũq; eã linteamine, nũq; plumarũ usam mollicie: sed ciliciolũ in nuda humo habuisse ꝓ stratu: iugibus faciẽ rigasse lachrymis: saluatoris mẽte genubus aduolutã, ut suũ reciperet ꝓpositum: ut impleret desyderiũ: ut auiæ animũ matrisq; molliret. Quid ultra differo? Cũ iã nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absq; arbitris, noctẽq; habẽs ꝓ solatio: talib⁹ se fertur armasse cõsilijs. Quid agis Demetrias? Cur pudicitiã tãto pauore defendis? Libertate opus est & audacia. Quæ sic in pace metuis: qd faceres in martyrio ꝓpetrando? Quæ tuorũ uultũ ferre nõ potes: quõ sustineres tribunalia ꝓsecutorũ? Si te uirorũ exẽpla nõ ꝓuocãt: hortet' faciatq; securã, beata martyr Agnes: quæ & ætatẽ uicit & tyrannũ: & titulũ castitatis, martyrio cõsecrauit. Nescis misera, nescis cui uirginitatẽ tuã debeas. Dudũ inter barbaras tremuisti manus, auiæ matrisq; sinu, & pallijs tegebaris. Vidisti te captiuã, & pudicitiã
B tuã, nõ tuæ potestatis. Horruisti truces hostiũ uultus: raptas uirgines dei, gemitu tacito cõspexisti. Vrbs tua quondã orbis caput, Romani populi sepulchrũ est: & tu in Libyco littore, exulem uirũ, exul ipa accipies? Quã habitura ꝓnubã? quo deducẽda comitatu? Stridor Punicæ linguæ, procacia tibi Fescẽnina cãtabit. Rumpe mores oẽs. Perfecta dei dilectio, foras mittit timorẽ. Assume scutũ fidei, loricã iusticiæ, galeã salutis, ꝓcede ad præliũ. Habet & pudicitia seruata martyriũ suũ. Quid metuis auiã? qd formidas parentẽ? Forsitan & ipæ uelint, qd' te uelle nõ credũt. His & alijs q̃ pluribus inflãmata stimulis: oẽm corporis cultũ, & habitũ sæcularẽ, quasi ꝓpositi sui impedimẽta proiecit. Preciosa monilia, & graues censibus uniones, ardẽtesq; gemmæ, reddunt' scrinijs: uili tunica induit', uiliori tegit' pallio: & insperata auiæ genub⁹ repẽte ꝓuoluit', flet tu tantum & planctibus quæ esset ostendit. Obstupuit sancta & grauis fœmina, alienũ habitũ in nepte cõspiciens. Mater gaudio stabat attonita. Vtraq; uerũ nõ credere, qd' uerũ esse cupiebat. Hæsit uox faucib⁹, & inter ruborẽ & pallorẽ metũq; atq; læticiã, cogitatiões uariæ nutabant. Succumbendũ est huic loco: neq; narrare aggrediar, quod dicẽdo minus faciã. Ad explicãdam incredibilis gaudij magnitudinẽ: & Tulliani fluuius siccaret' ingenij: & cõtortæ Demosthenis uibratæq; sentẽtiæ, tardius lãguidiusq; ferrẽtur. Quicqd potest cogitare animus: quicqd sermo potest explicare: illo in tempore factum est. Certatim in oscula neptis, & filiæ mater, & auiæ ruunt. Vbertim flere præ gaudio, iacentẽ manu attollere, amplexariq; trepidantẽ: Agnoscere in illius ꝓposito mentẽ suã: & gratulari, qd' nobilẽ familiã, uirgo uirginitate sua nobiliorẽ faceret. Inuenisse eã quod pstaret generi, quod Romanæ urbis cineres mitigaret. Iesu bone, quid illud in tota domo exultatiõis fuit? Quasi ex radice fœcunda, multæ simul uirgines pullularunt: exemplũq; patronæ & dominæ, secuta est clientũ turba atq; famularũ. Per oẽs domos feruebat uirginitatis ꝓfessio: quarũ cũ impar esset in carne cõditio, unũ erat premiũ castitatis. Parum loquor. Cũctæ p Africã ecclesiæ, quodã exultauere tripudio. Nõ solũ ad urbes, opida, uiculosq; sed ad ipsa quoq; magalia, celebris fama penetrauit. Oẽs inter Africã Italiãq; insulæ, hoc rumore cõpletæ sunt: & inoffenso pede, lõgius gaudia cucurrere. Tũc lugubres uestes Italia mutauit: & semiruta urbis romæ mœnia, pristinũ ex parte recepere fulgorẽ: ꝓpitiũ sibi existimãtes deũ, in alumnæ cõuersione ꝓfecta. Putares extinctã Gotthorũ manũ, & colluuiẽ ꝓfugarũ atq; seruo

C rũ dñi desup intonãtis fulmine cõcidisse. Nõ sic post Trebiã, Thrasymenũ & Cannas: in qbus locis, Romanorum exercituum cæsa sunt milia, Marcelli primum apud Nolam prelio, se populus Romanus erexit. Minori prius gaudio strata gallorũ agmina, auro redempta nobilitas, & seminarium Romani generis in arce cognouit. Penetrauit hic rumor orientis littora: & in mediterraneis quoq; urbibus, Christianæ gloriæ triumphus auditus est. Quæ uirginum Christi non huius se societate iactauit? Quæ mater nõ tuum Iuliana, beatum clamauit uterum? Incerta apud infideles sint premia futurorum. Plus interim recepisti uirgo, cẽ obtulisti. Quam spon sam hominis una tantum prouincia nouerat, uirginem Christi totus orbis audiuit. Solent miseri parentes, & non plenæ fidei Christiani, deformes & aliquo membro debiles filias: quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere. Tanti (ut dicitur) uitrum: quãti margaritum? Certe qui religiosiores sibi uidentur, paruo sumptu, & qui uix ad alimenta sufficiat, uirginibus dato: omnem censum in utroq; sexu, sæcularibus liberis largiuntur. Quod nuper in hac urbe diues quidam fecit presbyter: ut duas filias in proposito uirginali inopes relinqueret: & aliorũ ad omnẽ copiam filiorũ, luxuriæ atq; delitijs prouideret. Fecerũt hoc multæ (prohdolor) nostri propositi fœminæ: atq; utinam rarum esset exemplũ: quod quanto crebrius est: tanto istæ felicíores: quæ ne plurimarũ quidẽ exempla secutæ sunt. Fertur, & omniũ Christianorum laude celebratur: quicquid fuerat nuptijs præparatum, a sancta Christi Sinoride uirgini traditũ: ne spõso fieret iniuria: imo ut dotata pristinis opibus, ueniret ad sponsum: & quod in rebus mũdi periturum erat: domesticorum dei sustentaret inopiam. Quis hoc credat? Proba illa omnium dignitatũ, & cunctæ nobilitatis in orbe Romano nomen illustrius: cuius sanctitas & in uniuersos effusa bonitas, etiã apud barbaros uenerabilis fuit: quã triũ liberorũ, Probini, Olibrij, & Probi, nõ fatigarunt ordinarij cõsulatus: & cũ incẽsis direptisq; omnibus in urbe captiuitas sit, nunc habitas uenundare dicit̃ possessiões: & facere sibi amicos de iniquo mãmona, qui se recipiãt in æterna tabernacula, ut erubescat ois ecclesiastici ministerij gradus: & cassa noia monachorũ
D emere prædia, tãta nobilitate uendente. Vix barbarorũ effugerat manus: & auulsas de cõplexu suo uirgines fleuerat: cũ subito intolerabili, quod nũcẽq; timuerat, amantissimi filij orbitate percutitur: & quasi futura uirginis Christi auia, spe futurorum mortiferum uulnus excepit: probãs in se uerum esse, quod in lyrico carmine super iusti præconio dicitur. Si fractus illabatur orbis, Impauidum ferient ruinæ. Legimus in uolumine Iob: Adhuc isto loquente: uenit alius nuncius. Et in eodem: Tentatio: siue (ut melius habetur in hebraico) militia, est uita hominis super terram. Ad hoc enim laboramus, & in sæculi huius peridítamur militia: ut in futuro sæculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere, cum dominus ipse tentatus sit. Et de Abraham scriptura testatur: quod deus tentauerit eum. Quam ob causam, & Apostolus loquitur: Gaudentes in tribulatione, & scientes, quod tribulatio patientiam operatur: patientia, probationẽ: probatio, spem: spes autem non confundit. Et in alio loco: Quis nos separabit a charitate dei? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus, ut oues occisionis. Et Esaias huiuscemodi homines cohortat̃, dicens: Qui ablactati estis a lacte: qui auulsi ab ubere: tribulationẽ, sup tribulationẽ expectate: spem, sup spem. Non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã, quæ reuelabit̃ in nobis. Cur ísta replicauerim: sequẽs sermo mõstrabit. Quæ de medio mari fumantẽ uiderat patriã, & fragili cymbæ, salutẽ suã suorũq; cõmiserat: crudeliora inuenit Africæ littora. Excipit̃ em̃ ab eo quẽ nescias, utrũ auarior, an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter uinum, & preciũ: & q sub occasione partiũ dæmẽtissimi principis, sæuissimus omniũ extitit tyrannorũ: & (ut aliquid loquar de fabulis poetarum) quasi Orcus in tartaro, non tricipitẽ: sed multorũ capitum habuit Cerberũ: qui cuncta traheret ac laceraret. Hic matrũ gremijs abducere pactas: negociatoribus & auidissimis mortaliũ Syris, nobiliũ puellarum nuptias uendere: nõ pupillarum, nõ uiduarum, non uirginum Christi inopiæ parcere, magisq; man⁹ rogantiũ spectare cẽ uultus. Hãc ferã Charybdim, Scyllãq; succinctam multis canibus, fugiens barbaros matrona sustinuit: qui nec naufragijs parcerent, nec captiuitatibus flecterẽtur. Imitare crudelis saltem hostem Romani imperij. Brennus nostri tẽporis

A potis,tantum quod inuenerat tulit:tu quæris quod non inuenis. Et mirantur æmuli(uirtus em̃ ſemper inuidiæ patet)cur tantarum ſecum pudicitiam tacita proſcriptione mercata ſit: cum & ille partem dignatus ſit accipere,qui totum potuit auferre:& hæc quaſi comiti negare non auſa ſit:quæ ſe intelligebat ſub noīe priuatæ dignitatis tyrāno ſeruientē? Sentio me inimicorū patere morſibus, quod adulari uidear clariſſimæ & nobiliſſimæ fœminæ:q accuſare nō poterunt,ſi me ſcient hucuſq; tacuiſſe. Neq; em̃ laudaui in ea unq; antiquitatē generis:diuitiarum & potētiæ magnitudinē uiro uiuente uel mortuo:quæ alij forſitan mercēnaria oratione laudauerunt. Mihi ꝓpoſitum eſt ſtilo eccleſiaſtico laudare auiā uirginis meæ:& gratias agere,quod uoluntatem eius,ſua adiuuerit uoluntate. Alioquin cellula monaſterij,uilis cibus,ueſtiſq; contempta:& ætas uicina iam morti,breuiſq; tēporis uiaticū,carent omni aſſentatiōis infamia. Deniq; in reliquis partib9,oīs mihi ſermo ad uirginē diriget̃,& uirginē nobilē:& nobilē nō minus ſanctitate, q̄ genere:cuius quāto ſublimior aſcenſus eſt:tanto lapſus periculoſior. Vnū illud tibi nata deo:præq; omnibus unum. Prædicam,& repetens,iterū q;,iterumq; monebo,ut animū tuū ſacræ lectiōis amore occupes:nec in bona terra pectoris tui,ſementē lolij auenarūq; ſuſcipias: ne dormiente patrefamilias,qui eſt voūs,id eſt,animus deo ſemper adhærens:inimicus homo çiçania ſuperſeminet:ſed ſemper loquaris:In noctibus quæſiui quem dilexit anima mea,ubi paſcis,ubi cubas in meridie? Et,inhæſit poſt te anima mea:me ſuſcepit dextera tua. Illudq; Hieremiæ:Non laboraui ſequens te:neq; em̃ eſt dolor in Iacob,nec labor in Iſrael. Quādo eras in ſæculo,ea quæ erant ſæculi diligebas. Polire faciem purpuriſſo:& ceruſſa ora depingere, ornare crinem,& alienis capillis turritum uerticē ſtruere. Vt taceam de inauriū preciſs,cādore margaritarum,rubri maris profunda teſtantiū,ſmaragdorū uirore,cerauniorū flāmis,hiacynthorum pelago:ad quæ ardent & inſaniunt ſtudia matronarū. Nunc autē quia ſæculū reliquiſti:& ſecūdo poſt baptiſmum gradu,iniſti pactum cum aduerſario tuo,dicens ei:Renuncio tibi diabo-
B le & ſæculo tuo,& pompæ tuæ,& opibus tuis:Serua fœdus quod pepigiſti:& eſto conſentiens, pactumq; cuſtodiens cū aduerſario tuo,dum es in uia huius ſæculi:ne forte tradat te iudici: & te de ſuo aliquid uſurpaſſe conuincat:tradariſq; miniſtro:qui ipſe eſt,& inimicus & uindex:& mittaris in carcerem,& in tenebras exteriores:quæ quanto a Chriſto uero lumine ſeparamur: tāto nos maiori horrore circūdant:& nō inde exeas,niſi ſoluas nouiſſimū quadrantē,id eſt,minimū q̄dq; delictū: quia & ꝑ ocioſo uerbo reddituri ſum9 rationē in die iudicij. Hæc dicta ſint, nō infauſto cōtra te uaticinio:ſed pauidi cautiq; monitoris officio:ea quoq; in te,quæ tuta ſunt formidātis. Si ſpūs,inquit,poteſtatē habentis aſcēderit ſup̄ te,locum tuum ne dimiſeris. Quaſi in procinctu,& in acie ſtamus ſemp̄ ad pugnā. Vult nos loco mouere hoſtis, & de gradu decedere:ſed ſolidanda ueſtigia ſunt,& dicendū:Statuit ſupra petrā pedes meos,& petra refugiū leporib9. Pro quo multi Herinacios legūt,animal paruū,& fugax, & ſpinarū ſentib9 p̄grauatū. Sed ideo Ieſus ſpinis coronatus eſt,& noſtra delicta portauit,& pro nobis doluit:ut de ſentib9 & tribulationibus fœminarū, ad quas dicitur:In anxietatibus,& doloribus paries mulier:& ad uirū cōuerſio tua,& ipſe tui dñabitur:roſa uirginitatis,& lilia caſtitatis naſcerent̃. Vnde & ſpōſus paſcitur inter lilia,& inter eos qui ueſtimēta ſua nō coinquinauerunt:uirgines em̃ permanſerunt,audieruntq; præceptum: Candida ſint ſemper ueſtimenta tua:& quaſi auctor uirginitatis & princeps,loquitur confidenter.Ego flos campi,& lilium conuallium. Petra igitur leporum eſt,qui in perſecutionibus fugiunt de ciuitate in ciuitatem: Nec timent illud propheticū: Perij t fuga a me. Montes autē excelſi ceruis:quorū colubri cibus ſunt:quos educit puer paruulus de foramine,quādo pardus & hædus reqeſcunt ſimul:& bos & leo comedunt paleas:ut nequaq̄ bos diſcat feritatem:ſed leo doceat̃ manſuetudinem. Reuertamur ad propoſitū teſtimonium. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te:locum tuum ne dimiſeris. Poſt quod ſequitur: Quia curatio quieſcere facit peccata maxima. Qui uerſiculus hunc habet ſenſum. Si in cogitationes tuas coluber aſcenderit,omni cuſtodia ſerua cor tuum. Et cum Dauid canito: Ab occultis meis munda me domine:& ab alienis parce ſeruo tuo: & ad peccatū maximū quod opere perpetratur,nequaquam peruenies:ſed incentiua uitiorum ſtatim in mente iugulabis:& paruulos Babylonis allides ad petram:in qua ſerpentis ueſtigia non reperiuntur: cauteq; domi-

C no promittes: Si mei non fuerint dominati: tunc immaculatus ero,& emundabor a delicto maximo. Hoc est qđ alibi scriptura testat: Peccata patrũ reddã in filios,in tertiã & quartã generationẽ:ut cogitationes nostras mẽtisq; decretũ,nõ statim puniat,sed reddat in posteris,id est, in malis operib9,& in delictorũ pseuerãtia:quoniã p Amos loqtur: Sup tribus & q̃tuor impietatibus illius,& illius ciuitatis,nõne auersabor eã? Hæc cursim quasi de prato pulcherrimo sanctaꝝ scripturaꝝ,paruos flores carpsisse sufficiat,p cõmonitiõe tui:ut & claudas cubiculũ pectoris:& crebro signaculo crucis munias frontem tuã:ne exterminator Aegypti in te locũ reperiat: sed primogenita,quæ apud Aegyptios pereũt,in tua mẽte saluent:& dicas cũ ppheta: Paratũ cor meũ deus,paratũ cor meũ:cãtabo & psallã. Exurge gloria mea,exurge psalteriũ & cithara. Quã assumere iubetur & Tyrus,multis peccatoꝝ cõfossa uulneribus:ut agat pœnitentiã,& maculas pristinæ fœditatis, cũ Petro amaris lachrymis abluat. Verũ nos ignorem9 pœnitentiã,ne facile peccemus. Illa quasi secũda post naufragiũ miseris tabula sit:in uirgine integra seruet nauis. Aliud est quærere qđ pdideris:aliud est possidere qđ nũq; amiseris. Vnde & Aplus castigabat corpus suũ,& in seruitutẽ redigebat:ne alĩs p̃dicãs, ipse reprob9 inueniret:corporisq;,ex persona generis humani inflãmatus ardorib9,loquebat: Miser ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Et iterũ: Scio qa nõ habitat in me,hoc est,in carne mea,bonũ: Velle em̃ adiacet mihi:ut faciã aũt bonũ,nequaq̃. Neq; em̃ qđ uolo bonũ:sed qđ nolo malũ,hoc facio. Et denuo: Qui in carne sunt,deo placere nõ possũt. Vos aũt nõ estis in carne,sed in spũ: si tamẽ spũs dei habitat in uobis. Post cogitationũ diligẽtissimã cautionẽ,ieiunioꝝ tibi arma sumẽda sunt: & canẽdũ cũ Dauid: Hũiliaui in ieiunio aiam meã. Et,cinerẽ tãq; panẽ mãducaui. Et,cũ molesti erãt mihi, induebar cilicio. Eua p cibũ eiecta est de paradiso. Helias q̃draginta dieꝝ exercitat9 ieiunio,igneo curru rapit in cœlũ. Moyses q̃draginta dieb9 ac noctib9,familiaritate & sermone dei pascit:in se uerissimũ pbãs qđ dicit: Nõ in solo pane uiuit hõ:sed in oĩ uerbo qđ pcedit
D de ore dei. Saluator generis humani,q uirtutũ & cõuersatiõis suæ nobis reliqt exẽplũ:post baptismũ statim assumit a spũ:ut pugnet cõtra diabolũ,& oppssum atq; cõtritũ,tradat discipulis cõculcandũ. Vñ & Aplus loqtur: Deꝰ aũt cõteret satanã sub pedib9 nostris uelociter. Et tamẽ hostis antiqu9 post q̃draginta dieꝝ ieiuniũ,p cibũ molit insidias,& dicit: Si filius dei es:dic ut lapides isti panes fiant. In lege,mẽse septimo post clangorẽ tubaꝝ decimo die mẽsis:toti9 gẽtis Hebreæ ieiuniũ est:& exterminat illa ania de populo suo,quæ saturitatẽ p̃tulerit cõtinẽtiæ. In Iob scriptũ est de dracone: Virtus eius in lumbis ei9,& fortitudo illius sup umbilicũ uẽtris eius. Aduersum iuuenes & puellas,ætatis ardore hostis noster abutit,& inflãmat rotam natiuitatis nostræ:& implet illud Oseæ: Oẽs adulterantes,quasi clibanus corda eorum:quæ dei misericordia, & ieiuniorũ rigore restinguũt. Hæc sunt ignita diaboli iacula:quæ simul & uulnerãt & inflammãt:& a rege babylonio,tribus pueris præparant:q succẽdit fornacẽ quadragintanouẽ cubitorũ,habẽs & ipe septẽ hebdomadas ad p̃ditionẽ:quas dñs obseruari iusserat ad salutẽ. Sed quo modo ibi quart9 speciẽ habẽs quasi filĩ hoĩs,ĩmẽsos mitigauit ardores:& inter camini æstuantis incendiũ docuit flãmas calorẽ amittere:& aliud oculis cõminari,aliud p̃bere tactui: sic & in animo uirginali,rore cœlesti & ieiuniorũ rigore,calor puellaris extinguit:& in humano corpe, angelorũ impetrat cõuersatio. Quã obrẽ & uas electiõis de uirginib9 se dicit dñi nõ habere p̃ceptũ:qa cõtra naturã,imo ultra naturã est,non exercere qđ nata sis:interficere in te radicẽ tuã:& sola uirginitatis poma decerpere:nescire thorũ,oẽm uirorũ horrere cõtactũ, & in corpe uiuere sine corpe. // Neq; uero immoderata tibi imperam9 ieiunia:& enormẽ ciboꝝ abstinẽtiã, qbus statim corpora delicata frangunt:& ante ægrotare incipiũt,q̃ sanctæ cõuersatiõis iacere funda mẽta! Philosophoꝝ quoq; sentẽtia est μεσότητας ἀρετὰς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι, qđ latinus ita põt sermo resonare, moderatas esse uirtutes:excedẽtes modũ atq; mẽsurã, inter uitia deputari. Vñ & unus de septẽ sapientibus μηδὲν ἄγαν, id est,ne qd(ait)nimis. Quod tam celebre factũ est:ut comico quoq; uersu expressum sit. Sic debes ieiunare,ut non palpites,& respirare uix possis: & comitum tuarum,uel porteris,uel traharis manibus:sed ut fracto corporis appetitu,nec in lectione,nec in psalmis,nec in uigilĩs solito quid minus facias. Ieiunium non perfecta uirtus: sed cæterarum uirtutum fundamentũ est,& sanctificatio atq; pudicitia:sine qua nemo uidebit deum.

Gradus

A Gradus præbet ād ſumma ſcandētibus:nec tamē ſi ſola fuerit,uirginē poterit coronare. Lega/
mus euāgeliū ſapientiū & ſtultarū uirginū:quarū aliæ cubiculū ſponſi ingrediunt̄:aliæ bonor̄
operū oleū nō habētes,extinctis lampadibus excludunt̄. Latus eſt ſup̄ ieiunijs campus:in quo
& nos ſæpe cucurrimus,& multorū ꝓphetarū libri:ad quorū te mittimus lectionē,ut diſcas
qd boni habeat cōtinētia:& qd ecōtrario mali,ſaturitas. ¶ Imitare ſpōſum tuū. Eſto auiæ ma/
triq; ſubiecta. Nullū uirorū & maxime iuuenū,niſi cū illis uideas. Nullū ſcias,quē illi neſciāt. Sæ
cularis quoq; ſentētia eſt. Eadē uelle,& eadē nolle,ea demū firma amicitia eſt. Vt appeteres uir
ginitatē:ut Chriſti p̄cepta cognoſceres:ut ſcires qd tibi expediret,qd deligere deberes: illarū te
exēpla docuerūt:ſancta domi inſtruxit cōuerſatio. Nō igit̄ ſolū putes tuū eſſe qd̄ tuū eſt:ſed ea
rū,quæ ſuā in te exp̄ſſere pudicitiā: & honorabiliū nuptiarū,cubiliſq; immaculati p̄cioſiſſimū,
germinauere te florē:q ꝓfectos afferet fructus,ſi humiliaueris te,ſub potēti manu dei:& ſcriptū
ſemp memineris: Superbis deus reſiſtit,humilibus aūt dat gratiā. Vbi aūt gratia:nō operū re/
tributio:ſed donātis eſt largitas:ut impleat̄ dictū Apl̄i: Nō eſt uolētis,neq; currētis:ſed dei mi/
ſerētis. Et tamē uelle & nolle noſtrū eſt:ipſumq; qd̄ noſtr̄ eſt;ſine dei miſeratiōe noſtrū nō eſt.
Eunuchorū quoq; tibi & puellarū ac ſeruulorū mores,magis eligātur c̄ꝑ uultuū elegantia:quia
in oīi ſexu & ætate & truncatorū corporū uiolēta pudicitia:animi cōſyderādi ſūt:q amputari,
niſi Chriſti timore nō p̄nt. Scurrilitas atq; laſciuia,te p̄ſente,nō habeat locū. Nūc̄ꝑ uerbū inho
neſtū audias:aut ſi audieris,nō ineſceris. Perditæ mētes hominū,uno frequēter leuiq; ſermone,
tētāt clauſtra pudicitiæ. Ridere & rideri,ſæcularib9 derelinque. Grauitas tuā p̄ſonā decet. Cato/
nē quoq;(illū dico Cēſoriū)& ueſtræ quōdā urbis principē:q extrema ætate græcas litteras, nec
erubuit cenſor,nec deſperauit ſenex diſcere. Et M. Craſſum ſemel in uita, ſcribit riſiſſe Lucilius.
Fuerit illa affectata ſeueritas, & gloriā quærēs aurāq; popularē:nos affectus & perturbatiōes,
c̄ꝑdiu in tabernaculo corporis huius habitamus,& fragili carne circūdamur:moderari & regere
poſſumus:amputare nō poſſumus. Vnde & pſalmiſta dicit: Iraſcimini, & nolite peccare. Quod
B Apl̄us ediſſerēs. Sol, inqt,nō occidat ſup̄ iracūdiā ueſtrā:quia & iraſci hoīs eſt, & finē iracūdiæ
imponere Chriſtiani. ¶ Superfluū reor te monere cōtra auariciā: cū generis tui ſit, & habere
& calcare diuitias:& Apl̄us doceat auariciā eſſe idolorū cultū:dīſq; reſpondeat ſciſcitāti: Magi
ſter bone,qd boni faciens,uitā æternā poſſidebo? Si uis eſſe p̄fectus,uade uende oīa quæ ha/
bes,& da pauperib9,& habebis theſaurū in cœlis:& ueni ſequere me. Apoſtolici faſtigij eſt p̄fe/
ctæq; uirtutis,uendere oīa, & pauperibus diſtribuere:& ſic leuē atq; expeditū,cū Chriſto ad
cœleſtia ſubuolare. Nobis, imo tibi,diligēs credita eſt diſpēſatio:c̄ꝑ c̄ꝑ in hoc,omni ætati oīiq;
perſonæ, libertas arbitrij relicta ſit. Si uis,inquit,eſſe p̄fectus: Nō cogo,nō impero,ſed ꝓpono
palmā,oſtēdo præmia:tuū eſt eligere,ſi uolueris in agone atq; certamine coronari. Et cōſydere
mus c̄ꝑ ſapienter ſapientia ſit locuta: Vende quæ habes. Cui iſta præcipiuntur? Nempe illi,cui
dictū eſt: Si uis eſſe p̄fectus. Nō partē bonorū tuorū uende:ſed oīa. Cūq; uendideris,quid ſe
quitur? Et da pauperibus. Nō diuitibus,non propinquis,nō ad luxuriā,ſed ad neceſſitatē. Siue
ille ſacerdos ſit, ſiue cognatus & affinis, nihil in illo aliud cōſyderes, quā paupertatē. Laudēt te
eſuriētiū uiſcera:nō ructantiū opulēta cōuiuia. In actib9 apoſtolorū:quādo dīni noſtri adhuc ca
lebat cruor,& feruebat recens in credentibus fides:uendebant oēs poſſeſſiōes ſuas,& precia ea/
rum ad apoſtolorū deferebant pedes:ut oſtenderent pecunias eſſe calcandas:dabaturq; ſingu/
lis,p ut cuiq; opus erat. Ananias & Saphyra diſpenſatores timidi,imo corde duplici:& ideo cō
demnati:quia poſt uotum obtulerunt quaſi ſua:& non eius,cui ſemel ea uouerant:partēq; ſibi
alienæ ſubſtantiæ reſeruauerūt,metuentes famem:quā uera fides non timet:præſentem merue
re uindictā: nō crudelitate ſententiæ,ſed correptiōis exemplo. Denicq; & Apoſtolus Petrus ne/
quaq; imprecatur eis mortem:ut ſtultus Porphyrius calumniatur:ſed dei iudicium prophetico
ſpū annunciat:ut pœna duorum hominū,ſit doctrina multorum. Ex eo tempore quo uirgini/
tati ꝓpetuæ cōſecrata es:tua,non tua ſunt:imo uere tua:qa Chriſti eſſe cœperūt:quæ auia uiuēte
uel matre,ipſarum arbitrio diſpēſanda ſunt. Si nautē obierint & ſomno ſanctorū requieuerint,
(ſcio em̄ & hoc illas optare,ut te habeāt ſupſtitē)cum ætas maturior fuerit:& uoluntas grauior:
firmiorq; ſentētia,facies qd̄ tibi uiſum fuerit:imo qd̄ dīns imperat:ſcitura nihil te habiturā: niſi
qd̄ in bonis operib9 erogaueris. Alij ædificent eccleſias,ueſtiant parietes marmorū cruſtis, co/

lumnarum

C lumnarum moles aduehant:earumq; deaurent capita: precioſum ornatum non ſentientia: ebore argentoq; ualuas,& gemmis aurata diſtinguant altaria. Non reprehendo, non abnuo. Vnuſquiſq; in ſenſu ſuo abundet. Meliuſq; eſt hoc facere,q̄ repoſitis opibus incubare. Sed tibi aliud propoſitum eſt. Chriſtum ueſtire in pauperibus, uiſitare in languentibus, paſcere in eſurientibus,ſuſcipere in his qui tecto indigent,& maxime in domeſticis fidei,uirginum alere monaſteria:ſeruorum dei,& pauperum ſpiritu,habere curā:qui diebus & noctibus ſeruiunt domino tuo:qui in terra poſiti,imitantur angelorum conuerſationem,& nihil aliud loquunt̄, niſi quod ad laudes dei pertinet:habenteſq; uictum & ueſtitum,his gaudent diuitijs:qui plus habere nolunt,ſi tamen ſeruant propoſitum. Alioquin ſi amplius deſyderant:his quoq; quæ neceſſaria ſunt,probantur indigni. Hæc ad uirginem diuitem,& uirginem nobilem ſum locutus. ¶ Nunc tantum ad uirginem loquar, id eſt, non ea quæ extra te, ſed in te ſunt conſyderans. Præter pſalmorum & orationis ordinem :quod tibi hora tertia,ſexta, nona,ad ueſperū, media nocte & mane ſemp eſt exercendū:ſtatue quot horis ſanctā ſcripturā ediſcere debeas: quanto tempore legere,nō ad laborem:ſed ad delectationem & inſtructionem animæ. Cūq; hæc finieris ſpatia,& frequenter te ad figenda genua, ſollicitudo animæ ſuſcitauerit:habeto lanam ſemper in manibus,uel ſtaminis pollice fila deducito,uel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa uertantur: aliarumq; neta, aut in globum collige, aut texenda compone. Quæ texta ſunt,inſpice:quæ errata,reprehende:quæ facienda,conſtitue. Si tantis operum uarietatibus fueris occupata:nunq̄ dies tibi longi erunt:ſed q̄uis æſtiuis tendantur ſolibus, breues uidebuntur, in quibus aliquid operis prætermiſſum eſt. Hæc obſeruans, & teipſam ſaluabis,& alias,& eris magiſtra ſanctæ conuerſationis:multarūq; caſtitatē,lucrum tuū facies,ſcriptura dicente. In deſyderijs eſt omnis anima ocioſi. Nec idcirco tibi ab opere ceſſandum eſt,quia deo propitio nulla re indiges:ſed ideo cū oībus laborandū eſt:ut per occaſionē operis,nihil aliud cogites,niſi quod ad dñi pertinet ſeruitutem. Simpliciter loquar. Quāuis omnē cenſum tuū in pauperes diſtribuas, nihil apud Chriſtum erit precioſius: niſi quod manibus tuis, ipſa con-
D feceris,uel in uſus proprios,uel in exemplū uirginū cæterarum,uel quod auiæ matriq; offeras, maiora ab eis in refectionem pauperū precia receptura. ¶ Pene prætereūj,quod uel præcipuū eſt. Dum eſſes paruula,& ſanctæ ac beatæ memoriæ Anaſtaſius epiſcopus Romanā regeret eccleſiam:de orientis partibus hæreticorū ſæua tempeſtas,ſimplicitatem fidei:quæ apoſtoli uoce laudata eſt,polluere & labefactare conata eſt. Sed uir ditiſſimæ paupertatis & apoſtolicæ ſollicitudinis,ſtatim noxium pculit caput:& ſibilantia hydræ ora compeſcuit. Et quia uereor, imo rumore cognoui,in quibuſdā adhuc uiuere & pullulare uenenata plantaria:illud te pio charitatis affectu,præmonendā puto:ut ſancti Innocētij:qui apoſtolicæ cathedræ,& ſupradicti uiri ſucceſſor & filius eſt,teneas fidē :nec peregrinā,q̄uis tibi prudēs callida q; uidearis,doctrinā recipias. Solēt em̄ huiuſcemodi per angulos muſſitare :& quaſi iuſticiā dei querere. Cur illa anima in illa eſt nata prouincia? Quid cauſæ extitit:ut alij de Chriſtianis naſcantur parētibus:alij inter feras & ſæuiſſimas natiōes,ubi nulla dei noticia eſt? Cūq; hoc quaſi ſcorpionis ictu ſimplices quoſq; percuſſerint:& fiſtulato uulnere,locū ſibi fecerint,uenena diffundunt. Putaſne fruſtra infans paruulus: & qui uix matrem riſu, & uultus hilaritate cognoſcat: qui nec boni aliquid fecit nec mali,dæmone corripitur,morbo opprimit̄ regio:& ea ſuſtinet,quæ uidemus impios hoīes nō ſuſtinere,& ſuſtinere deo ſeruiētes? Sinaūt iudicia ſunt (inquiūt) dñi uera,iuſtificata in ſemetipſis,& nihil apud deū iniuſtū eſt:ipſa ratione compellimur: ut credamus animas fuiſſe in cœleſtibus:& propter quædā antiqua peccata damnatas in corporibus humanis: & ut ita loquamur,ſepultas,noſq; in ualle lachrymarū pœnas luere ueterū peccatorū. Vnde &,pphe ta dicit:Priuſq̄ humiliarer ego peccaui. Et,educ de carcere animā meā. Et,iſte peccauit,ut cæcus ex utero naſceretur:an parētes eius? & cætera his ſimilia. Hæc impia & ſcelerata doctrina olim in Aegypto & orientis partibus uerſabatur:& nūc abſcondite,quaſi in foueis uiperarum apud plæroſq; uerſat̄:illarūq; partiū polluit puritatē:& quaſi hæreditario malo, ſerpit in paucis: ut perueniat ad plurimos: Quā certus ſum, quod ſi audieris non recipias. Habes enim apud deū magiſtras:quarū fides norma doctrinæ eſt. Intelligis quid loquar. Dabit em̄ tibi dē in oībus intellectū. Nec ſtatim aduerſum ſæuiſſimā hæreſim,& mīto his neqora quæ dixi,rīſionē hoīs

flagitabis

A flagitabis:ne non tam prohibuisse uidear,q̄ cōmonuisse:cū præsentis operis sit instruere uirgi
nē,nō hæreticis respōdere. Cæterū oēs fraudulētias eorum: & cuniculos quibus nituntur sub/
uertere ueritatem,in alio opere deo adiuuante, subuertimus: quod si uolueris,prompte liben/
terq; mittemus: Vltroneas enim,aiunt, putere merces:& precia facilitate decrescunt: quæ semp
in raritate maiora sunt. Solet inter plæroscq; esse certamen:utrum solitaria,an cum multis uita
melior sit:quarū prior præfertur quidē secundæ:sed si in uiris,periculosa est:ne abstracti ab ho
minum frequentia, sordidis & impijs cogitationibus pateant:& pleni arrogantiæ & supercilij,
cunctos despiciant:armentq; linguas suas,uel dericis, uel alijs monachis detrahendo: de qbus
rectissime dicitur: Filij hominū,dentes eorum arma & sagittæ:& lingua eorum gladius acutus:
quantomagis in fœminis:quarum mutabilis fluctuanscq; sententia:si suo arbitrio relinquatur,
cito ad deteriora delabit? ¶ Noui ego in utroq; sexu,per nimiā abstinentiam,cerebri sanitatē,
quibusdam fuisse uexatam. Præcipueq; in his, qui in humectis & frigidis habitauerunt cellu/
lis:ita ut nescirent quid agerent,quoue se uerterent:quid loqui,quid tacere deberent. Certe si ru
des sæcularium litterarum,de tractatibus hominū disertorum quippiam legerint: uerbositatē
solam discunt,absq; noticia scripturarum:& iuxta uetus elogium:cum loqui nesciant, tacere nō
possunt:docentq; scripturas quas non intelligunt:& cum alijs persuaserint:eruditorū sibi assu/
munt supercilium:prius imperitorū magistri,q̄ doctorum discipuli. Bonum est igitur obedire
maioribus,parere perfectis:& post regulas scripturarum,uitæ suæ tramitem,ab alijs discere:nec
præceptore uti pessimo,scilicet præsumptione sua. De talibus fœminis & Apostolus loquitur:
Quæ circūferuntur omni uento doctrinæ:semper discentes,& nūq̄ ad scientiā ueritatis perue
nientes. Matronarū, maritis ac sæculo seruientiū,tibi cōsortia dedinentur:ne sollicitetur anim⁹
& audias,quid uel maritus uxori,uel uxor locuta sit uiro. Venenatæ sunt huiuscemodi confabu
lationes. Super quarum damnatione,sæcularem uersum assumens Apostolus, fecit eccdesiasti/
B cum. Corrumpunt mores bonos,confabulationes pessimæ. Cuius Iambici metrum,dum uer/
bum seruat ex uerbo,nequaq̄ expressit latina trāslatio. Graues fœminæ, & maximæ uiduæ,ac
uirgines,tibi comites eligantur:quarum probata est conuersatio: sermo moderatus:sancta ue/
recundia. Fuge lasciuiam puellarū:quæ ornant capita,crines a fronte demittunt,cutem poliūt,
untuntur pigmentis,astrictas habent manicas,uestimenta sine ruga,soccoscq; crispantes: ut sub
nomine uirginali,uendibilius pereant. Mores em̄ & studia dominarū,plærūq; ex ancillarū &
comitū moribus iudicantur. Illa tibi sit pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias: quæ se
nescit esse pulchram :quæ negligit formæ bonū:& procedens ad publicum,non pectus & colla
denudat:nec pallio reuoluto ceruicem aperit:sed quæ celat faciem:& uix uno oculo,qui uiæ ne/
cessarius est patente,ingreditur. Dubito an loquar:sed uelim nolim,quia crebro fit,dicendum
est:non quo hæc in te timere debeam:quæ ista forsitan nescias,nec unq̄ audieris: sed quo per
occasionem tui,cæteræ præmonendæ sint. Cincinnatulos pueros & calamistratos:& peregrini
muris olentes pelliculas:de quibus illud Arbitri est:Non bene olet,qui bene semper olet: qua/
si quasdam pestes,& uenena pudicitiæ uirgo deuitet:ut taceam de cæteris,quarum importuna
uisitatio,& se infamat & alias:ut etiā si nihil mali perpetretur:tamē hoc sit uel maximū malum,
frustra patere maledictis & morsibus ethnicorū. Nec hoc de omnibus dicimus:sed de his quos
ecclesia ipsa reprehendit:quos interdū abijcit:in quos nōnunq̄ episcoporū & presbyterorū cē/
sura desæuit:ut prope periculosius sit lasciuis puellis ad loca religionis, q̄ ad publicū procede/
re. Quæ uiuunt in monasterio:& quarū simul magnus est numerus:nunq̄ solæ,nūq̄ sine ma/
tre procedant. De agmine columbarum,crebro accipiter unam separat:quā statim inuadat &
laceret: cuius carnibus & cruore saturetur. Morbidæ oues, suū relinquunt gregem: & luporum
faucibus deuorantur. Scio ego sanctas uirgines,quæ diebus festis,propter frequentiam popu/
lorum,pedem domi cohibent:nec tunc egrediuntur,quando maior est adhibenda custodia: &
publicum penitus deuitandum. Ante annos circiter triginta,de uirginitate seruanda ædidi li/
brum:in quo necesse fuit mihi ire contra uitia:& propter instructionem uirginis,quam mone/
bam,diaboli insidias patefacere. Qui sermo offendit plurimos,dum unusquisq; in se intelligēs
quod dicebat:nō quasi monitorē libēter audiuit:sed quasi criminatorē sui operis auersat⁹ est.

Verūtamen

C Verũtamen quid profuit armasse exercitum reclamantium,& uulnus conscientiæ dolore mõ/ A
strasse? Liber manet,homines præterierũt. Scripsi ad plæras q; uirgines ac uiduas σπουδάσματα,
& qcquicd dici poterat,in illis opusculis defloratũ est:ut aut supfluo eadem a nobis repetant:
aut nunc prætermissa,plurimũ noceant. Certe & beatus Cyprianus,egregium de uirginitate
uolumen ædidit:& multi alij,tam latino sermone q; græco. Omniumq; gentium litteris atq;
linguis,in ecclesijs Agnes uita laudata est. Sed hoc ad eas pertineat:,quæ necdum elegerunt
uirginitatem:& exhortatione indigent:ut sciant quale sit, quod eligere debeant. Nobis ele/
cta seruanda sunt:& quasi inter scorpiones & colubros incedendũ:ut accinctis lumbis, calcia/
tis pedibus,& apprehensis manu baculis,iter per insidias huius sæculi,& inter uenena faciam9:
ut possimus ad dulces Iordanis peruenire aquas,& terram repromissiõis intrare:& ad domũ
dei ascendere:ac dicere cum propheta:Domine,dilexi decorem domus tuæ,& locũ habitatio/
nis gloriæ tuæ. Et illud: Vnam petij a domino,hanc requiram:ut inhabitem in domo domini,
omnibus diebus uitæ meæ. Felix illa conscientia & beata uirginitas:in cuius corde,præter amo
rem Christi: qui est sapientia,castitas,patientia atq; iusticia,cæteræq; uirtutes,nullus alius uer/
satur amor:nec ad recordationem hominis,aliquando suspirat:nec uidere desyderat: quem cũ
uiderit,nolit dimittere. Sanctum uirginum propositum,& cœlestis angelorumq; familiæ glo
riam,quarundã non bene se agentium, nomen infamat. Quibus aperte dicendũ est:ut aut nu/
bant,si se non possunt continere:aut contineant,si nolunt nubere. Digna res risu: imo planctu,
incedentibus dominis,ancilla uirgo procedit ornatior:ut pro nimia consuetudine quã incom/
ptam uideris,dominã suspiceris. Nonnullæ separata & absq; arbitris,quærunt hospitia: ut ui/
uant licentius:utantur balneis:faciantq; quod uolunt:& deuitent conscientias plurimarũ. Hæc
uidemus & patimur:& si aureus nũmus affulserit,inter bona opera deputamus. Finem iungo
D principio:nec semel monuisse contentus sum: Ama scripturas sanctas,& amabit te sapientia:di
lige eam,& seruabit te:honora illam,& amplexabitur te. Hæc monilia in pectore,& in auribus
tuis hæreant. Nihil aliud nouerit lingua,nisi Christum. Nihil possit sonare,nisi quod sanctũ
est. Auiæ tuæ tibi semper ac matris in ore dulcedo uersetur. Quarũ imitatio, forma uirtutis est.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Saluina mulier nobilissima, puella adhuc,iuuenem maritum ac nobilem amiserat,relicto
Nebridio puero & huius sorore. Maritum laudat Hieronymus,liberos superstites,ut dili
genter educet,admonet. Quibus ratiõibus castimoniam & famam tueri possit,docet:ab
iterandis nuptijs uehementer deterret.

SCHOLIA.

Cuius uenerabiliorem.) Alias uiduas,ætas & forma suspectas reddit:hæc ita uiuebat,ut hoc
esset uenerabilior,quod adolescens etiam castitatẽ amplecteretur. Sic fleuit.) Mire con
iũxit hæc duo:officium fidæ coniugis,dum lachrymas dat marito defuncto:& fortitudinẽ
animi Christiani,dum statim post sepulturam,sic se gerit,ut uideretur maritus nõ mortu9
sed aliquo profectus. Sic extulit.) Id est,ad sepulchrum detulit. Defuncti dicuntur effer/
ri,quod olim extra mœnia sepeliri consuerint cadauera. Duri iudicis.) Est Deuteronomij. capũ.25.de
quo diximus superius. Paludamentum & Baltheus.) Paludamẽtum, uestis est militaris:unde qui ad
bellum exeunt,paludati uocantur. Baltheus,cingulum est militare. Camelum per foramẽ acus.) Qui/
dam Theologi,cum intelligant absurde dictum,de Camelo transeunte per foramen acus,acum faciunt
unã e portis urbis Hierusalem. Verum Camelus græcis ambigua uox est, significans & animal ingens,
ac distortũ: & funem ab huius similitudine dictũ, quẽ latini rudentẽ uocant. Atqui nec istud (inquies),
fieri potest. Fateor, uerum cum de rudente accipis, absurditas sermonis adempta est, non τὸ ἀδύνατον.
Nam in hoc ipsum Christus hoc adhibuit,ut ostenderet id fieri nõ posse, quemadmodum paulo post
palam explicat. Tametsi Suidas κάμιλον,cum est rudens per iota scribit,non per, ι, differẽtiæ causa:nõ
quam ipsa uox habeat,sed quã grammatici,præsertim græci,suo arbitratu soleãt addere. Mirum est au/
tẽ nec Hieronymum animaduertisse de fune. Ismahelitæ nego.) Locus est in genesi.capũ.38.Et seden
tes ut comederent panem,uiderunt Ismahelitas uiatores uenire de Galaad,& camelos eorum portan/
tes,aromata & resinam, & stacten. Per hos seruatus est Ioseph. Docet & Aesopi fabula.) Horatius
in epistolis,hunc apologum transfert,ad uulpem & mustelam. Forte per angustam tenuis uulpecula ri/
mã Repserat in cameram frumenti,pastaq; rursus Ire foras pleno tendebat corpore frustra: Cui muste
la procul,si uis,ait,effugere istinc, Macra cauũ repetas arctum,quem macra subisti. Honoris Infula.)
Imperatoriæ aulæ proceres,ut paludamentum,ita infulam honoris causa gestabãt. Est autem infula dia/
dematis ni fallor genus. Sed ex æqualitate.) Refert locum qui est apud Paulũ in epistola ad Corin/
thios secunda.cap.8.Sed ex æqualitate in præsenti tempore;uestra abundantia ,illorũ inopiã suppleat:
ut & illorũ

A ut & illorum abundantia, ueſtræ inopiæ ſit ſupplementum, ut fiat æqualitas. ¶Scriptorum more Græcorũ.) Vox hæc, ſcriptorum, mihi uidetur eradenda. Taxat autem Græcorum adulationem. ¶Quæ uxor Eunuchi.) Nam ea quæ ſollicitauit Ioſeph ad cõcubitũ, uxor Putifaris Eunuchi Pharaonis fuit. Quod autem uerecunde ac tecte Hieronymus innuit, huiuſmodi eſt. Nulla eſt uxor, ſi maritum habeat Eunuchũ, hoc eſt, ſegnẽ & ignauũ ad coitũ, quæ nõ gignat ex adultero, cũ maritus ſit ſterilis. ¶Quæ res etiã exter.) Mirꝰ amor naſcitur ex ſocietate ſtudiorꝝ, ut Germanꝰ etiã Hiſpanũ aut Gallũ diligat, quẽ in litteris habuerit ſociũ. ¶Furua tunica.) Furuũ, antiqui nigrũ ac fuſcũ dicebãt. ¶Difficile factu.) Hic puto ꝓ gloriã, ſcribẽdũ eſſe, inuidiã. ¶Puſio.) Diminutiuũ eſt a puero. ¶Sic oculos.) Carmẽ eſt Maronis: quẽ admodũ & quod ſequitur, Ingentes animos: quod mire ab apibus ad puerũ traxit. ¶Vxor hæres pudici. p̃. eſt.) Id eſt, quod maritus uxorem ſcripſit hæredem, in hoc retulit gratiã illius pudicitiæ, teſtatuſq; eſt, ſe repperiſſe pudicã. ¶Roſarum & liliorũ calathus.) Hoc loco mihi uidetur eradendũ, floris, quod in uulgatis codicibus perperam additum eſt. Siquidẽ diuus Hieronymus, diuerſa metaphora, bis idẽ ſignificauit. In eadem filia, ſimilitudinem patris & matris, uocat, calathum roſarum & liliorũ: roſas ad patrem, lilia ad matrem referens. Rurſum cõmertium eboris & oſtri. Alludẽs ad illud Vergilianum: Vel ebur confunditur oſtro. Ebur, candet: oſtrum, hoc eſt, purpura, rubet. Vt igitur in calatho mixto lilijs & roſis apparet uterq; color, item in mixtura eboris & purpuræ: ita in eadẽ puella ſimilitudo matris ac patris. ¶Vt ad uenuſtatẽ.) Venuſtas mulierũ eſt magis q̃ uirorum. Similis erat uultu patri, ſic tamen, ut gratia formæ magis exprimeret matrem: & tamen utriuſq; parentis ſimilitudinẽ agnoſceres. ¶Quid debeas nomini tuo.) Id eſt, uiduæ: Et cum Paulus ſanctam uiduam deſcribit, illa uirtutũ ſuarum Catalogum audiuit, quæ talis ſit uidua. ¶Phaſides aues, craſſitur.) Ea præcipua turturum laus, ut pingues ſint, alioqui parũ gratæ. Vnde Martialis, Cũ pinguis mihi turtur erit, lactuca ualebis. ¶Attagen Ionicus.) Attagen auis eſt, olim inter raras epulas habita. Ionicum addit Hieronymus, imitatus Horatiũ & Martialem: quorum ille in odis. Non Attagen Ionicus: hic in epigrãmatis. Inter ſapores fertur alitũ primus, Ionicarum guſtus Attagenarum. Cæterũ Ionicus uocatur, ab Ionia Aſiæ parte, in qua eſt Epheſus, quod illic laudatiſſimæ habeãtur. Quãq;. M. Varro apud Gelliũ primam laudem tribuat Phrygijs, Phrygia, inqt, Attagena: Sic em̃ declinat̃, hæc Attagena: q̃q; Horatiꝰ illi ſexũ mutauit. ¶Patrimonia auolant.) Feſtiuiter dixit auolant, pro cõſumuntur, cũ de auibus loquatur, in quas, res domeſtica impẽditur. ¶Ille meos primus.) Ita loquitur Dido apud Vergilium, nolens Aeneæ nubere, ne primo marito Sicheo faciat iniuriam. ¶Si tanti uiliſſimũ.) Hoc uſurpat in epiſtola ad Demetriadem, tanq; prouerbio dici ſolitum. Si tanti (ut dicit̃) uitrum, quãti margaritũ? De precio margaritorum, quos & uniones uocant, multa Plinius. Vitrum imitatur gemmas, etiam ſi uiliſſimum. Hoc ſermone ſignificabant ſummã inæqualitatem, rei cõtemptiſſimæ, quale eſt uitrum: & præcioſiſſimæ, quale eſt margaritum. Vitrum autem gemmas imitatur. ¶Quas ſignificantius græce προπαθείας.) πάθος græci uocant, quod nos nũc affectũ, nunc perturbationem, nunc motum, aut morbum animi dicimus, πρό, ſignificat, ante. Vnde primos affectuũ motus προπαθείας appellant, quæ non ſunt noſtri arbitrij. ¶Mediam animã fluctuare.) Reſpexit ad locũ qui eſt in priore ad Theſſalonicenſes epiſtola. cap̃. 5. Vt integer ſpiritus ueſter, ut anima, ut corpus ſine querela in aduentũ dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur. Partitur em̃ hominis animũ in treis parteis: in ſummam ac deo proximã, quam uocat ſpiritũ: in imam qua trahitur ad turpia, quã appellat corpus: in animã
B mediam, qua diligimus parentes &c. Qua de re copioſius diſſeruimꝰ in Enchiridio militis Chriſtiani. ¶Nam uitijs nemo.) Carmen eſt ex Satyris Horatij. ¶Velut ſi.) Hoc addit ex alio loco, nempe ex ſatyra, Non quia mœcenas. Neuus macula eſt, quales aliquando innatos uidemus uultui, aut brachijs hominũ. ¶Archytæ Tarentini.) Hic philoſophus fuit pythagoricus, cuiꝰ meminit Horatiꝰ in odis. Quãq; hoc dictũ aſſcribitur & alijs. ¶Primus Lamech.) Hic fuit filius Mathuſalẽ, qui duas duxit uxores omniũ primus, Ada, & Sella. Is geneſis. cap̃. 5. ſic alloquitur uxores ſuas: Quoniam occidi uirum in uulnus meũ, & adoleſcentulum in liuorem meum, ſeptuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech uero ſeptuagieſſepties. ¶Vnam coſtam.) Eleganter alluſit ad allegoriam. Deus non niſi unam coſtam eduxit de latere Adam: ueluti ſignificans eum unica uxore contentum eſſe debere. ¶Oeſtro libidinis.) Oeſtrũ pro ſtimulo poſuit. Nam genus eſt muſcæ, quam eandem Vergilius Aſylum uocat. Ea boues & equos in rabiem agit. Vnde qui magno animi motu rapiũtur, Oeſtro perciti dicũtur. ¶Diabolũ capite trũcauit.) De Holopherne loquitur, quẽ diabolũ, humani generis hoſtẽ interpretatur. ¶De Anna filia Phanuelis.) Legis apud Lucam in euangelio. cap̃. 2. ¶Occultũ legentis,) Timet ne uideatur captare fauorem potentis fœminæ, quod idem dixerat in fronte huius epiſtolæ.

¶HIERONYMVS AD SALVINAM DE SERVANDA VIDVITATE.

VEreor ne officium putetur ambitio: & quod illius exemplo facimus, qui ait: Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: gloriæ facere appetitione dicamur: & nõ uiduam alloqui in anguſtia conſtitutam, ſed aulæ nos inſinuare regali: & ſub occaſione ſermonis, amicitias potentium quærere. Quod liquido non putabit, qui ſcierit eſſe præceptũ: Perſonam pauperis nõ accipies in iudicio: ne ſub prætextu miſericordiæ, quod in iuſtum eſt, iudicemus. Vnuſquiſq; enim non hominum, ſed rerum pondere iudicandus eſt.

C Nec diuiti obſunt opes,ſi eis bene utatur:nec pauperem egeſtas commendabiliorem facit,ſi inter ſordes & inopiam,peccata non caueat. Ad utriuſq; nobis rei teſtimonium,& Abraham patriarcha,& quotidiana exempla ſuppeditãt: quorum alter in ſummis diuitijs, amicus dei fuit: alij quotidie in ſceleribus deprehenſi,pœnas legibus ſoluunt. Alloquimur igitur diuitem pauperem:ut neſciat ipſa quæ poſſidet. Neq; enim marſupium eius diſcutimus:ſed animæ puritatem. Loquimur ad eam,cuius faciem ignoramus,& uirtutes nouimus:quã nobis fama commẽdat:cuius uenerabiliorem pudicitiam, adoleſcẽtia facit. Quæ mortem iuuenis mariti,ſic fleuit: ut exemplum coniugij dederit. Sic extulit,ut eum profectum crederes,non amiſſum. Orbitatis magnitudo,religionis occaſio fuit. Nebridium ſuum ſic quærit abſentem:ut in Chriſto præſentem nouerit. Cur ergo ad eam ſcribimus,quã ignoram⁹? Triplex nimirũ cauſa eſt. Prima,quia pro officio ſacerdotij,omnes Chriſtianos,filiorum loco diligimus:& profectus eorum, noſtra eſt gloria. Altera,quia pater defuncti,intima mihi neceſſitudine copulatus fuit. Extrema(quæ & ualidior)quod filio meo Auito roganti,negare nihil potui: qui crebris litteris,interpellatricẽ duri iudicis ſuperans,& multorum mihi,ad quos ante ſuper eadem materia ſcripſeram,exempla proponens: ita ſuffudit pudorem negantis:ut plus conſyderarem,quid ille cuperet,q̃ qd me facere conueniret. Alius forſitan laudet Nebridium,quod de ſorore generat⁹ Auguſtæ: & in materteræ nutritus ſinu,inuictiſſimo principi ita charus fuit:ut ei coniugem nobiliſſimam quæreret:& bellis ciuilibus Africam diſſidẽtem,hac uelut obſide ſibi fidã redderet. Mihi a principio ſtatim illud eſt prædicandũ,quod quaſi uicinæ mortis præſcius,inter fulgorem palatij, & honorum culmina,quæ ætatem anteibant:ſic uixit,ut ſe ad Chriſtum crederet profecturũ. Sacra narrat hiſtoria,Cornelium,centurionem cohortis Italicæ,intantũ acceptum deo:ut angelũ ad eum mitteret:& omne myſterium,quo Petrus de circũciſionis anguſtijs trãſferebat, ad præputij latitudinem,ad illius merita pertineret:qui primus ab apoſtolo baptiçatus,ſalutem gentium dedicauit. Scriptũq; eſt de eo:Erat uir quidã in Cæſarea,nomine Cornelius, centurio co-
D hortis quæ dicitur Italica,religioſus,& timens deum cũ omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plæbi,& orans deum ſemper. Quicquid de illo dicitur:hoc nomine cõmutato,in Nebridio meo uendico. Sic religioſus fuit,& amator pudicitiæ:ut uirgo ſortiretur uxorem:ſic timens deũ cũ omni domo ſua:ut oblitus dignitatis,omne cõſortiũ cum monachis haberet & clericis: tantaſq; eleemoſynas faceret in populis:ut fores eius, pauperũ ac debilium obſiderent examina. Certe ſic ſemper orans deũ:ut illi quod optimũ eſſet,eueniret. Raptus eſt,ne malitia mutaret mentem eius:quia placita erat anima illius deo. Vnde & ego poſſum ſup eo uere abuti apoſtoli uoce,dicentis:In ueritate cognoui,quoniã nõ eſt perſonarũ acceptor deus: ſed in omni p-poſito,qui timet deũ,& operat iuſticiã,acceptus eſt illi. Nihil nocuit militanti paludamentũ, & baltheus & apparitorũ cateruæ:quia ſub habitu alterius,alteri militabat. Sicut econtrario alijs nihil prodeſt uile palliolum,furua tunica,corporis illuuies,& ſimulata paupertas:ſi nominis dignitatem,operibus deſtruant. Legimus & in euangelio de alio centurione dñi teſtimoniũ:Nec in Iſrael tantã fidem inueni. Et ut ad ſuperiora redeamus:Ioſeph qui in egeſtate,& in diuitijs dedit experimenta uirtutum:qui & ſeruus & dñs, docuit animæ libertatem:nõne poſt Pharaonem,regijs ornatus inſignibus:ſic deo charus fuit:ut ſuper omnes patriarchas duarũ tribuũ pater fieret? Daniel & tres pueri ſic præerant Babyloniæ opibus : & ſic erant inter principes ciuitatis:ut habitu Nabuchodonoſor,deo mente ſeruirẽt. Mardocheus & Heſter,inter purpuram, ſericum & gemmas, ſuperbiam humilitate uicerunt:tantiq; fuere meriti:ut captiui, uictorib⁹ imperarent. Hæc illuc tendit oratio:ut oſtendam iuuenem meum, coniunctionem ſanguinis regalis,& affluentiam diuitiarum atq; inſignia poteſtatis,materiam habuiſſe uirtutum:dicente eccleſiaſte:. Sicut protegit ſapientia,ſic protegit & pecunia. Nec ſtatim illud huic teſtimonio putemus aduerſum: Amen dico uobis:difficile diues intrabit in regnum cœlorum. Et rurſum dico uobis:Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire,q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum: Alioquin Zacheus publicanus,quem ditiſſimum cõmemorat ſcriptura:contra hanc ſententiam ſaluatus uidebitur. Sed quomodo quod apud hoies impoſſibile eſt,apud deũ poſſibile fiat: Apoſtoli conſilium docet ſcribentis ad Timotheum: Diuitibus huius ſæculi præcipe:

A nō ſuperbe ſapere: nec ſperare in incerto diuitiarū ſuarū:ſed in deo uiuo,qui præſtat nobis oia abundanter ad fruendum.Benefaciant,ſint diuites in operibus bonis,facile tribuant:cōmuni/cent:theſauriçent ſibi bonū fundamentū in futurum,ut apprehendant ueram uitam.Didicim⁹ quomodo camelus introire poſſit per foramen acus:quomodo animal tortuoſum,depoſito pō dere ſarcinarum,aſſumat ſibi pennas columbæ:& requieſcat in ramis arboris,quæ de ſinapis ſe/mente ſuccreuit.Legimus in Eſaia,Camelos Madiā & Epha & Saba,aurum & thus ad urbem dñi deportantes,in typo horū camelorum.Iſmahelitæ negociatores,ſtacten & thymiama,& re ſinam,quæ naſcitur in Galaad,& cutē uulneribus obducit,Aegyptijs deferunt:tantæq; felicita/tis ſunt:ut emant & uendant Ioſeph,& mercimonium eorū mundi ſalus ſit.Docet & Aeſopi fa/bula,plenum muris uentrem,per anguſtum foramē egredi non ualere.Ergo Nebridius meus quotidie illud reuoluens:Qui uolunt diuites fieri,incidunt in tētationē,& laqueum diaboli,& deſyderia multa:Quicqd & imperatoris largitio,& honoris inſulæ dederāt,in uſus pauperū cō/ferebat.Nouerat em̄ a domino eſſe præceptū:Si uis perfectus eſſe:uade,uende omnia quæ ha/bes,& da pauperibus:& ueni ſequere me.Et quia hanc ſententiam implere nō poterat, habens uxorem, & paruulos liberos, & multā familiam:faciebat ſibi amicos de iniquo māmona: qui ſe reciperent in æterna tabernacula.Nec ſemel abijciebat ſarcinā: quod fecerūt apoſtoli,patrē, rhete,nauiculam relinquentes:ſed ex æqualitate,aliorū inopiæ,ſuā abundantiam communica/bat:ut poſtea illorū diuitiæ,huius indigentiam ſuſtentarent.Scit ipſa cui libellus hic ſcribitur, me non nota,ſed audita narrare:nec ex aliquo in me beneficio,ſcriptorum more græcorū gra/tiam lingua reddere.Procul a Chriſtianis iſta ſuſpitio.Habentes uictum & ueſtitū,his contēti ſumus.Vbi uile oluſculum:& cibarius panis,& cibus potuſq; moderatus:ubi diuitiæ ſuperua/cue, ibi nulla adulatio: quæ uel præcipue fructū reſpicit.Ex quo colligit̄,fidele eſſe teſtimoniū, quod cauſas non habet mentiendi.Ac ne quis putet:me ſolas in Nebridio prædicare eleemoſy nas,q̄q̄ & has exercuiſſe ſit magnū:de qbus dicit̄:Sicut aqua extinguit ignē: ita eleemoſyna extinguit peccatū:ad cæteras uirtutes eius ueniā:quas ſingulas in paucis hoibus deprehēdim⁹.

B Quis fornacem regis Babylonij,ſine aduſtione ingreſſus eſt?Cuius adoleſcentis, Aegyptia do mina pallium non tenuit?Quæ uxor Eunuchi nullos creat liberos uoluptate tranſacta?Quem hominū diſputatio illa non terreat:Video aliā legē in mēbris meis,repugnantem legi mentis meæ,& captiuū me ducentē in lege peccati:quæ eſt in mēbris meis?Mirū dictu eſt, nutritus in palatio,cōtubernalis & cōdiſcipulus Auguſtorū:quorū mēſæ miniſtrat orbis,& terræ ac maria ſeruiūt:inter rerū omniū abūdantiā,in primo ætatis flore,tantæ uerecūdiæ fuit:ut uirginalē pu dorē uinceret:& ne leuem qdem obſcœni rumoris in ſe fabulam daret.Deinde purpuratorum propinquus,ſocius,cōſobrinus:ijſdem cū ambobus ſtudijs eruditus(quæ res etiā externorū mē tes ſibi cōciliat):nō eſt inflatus ſuperbia:nec cæteros homines adducta fronte contēpſit:ſed cū/ctis amabilis:ipſos principes amabat ut fratres:uenerabatur ut dños:& in illorū ſalute,ſuā ſalu tem poſitā fatebatur.Miniſtros autē eorū,& uniuerſum ordinē palatij:quo regalis frequentat̄ ambitio:ſic ſibi charitate ſociarat:ut q merito inferiores erant,officijs ſe pares arbitrarentur.Dif ficile factu eſt,gloriā uirtute ſuperare:& ab his diligi,quos præcedas.Quæ uidua non huius au xilio ſuſtentata eſt?Quis pupillus non in eo repperit patrē?Totius orientis epiſcopi ad hunc miſerorum preces, & laborantium deſyderia conferebant.Quicquid ab imperatore poſcebat: eleemoſyna in pauperes, preciū captiuorū,miſericordia in afflictos erat.Vnde & ipſi principes libenter præſtabant, quod ſciebant, non uni,ſed pluribus indulgeri.Quid ultra differimus? Omnis caro fœnū,& omnis gloria eius,quaſi flos fœni.Reuerſa eſt terra in terrā ſuā,dormiuit in dño:& appoſitus eſt ad patres ſuos,plenus dierū ac luminis, & nutritus in ſenectute bona. Cani em̄ hominis ſunt ſapiētia eius.In breui ætate,tempora multa cōpleuit.Tenemus pro eo dulciſſimos liberos.Vxor hæres pudicitiæ preciū eſt.Nebridius puſio,patrē quærentibus exhi bet.Sic oculos,ſic ille manus,ſic ora ferebat.Scintilla uigoris paterni lucet in filio:& ſimilitudo morum per ſpeculum carnis erumpens:ingentes animos,anguſto in pectore uerſat. Iungitur ei germana,roſarū & liliorum calathus:eboris,oſtriq; cōmertiū.Sic refert ore patrem:ut ad ue/nuſtatē propenſior ſit.Sic matrē mixta ſimilitudine pingit:ut in uno corpore,utrūq; agnoſcas:

C Ita ſuauis eſt,& mellitula,ut honor ſit omniũ propinquorum.Hanc tenere nõ dedignatur Auguſtus.Hanc fouere in ſinu,regina lætatur.Certatim ad ſe omnes rapiunt.Pendet ex collo,hæret in brachijs ſingulorũ.Garrula atq; balbutiens,linguæ offenſione fit dulcior.Habes igit᷑ Saluina quos nutrias,in quibus uirũ abſentẽ tenere te credas.Ecce hæreditas dñi,filij merces, fructus uentris.Pro uno homine,duos filios recepiſti,auctus eſt numerus charitatis. Quicquid debebas marito,redde filijs.Amore præſentiũ,abſentis deſyderiũ tẽpera. Nõ eſt parui apud deũ meriti,bene filios educare.Audi Apoſtolũ cõmonentẽ: Vidua eligatur,nõ minus annorũ ſexaginta:quæ fuerit unius uiri uxor,in bonis operibus habens teſtimonium,ſi filios educauit,ſi hoſpitalis fuit,ſi ſanctorũ pedes lauit,ſi afflictis abundanter præbuit,ſi omne opus bonũ,ſubſecuta eſt. ¶ Didiciſti catalogũ uirtutũ tuarũ,quid debeas nomini tuo:q̃bus meritis ſecundũ pudicitiæ gradũ poſſideas.Nec te moueat,quod ſexagenaria eligat᷑ in uiduã,& putes adoleſcentulas ab apoſtolo reprobari.Et te crede eligi ab eo,qui diſcipulo dixerat:Nemo adoleſcentiã tuã contemnat, nõ continentiã,ſed ætatem.Alioquin oẽs quæ ante ſexaginta annos uiduatæ ſunt: hac lege accipient maritos.Sed quia rudem Chriſti inſtituebat eccleſiã,& omi ordini,puidebat: præcipueq; pauperibus:quor᷒ ei cura cũ Barnaba fuerat demãdata:illas uult eccleſiæ opibus ſuſtentari:quæ propr̃ijs manibus non queunt laborare:quæ ueræ uiduæ ſunt:quas & ætas ꝓbat, & uita.Heli ſacerdos offendit deũ ob uitia liberorũ.Ergo ecõtrario placatur deus,uirtutib9 eorũ,ſi pmãſerint in fide & charitate,& ſanctitate cũ pudicitia.O Timothee,teipſum caſtã cuſtodi.Abſit ut ſiniſtrũ qppiã mihi de te ſuſpicari liceat:ſed ex abũdãtia lubricã ætatẽ monuiſſe,pietatis eſt.Quæ dicturus ſum:nõ tibi,ſed puellaribus annis dicta intellige. Vidua quæ in delitijs eſt,uiuens,mortua eſt: Hoc uas electiõis loquit᷑: & de illo ꝓfert᷑ theſauro,qui cõfidenter aiebat: An experimentũ quæritis eius,qui in me loquit᷑ Chriſtus?Hoc ille ꝓnunciat,qui libere ſub ꝑſona ſua,fragilitatẽ humani corporis fatebatur.Nõ em̃ quod uolo bonũ,hoc operor: ſed quod nolo malũ.Et ꝓpterea ſubijcio,& redigo in ſeruitutẽ corpus meũ:ne alijs prædicãs,ipſe reprobus inueniar.Si ille timet:quis noſtrum poteſt eſſe ſecurus?Si Dauid amicus dñi,& Solomon amabilis ei9,uicti ſunt quaſi homines:ut & ruinæ nobis ad cautionẽ,& pœnitudinis ad ſalutẽ exempla præberent:quis in lubrica uia lapſum nõ metuat?Procul ſint a cõuiuijs tuis Phaſides aues,craſſi turtures,attagen Ionicus:& oẽs aues,quibus ampliſſima patrimonia auolant. Nec ideo te carnibus ueſci nõ putes,ſi ſuum,leporũ,atq; ceruorũ,& quadrupedũ animantiũ eſculẽtias reprobes.Nõ em̃ hæc pedũ numero:ſed ſuauitate guſtus iudicant᷑.Scim9 ab Apoſtolo dictum:Omnis creatura dei bona eſt:& nihil reijciendũ,quod cũ gratiarũ actione percipitur. Sed idem loquitur:Bonũ eſt uinũ non bibere:& carnẽ non manducare.Et in alio loco: Nolite inebriari uino,in quo eſt luxuria.Omnis creatura dei bona eſt.Audiant hæc mulieres,quæ ſollicitæ ſunt,quomodo placeant uiris. Comedant carnes,quæ carni ſeruiũt:quarum feruor deſpumat in coitum:quæ maritis alligatæ,generationi ac liberis dant operã.Quarũ uteri portant fœtus,earũ & inteſtina,carnibus impleantur. Tu uero quæ in tumulo mariti,ſepeliſti omnes pariter uoluptates:quæ litam purpuriſſo & ceruſſa faciem,ſuper feretrũ eius lachrymis diluiſti: quæ pullam tunicã,nigroſq; calceolos:candidæ ueſtis & aurati ſocci depoſitione ſumpſiſti:nihil habes neceſſe aliud,niſi perſeuerare in ieiunio.Pallor & ſordes gemmæ tuæ ſint: plumarũ mollicies,iuuenilia membra nõ foueat,Balnearũ calor,nouũ adoleſcentulæ ſanguinem nõ incendat. Audi qd ex perſona uiduæ continentis ethnicus Poeta decantet. Ille meos,primus qui me ſibi iunxit,amores. Abſtulit,ille habeat ſecum,ſeruetq; ſepulchro. Si tanti uiliſſimũ uitrum, quanti præcioſiſſimũ margaritũ?Si cõmuni lege naturæ,damnat omnes gentilis uidua uoluptates:quid expectandũ eſt a uidua Chriſtiana:quæ pudicitiã ſuam nõ ſolũ ei debet,qui defũctus eſt:ſed & ei,cum quo regnatura eſt? Quæſo te,ne generalia monita & cõueniens puellari ſermo perſonæ, ſuſpitionem tibi iniuriæ moueant: & arbitreris me obiurgantis animo ſcribere,nõ timentis:cuius uotum eſt,te neſcire,quæ metuo. Tenera res in fœminis fama pudicitiæ eſt:& quaſi flos pulcherrimus cito ad leuem marceſcit aurã:leuiq; flatu corrũpitur,maxime ubi & ætas cõſentit ad uitium:& maritalis deeſt auctoritas:cuius umbra tutamen uxoris eſt. Quid facit uidua inter familiæ multitudinem?Inter miniſtrorũ greges?Quos nolo cõtemnat,

D

ut famulos:

A ut famulos:ſed ut uiros erubeſcat. Certe ſi ambitioſa dom⁹,hæc officia flagitat:præficiat his ſe/
nem honeſtis moribus:cuius honor,dñæ dignitas ſit:Scio multas,clauſis ad publicū foribus:
nō caruiſſe infamia ſeruulorū:quos ſuſpectos faciebat,aut cult⁹ immoderatus,aut craſſi corpo/
ris nitor,aut ætas apta libidini,aut ex cōſcientia amoris occulti,ſecurus animi tumor:qui etiam
bene diſſimulatus,frequenter erumpit in publicū:& cōſeruos,quaſi ſeruos deſpicit. Hoc ex abū
dātia dictū ſit:ut omni diligentia cuſtodias cor tuū:& caueas,quicqd de te fingi poteſt. Nō am
bulet iuxta te,calamiſtratus,pcurator,non hiſtrio fractus in fœminā,nō cantoris diabolici uene
nata dulcedo,non iuuenis cultus & nitidus. Nihil artium ſcenicarū,nihil tibi in obſequijs molle
iungat. Habeto tecū uiduarū & uirginū choros,habeto tui ſexus ſolatia. Ex ancillarū quoq;
moribus,dominæ iudicant. Certe cū tecum ſancta ſit mater:& lateri tuo amita hæreat uirgo
perpetua,non debes periculoſe externorum cōſortia quærere,de tuorū ſocietate ſecura. Semp
in manibus tuis ſit,diuina lectio:& tam crebræ orationes:ut omnes cogitationum ſagittæ,qui/
bus adoleſcentia percuti ſolet,huiuſcemodi clypeo repellantur. Difficile eſt,quin potius impoſ
bile,perturbationis initijs carere quempiā:quas ſignificantius græci προπαθείας uocāt, nos,ut uer
bum uertamus e uerbo, antepaſſiones poſſumus dicere:eo quod incētiua uitiorū, omniū titil
lent animos:& quaſi in meditullio noſtrū iudicium ſit,uel abijcere cogitata,uel recipere. Vnde
& naturæ dñs,in euangelio loquebat:De corde exeunt cogitatiōes malæ,homicidia,adulteria,
fornicationes,furta,falſa teſtimonia,blaſphemiæ. Ex quo perſpicuū eſt,iuxta alterius libri teſti
monium:procliuius eſſe cor hominis a pueritia ad malū:& inter opa carnis & ſpūs, quæ Apo/
ſtolus enumerat:mediā animā fluctuare,nūc hæc,nunc illa cupientē. Nam uitijs nemo ſine na/
ſcit. Optimus ille eſt,qui minimis urget,uelut ſi egregio inſperſos reprehēdas corpore neuos.
Hoc eſt quod alijs uerbis propheta ſignificat: Turbatus ſum,& nō ſum locutus. Et in eodem uo
lumine:Iraſcimini,& nolite peccare. Et illud Architæ Tarentini,ad uillicū negligentē. Iam te uer
B beribus enecaſſem,niſi iratus eſſem. Ira em̄ uiri,iuſticiā dei nō operat. Quod de una perturba/
tione dictum eſt,referamus ad cæteras. Sicut iraſci hoīs eſt, & irā non perficere Chriſtiani: ſic
omnis caro concupiſcit quidem ea,quæ carnis ſunt:& quibuſdā illecebris,ad mortiferas animā
uoluptates trahit: ſed noſtrū eſt,uoluptatis ardorē,maiore Chriſti amore reſtinguere: & laſci/
uiæ iumētum,frenis inediæ ſubiugare:ut non libidinem,ſed cibos quærat ac deſyderet:& ſeſſo
rem ſpiritum ſanctū, moderato atq; cōpoſito portet inceſſu. Quorſum iſta? Vt hoīem eſſe te
noueris,& paſſionibus humanis,niſi caueris,ſubiacere. De eodem cuncti facti ſumus luto,ijſdē
compacti exordijs. In ſerico & in pannis,eadem libido dominatur. Nec regū purpuras timet:
nec mēdicantiū ſpernit ſqualorem. Multoq; melius eſt,ſtomachum dolere,cq̄ mentem: impe/
rare corpori,cq̄ ſeruire:greſſu uacillare,cq̄ pudicitia. Nec ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia blan
diantur:quæ ſunt infeliciū remedia. Cauendū eſt uulnus,quod dolore curatur. Aliud eſt inte/
gra naue & ſaluis mercibus,portum ſalutis intrare:aliud nudū hærere tabulæ, & crebris fluctuū
recurſibus,ad aſperrima ſaxa collidi. Neſciat uidua digamiæ indulgētiā:nec nouerit illud Apo
ſtoli: Melius eſt nubere, cq̄ uri. Tolle quod peius eſt uri:& per ſe bonum nō erit nubere. Pro/
cul ſint hæreticorū calumniæ. Scimus honorabiles nuptias,& cubile immaculatū. Etiam de pa/
radiſo expulſus Adam,unam uxorem habuit. Primus Lamech maledictus & ſanguinarius,&
de Cain ſtirpe deſcendens,unā coſtā diuiſit in duas:& plantariū digamiæ,protinus diluuij pœ
na ſubuertit. Vnde illud Apoſtoli: quod fornicationis metu, indulgere compellit:ſcribēs ad
Timotheum: Volo adoleſcentulas nubere,filios procreare,matreſſamilias eſſe,nullā occaſio/
nē dare aduerſario,maledicti cauſa: cur indulſerit,ſtatim ſubiecit: Jā quædā declinauerūt poſt
ſatanam. Ex quo intelligimus: illum non ſtantibus coronā, ſed iacentibus manum porrigere.
Vide qualia ſint ſecunda matrimonia:quæ lupanaribus præferuntur:quia declinauerūt quæ/
dam poſt ſatanam. Ideo adoleſcentula uidua,quæ ſe non poteſt continere,uel non uult,mari/
tū potius accipiat,cq̄ diabolum. Pulchra nimirū & appetenda res,quæ ſatanæ comparatione
ſuſcipitur. Fornicata eſt quondam & Hieruſalem,& diuaricauit pedes ſuos,omni tranſeunti.
In Aegypto primum deuirginata eſt,& ibi fractæ ſunt mammæ eius. Cūq; ad deſerta uenif
ſet:& morarum Moyſi ductoris impatiens,quaſi oeſtro libidinis furibunda dixiſſet:Iſti ſunt

C dij tui Iſrael:qui te eduxerunt de terra Aegypti:accepit præcepta non bona: & iuſtificationes peſſimas:in quibus non uiueret,ſed puniretur. Quid ergo mirum,ſi & laſciuientibus uiduis:de quibus in alio loco Apoſtolus dixerat:Dum luxuriatæ fuerint in Chriſto,nubere uolunt: habentes damnationem:quia primam fidem irritam fecerunt:conceſſit digamiæ præcepta nō bona,& iuſtificationes peſſimas:ita ſecundum indulgens maritum: ut & tertium,ſi liberet: etiā uicesimum:ut ſcirent ſibi non tam uiros datos,q̄ adulteros amputatos? Hæc filia in Chriſto chariſſima inculco,& crebrius repeto:ut poſteriorum oblita:in priora te extendas,habens tui ordinis quas ſequaris:Iudith de hebræa hiſtoria,& Annam filiam Phanuelis de euangelij charitate:quæ diebus & noctibus uerſabantur in templo,& orationibus atq; ieiunijs,theſaurum pudicitiæ conſeruabant. Vnde & altera in typo eccleſiæ,diabolum capite truncauit:altera ſaluatorē mundi prima ſuſcepit:ſacramentorum conſcia futurorum. Illud in calce ſermonis quæſo,ut breuitatem libelli:non de inopia æloquij,uel de materiæ ſterilitate: ſed de pudoris magnitudine exiſtimes accidiſſe:dum uereor me ignotis diu ingerere auribus: & occultum legētium iudiciū pertimeſco.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Furiam uiduā Titianæ filiā,Probi conſulis nurū,hortatur,ut in cœlibatu pſeueret,nec iteret matrimoniū,& quoniam adhuc uirēti erat ætate,quibus modis pudicitiam ſimul ac famā tueri debeat,præcipit.

SCHOLIA.

A Camillo.) Apparet hanc a Camillo Romano duce duxiſſe genus:cuius prænomen habet. Dictus eſt enim ille Furius Camillus. Iratuſq; Chremes.) Feſtiuiter intertexuit carmen Horatianum ex arte poetica. Conſurgunt proceres.) Hemiſtichium eſt. Patricia turba.) Nobiles Romæ,quiq; plebeij nō eſſent,patricij uocabantur. In terras ultimas.) Erat olim pœnæ genus,deportatio in inſulas deſertas. Dñi mei titulū.) Nā Chriſtum Iudæi Samaritanū in euangelio uocant,per cōtumeliam. Faceſſat inuidia.) Inuidiam hoc loco, non uſurpauit uulgato illo more,quo ſignificat dolorem ex aliena felicitate,ſed odium & atrocitatem, quo premitur is qui male audit. Coturnicum carnibus.) Alluſit ad hiſtoriam exodi. Aceſcētes.) Id em̄ accidit in cruditate,cū ſtomachꝰ cibū acceptū,nō poteſt cōcoquere. Ad uolutabrū.) Recte reddidit græca κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου, id eſt, Canis reuerſus ad ꝓprium uomitum,& ſus lota ad uolutabrum cœni. In eaſdem pedicas.) Hoc & græco prouerbio teſtatum eſt οὐκ ἄυθις ἀλώπηξ, id eſt,non iterū uulpes,ſubaudi,capitur. Puſionem q &c.) Miris modis rem uerbis deiecit. Quippe ni.) Ironice legendum eſt. Vt hoc aliquid ſit,dare patri puerū, qui pectus illius ſtercore linat, nec omnibus id contingit: Aut ſi contingit,non ſemper contingunt liberi ſimiles maiorum. Exhibuit Ciceronis filius.) Cicero filius Ciceronis,nulla in re retulit patrem,prætereq; in facetia:quemadmodū teſtatur Seneca in cōtrouerſijs. Temulētus erat, obliuioſus,infans,indoctꝰ. Nihil cū laude geſſit,nullum ſuæ uirtutis monumentum reliquit. Cornelia ueſtra.) Paula duxit genus a Gracchis,ut teſtatur Hieronymus in eius epitaphio,Gracchorum ſoboles Agamennonis inclyta proles. Et Furiam Paulæ cognatā fuiſſe,teſtatur in hac epiſtola:ob id addidit,ueſtra. Legendus eſt,& hic locus ꝓ ironiam. Nam uterq; Corneliæ filius,calamitoſe perijt. Siquidem Tiberius Gracchus per tumultū occiſus eſt:corpus in Tyberim abiectum. Caius item Gracchus cū peteretur ad necem:ſua manu,aut certe ſerui interemptus eſt,ut mater non ſit gauiſa,ſe tales genuiſſe,tā ſeditioſos & reip. peſtilentes. Ridiculum eſt ſperare.) Vt eleganter gradus conſtituit argumentorum. Primus eſt:Non magnū ſi contingat puſio,qui ſtercore pectus auitum collinat. Secundus:Nec hoc ipſum omnibus contingit. Tertius: Etſi contingit,plærumq; tales naſcuntur liberi,ut pœniteat fœcunditatis. Quartus: Vt maxime cōtingāt quales optas,mors eripit,& orbitas moleſta eſt. Cui nata.) Feſtiuiſſima προσονομασία,in nata & renata.

De corio tuo.) Hoc eſt,tuo malo,tuoq; periculo. Eſt autē ſermo puerbialis. Sola ne perpetua mœrens.) His uerbis Anna impellit Dido ſororē,ut aſſentiat nouo cōiugio apud Vergilium, Aeneidos quarto. Quicquid nō tulerint.) Tulerint ꝓ impetrarint,ſiue acceperint poſuit. Vbicūq; uiderint Chriſtianum.) Locus qui ſequitur,in omnibus exemplaribus deprauatus eſt. Verū coniecturis hinc,& hinc collatis:legendū opinor, Vbicūq; uiderint Chriſtianum,ſtatim illud de triuio, ὁ τραγικὸς θεοκρίνης, id eſt; Tragicus Theocrines. Sic em̄ reperio in græcorū adagiorū collectaneis. Addūt Demoſthenē eo uſum aduerſus Aeſchynem. Theocrinem autem calumniatorē & Sycophantā fuiſſe. Vnde prouerbium quadrat,in reprehenſorē faſtuoſum & magniloquū. Sic autem uocabant per cōtumeliā Chriſtianum:quod ipſe malus,tamen in aliorū uitia declamaret,ſimulatione ſanctimoniæ. Niſi magis placet, ὁ τραγικὸς πίθηκος,id eſt, Tragica ſimia:quod in eadē oratione a Demoſthene dictū eſt in Aeſchynē,quē ſimiā uocat, qđ ſimularet probū ciuē,cū nō eſſet. Tragicū autē,quod hō nihili,ſplendidis uerbis uteretur. Quidā nō indoctus,aſſcripſerat hoc loco,ὁ γραικὸς ἐπῳδός, id eſt,græcus impoſtor, quod nō improbarim,ſi modo ἐπῳδός in eo ſignificatu reperiſ apud græcos. Illud de triuio.) Subaudi dicūt. De triuio ſumptū dicit quod eſt uulgari ſermone iactatum. Vnde & triuialia dicuntur,uulgaria & protrita. Cæterū hæc uerba, uocant impoſtorem,uidentur adiecticia,nec habent in uetuſtiſſimis exemplaribus Exit fama de mēdatio.) Alluſit ad illud Maronis. Tam ficti prauiq; tenax,q̄ nūcia ueri. Nam aliquando uel de nihilo in

gens

A gens oritur fama. Prouincias penetrat.) Iuxta illud, Parua metu primo, mox sese attollit in auras.
Viperinis coloribus.) Nam plærique serpentes maculis picti sunt. Quidam codices habebant, uiperinis orbibus, ut de oculis intelligas. Dentibus pumicatis.) Id est, candidis ac politis. Nam pumice poliebant. Et hoc uiperinum, niueo denticulo lætale uirus infundere. Hic aliquis cui.) Refert uerba Persij e satyra prima in effœminatū recitatorē. Læna genus est uestis delicatæ. Hiacynthina, id est, colore hiacynthi floris. Et uenuste addidit, Chorus, alludens ad choros Tragœdiarum, in quibus multorum una uox est. Iunguntur nostri ordinis.) Id est, qui sunt eiusdem instituti. Sentit autem de clericis ac monachis. Terentius: Mei loci atq; ordinis hominē: idq; Hieronymus non sine allusione dixisse uidetur.
Quē honoris causa nomino.) Hoc solēniter addere solēt oratores, si quē in publica cōtione nominasse nolunt. Vt amorem concedam.) Vt, hoc loco concedētis est, positum pro etsi, siue quāuis: ut, seruiat, ut taceant, iumēta loquētur. Impleat nomen suum.) Apparet appellatum fuisse, Lætū. Quin potius doleat.) Nihil hac correctione festiuius. Nec habuit crispātes.) Mitra, barbarum capitis ornamentum. Vergi. Mæonia mentum mitrā crinemq; madētem subnixus. Crispantes dixit, ob rugas arte inductas mitræ. Stridentes calceolos.) Vel ob ornamenta addita, uel ob soleam subere suppactam, quod pressum stridet. Nec orbes.) Videlicet oculorum. Stibium lapis est, qui adhibetur dilatandis ac pingendis nigrore oculis. Vñ fuliginatos dixit, pro nigrifactos. Nā fuligo nigror est adhærēs e fumo. Quæ lachrymis cutem.) Id em̄ usu uenit fuco pictis, ut lachrymæ sulcos faciāt per colores; faciemq; tectorio fuci incrustatam aperiat. Vnde Iuuenalis. Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit. Viuens mortua est.) Hic palam distinxit, hanc partem a superioribus: uulgus em̄ sic accipit: Vidua quæ in delitijs est uiuēs, ea mortua est, cū sit sensus. Vidua quæ delitiose uiuit, uiuēs nō uiuit, sicut in ānotatiōibus nostris indicauimus. Quorundam hominum.) Locus est apud Paulum in prima ad Timotheū epistola, cap. 5. Sed incentiua assero.) κέντρων græce stimulus, & κεντεώ stimulo. Inde latini maxime Christiani uocem hanc composuerunt, qua significant irritamenta. Hic locus diuersus habetur in exemplaribus. Nonnulli scriptum habent, incentiua assero uoluptatum: nonnulli, incentiua assero esse. Ego plane legendum censeo, incentiua aufero uoluptatum. Aetnæi ignes.) Aetna mons est Siciliæ, quondam perpetuo flagrans incendio. De quo Plinius. Mons Aetna nocturnis mirus incendijs. Multa sup hoc Claudianꝰ in raptu proserpinæ. Vulcania tellus.) Therasiam significat insulam, quæ sita est inter Liparam & Siciliam. Cui postea mutatum est nomē, dictaq; Hiera, id est, sacra, quod sacra esset Vulcano: in ea collis est nocturnas euomens flammas. Auctor Plinius libro tertio. Non Veseuus & Olympus.) Iuxta hunc montem perijt Plinius maior, ut in epistola quadā huiꝰ nepos describit. Est autē in Cāpania haud procul a Nola, quondā Aetnæ more flagrās: Nūc frigidus, quēadmodū & Aetna. Hūc quidā Vesuuiū uocant. Vergiliꝰ, Vicina Veseuo ora iugo. Et olympꝰ.) Suspicor hæc duo uerba addita a
B quopiā. Nec em̄ adhuc apud ullum legere memini Olympum ardere. Est aūt mons Thessaliæ, prodigiosæ altitudinis. Nec Solinus quicq; meminit de incendio, cum huius montis miracula persequitur.
Argi.) Hunc Iuno addidit custodem uaccæ, in quā Iuppiter uerterat puellam. Et propter uigilātiam dictus est habere centum oculos. περὶ ὑγιεινῶν.) Id est, de salutaribus, hoc est, de tuenda corporis sanitate. Id opus Galeni adhuc extat, ac iam dudum in manibus est Thomæ Linacro medico Britanno, uiro undecūq; doctissimo, breui, ut spero, latinum proditurum. Est eodem titulo liber Pauli Aeginitæ, quē Gulielmus Copus Basilienſis traduxit. Est & Plutarchi, quem nos nuper uertimus. Pituita.) Humor est superuacaneus, qui in senibus abundat ob inopiam caloris, qui huiusmodi concoquere solet. Vetera uina.) Quoniam ea maxime calefaciunt, etiam Varrone teste. Cuius finis est.) Comœdia speculum est humanæ uitæ. Itaq; Comicus hoc agit, ut ætatū, sexus, conditionis oīs, affectus & ingeniū repræsentet. Sine cerere & libero.) Id est, absq; cibo & potu. Est in Eunucho Terentiana. Bonū est uinū nō bibere.) Hic locus est in epistola Pauli ad Romanos, quāq; hūc diuus Hieronymus, sancte quidē ac salubriter: sed tamē uiolēter detorsit aliorsum q̄ Paulus scripsit. Sentit em̄ illic Apostolus p̄ se nō esse malū uesci carnibus, aut bibere uinū: sed offendiculū ubiq; uitādum. Similiter & eū locū, qui sequit̄ de esu olerū, detorsit ad suū usum. Nec em̄ Paulus illic loquit̄ de infirmitate, qua ꝓclíues sumꝰ ad libidinē: sed de opinione, qua putat aliquis sibi nō licere uesci carnibꝰ, cū nefas nō sit. Malo apud te &c.) Malo uideri parū uerecūde loqui, q̄ ea tacere, quæ ad rem necessaria sunt. Sub tegmine impleueris.) Allusit ad pēsum puellarū texentiū. Nā telæ pars est subtegmē. Porro pēsum calatho imponebāt. Sta iuxta Hiere.) Retulit quod est Hieremiæ. cap. 6. State sup uias, & uidete & interrogate de semitis antiqs, quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriū animabꝰ uestris. Comede similā & oleū.) Allusit ad locū, q est Exodi. ca. 29. Tolle uitulū de armēto, & arites duos, imaculatos, panesq; açymos, & crustulā absq; fermēto: quæ cōsperſa sit oleo, lagana quoq; açyma oleo lita. Vestire cū Ioseph.) Respexit ad id quod legit̄ Geneseos. 37. Israel aūt diligebat Ioseph supra oēs filios, eo quod in senectute genuisset eū, fecitq; ei tunicā polymitā. Polymitā uocat uestē uersicolorē, & pluribus textā licijs. Nā πολὺ græce multū significat, & μίτος filū. Perforent̄ aures tuæ.) Respexit ad hoc, quod delicatæ matronæ ex auribus pforatis suspendūt baccas & smaragdos. Iuuenalis. Et cum auribꝰ extersis magnos cōmisit elenchos. Videt̄ aūt allusisse ad id qd̄ scripsit Hieremias. cap. 2. Vade & clama in auribꝰ Hierusalē. Nisi maluis referre ad seruū cupientē ultro seruire: cuiꝰ aures iubēt̄ pforari subula. Exodi. ca. 21. Caue ne mēditēris.) Admonet opes, nō qbuslibet elargiēdas esse, sed dūtaxat Christi paupibꝰ. Alioq; q cognatis dāt, cū nō egeāt, alienas opes augēt, cū Christus in suis membris egeat. Spadonum præeunte.) Spadones uocant̄, qbus excīsi sunt testes. Hij quōdā potētibus matronis in delicijs erant. Viduarū circūferri.) Vidua libera est ab imperio mariti. Ea libertate non debet in hoc abuti, ut passim uageturper uias.

C ¶ Collactaneus.) Delicato uerbo, significauit æqualē. Candidulus & rub.) Nam rubor candori mixtus, præcipua formæ laus est. Apparat' Neronis & Sard.) De luxu Neronis, multa Iuuenalis. Sardanapalus Assyriorum rex fuit, uoluptatum studio nobilitatus. Nuptias loquebanť,) Apte abusus est uerbo loquebantur, pro indicabāt. Vt Cicero: Nequitiā clamitāt. Fronte obscœna.) Obscœna mihi uidetur a quopiam additum: forte pro obscœna, legendum, ob senium. Rogus prope.) Rogus ignis, quo olim cadauera comburebātur. Simulabitur mariti.) Significat maritum, hoc cōsilio illam ductarum, ut hæres illi sit: idq; uti consequatur, finget morbum: & cōdito testamento, illam scribet hæredem, ut uxor prouocata exemplo, idem faciat, si contingat egrotare. Nam est & hoc captādarum hæreditatum genus. Omne genus comœdiæ.) Nam plurima sunt genera, ut ostendit Donatus in præfatione cōmentariorū in Terentium Mimographi.) Qui mimos scribunt, id est, uersus agendos in scæna.
¶ Cōmunes rhetorum loci.) Aliquando dicuntur loci cōmunes, qui tractantur per affectus: ut contra luxuriam, contra stuprū, cōtra odium nouercale: de his sentit hoc loco. Declamabunt.) Sunt cōplures declamationes hoc argumento, de priuigno & nouerca. Vt uenefica.) Quasi ueneno dato, morbum feceris. Si dederis malefica.) Quasi uenenum pro cibo dederis, si contingat eum mori. Nam maleficia dicuntur aliquando, quæ malis artibus fiunt, ut ueneno aut incantamētis. Superstitem hospitem.) Sentit Heliam prophetam. Capsaces.) Vasis genus, olearij: quo uerbo & alibi usus est Hieronymus, & item Cyprianus. Granum eī ibi mor.) Alluśit ad euangelium, Nisi granum frumenti. Nam Christus in Iudæa fuit occisus. Viduā, intelligit gentilitatem. Quæ nobis sonat.) Nobis, id est, græce scientibus, παρακαλῶ consolor, unde & paracletus.
ANTIDOTVS. In hac citat librum Iudith, & addit: Si cui tamen placet uolumen recipere, quasi dubitans de authoritate huius uoluminis, cū id inter canonicas scripturas, habeat ecclesia. Verum omnino liber hic apud hebræos, pondus olim nō habebat, in his quæ uenirent in cōtentionem: Chaldæo tamē sermone conscriptus, inter historias numerabať, Deniq; in Nicena synodo, in numero sanctarū scripturarum computatus est, ut testatur Hieronymus in huius præfatione. Apparet igitur ea ætate quosdam adhuc de eo dubitasse, nec illud Synodi decretū, apud omnes usu receptum fuisse. Deniq; an uere decretum fuerit, dubitare se, subsignificat, cum ait, legitur computasse. Et si maxime recepit Synodus opº illud, refert quo animo receperit, an ut pondus habeat in contentione, an ut esset exemplū uiduitatis.

¶ HIERONYMVS AD FVRIAM DE VIDVITATE SERVANDA.

D  Bsecras litteris, & suppliciter deprecaris: ut tibi rescribam, imo scribam, quomodo uiuere debeas, & uiduitatis coronam, illæso pudicitiæ nomine cōseruare. Gaudet animus, exultant uiscera, gestit affectus, hoc te cupere esse post uirum, quod sanctæ memoriæ mater tua Titiana, multo tempore fuit sub marito. Exauditæ sunt preces & orationes eius. Impetrauit in unica filia, quod uiuens ipa possederat. Habes præterea generis tui grande priuilegium, quod exinde a Camillo, uel nulla, uel rara uestræ familiæ scribitur secundos nosse concubitus: ut non tam laudanda sis, si uidua perseueres, cq; execranda, si id Christiana non serues: quod per tanta sæcula, gentiles fœminæ custodierunt. Taceo de Paula & Eustochio, stirpis uestræ floribus: ne per occasionem exhortationis, illas laudare uidear. Blesillamq; prætereo: quæ maritum suum, tuum secuta Germanum, in breui uitæ spacio, tempora uirtutum multa compleuit. Atq; utinam præconia fœminarū, imitarentur uiri: & rugosa senectus redderet, quod sponte offert adolescentia. Sciens & uidens in flammam mitto manū, adducentur supercilia, extendetur brachium, Iratusq; Chremes tumido desæuiet ore. Consurgent proceres aduersus epistolam meam, turba patritia detonabit, me magum, me seductorē clamitans, & in terras ultimas deportandum. Addant, si uolunt, & Samaritē: ut dñi mei titulū recognoscam. Certe filiam a parente non diuido: nec dico illud de euangelio: Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Viuit enim, quicunq; credit in Christum. Et qui in illum credit: debet utiq; quomodo ille ambulauit, & ipse ambulare. Facessat inuidia, quā nomini Christiano, maledicorum semper genuinus infigit: ut dum probra metuūt, ad uirtutes prouocēť. Exceptis epistolis, ignoramus alterutrū. Solaq; causa pietatis est, ubi nulla carnis noticia est. Honora patrē tuum: sed si a te a uero patre non separat. Tādiu scito sanguinis copulam, cq; diu ille suum nouerit creatorem. Alioqui Dauid protinus tibi canet: Audi filia & uide, & indina aurem tuam, & obliuiscere populū, & domum patris tui: & cōcupiscet rex decorē tuum, quoniam ipse est dominus tuus. Grande præmium parentis obliti: Concupiscet rex decorem tuum. Quia audisti, quia uidisti, quia indinasti aurē tuam, & populi tui, domusq; patris tui oblita es: idcirco cōcupiscet rex decorem tuum, & dicet tibi: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Quid

A Quid pulchrius anima,quæ dei filia appellatur,& nullos extrinsecus quærit ornatus? Credit in Christū,& hac ambitione,pergit ad sponsum:eundē habēs dnm,quē & uirū. Quid angustiarū habeant nuptiæ,didicisti in ipsis nuptijs:& quasi coturnicū carnibus,usq; ad nauseā satu rata es:amarissimā choleram, tuæ sensere fauces. Egessisti acescentes & morbidos cibos: relevuasti æstuantē stomachū. Quid uis rursum ingerere,quod tibi noxium fuit? Canis reuertens ad uomitū,& sus lota,ad uolutabrū luti. Bruta quoq; animalia & uagæ aues,in easdem pedicas rhetiaq; non incidūt. An uereris,ne proles Furiana deficiat,& ex te parens tuus,non habeat pusionem:qui reptet in pectore,& ceruicē eius stercore linat? Quippe ni omnes habent filios, qui habuere matrimonia? & quibus nati sunt liberi,suo generi respondērūt? Exhibuit Ciceronis filius,patrē in æloquentia? Cornelia nostra,pudicitiæ simul & fœcunditatis exēplar, Gracchos se genuisse lætata est? Ridiculū est sperare pro certo,quod multos,& nō habere uideas:& cum habuerint,perdidisse. Cui dimittes tantas diuitias? Christo,qui mori nō potest. Quē habebis hæredē? Ipsum,quē & dnm. Contristabitur pater,sed lætabitur Christus:lugebit familia,sed angeli gratulabuntur. Faciat pater quod uult de substantia sua:nō es eius,cui nata es: sed cui renata: & qui te grandi precio redemit,sanguine suo. Caue nutrices & gerulas,& istiusmodi uenenata animalia:quæ de corio tuo,saturari uentrē suū cupiunt. Nō suadent quod tibi,sed quod sibi p sit. Et sæpe illud obgāniunt. Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta? Nec dulces natos, Veneris nec premia noris? Vbi pudicitiæ sanctitas,ibi frugalitas est. Vbi frugalitas,ibi dāna seruulorū. Quicqd non tulerint,sibi ablatum putāt:nec cōsyderāt de quāto,sed quātū accipiāt. Vbicūq; uiderint Christianū,statim illud de triuio,ὁ γραικὸς ἐπιθέτης, uocāt impostorē,detrahūt: Hi,rumores turpissimos serūt: & quod ab ipsis egressum est:id ab alijs audisse se simulant:ijdē auctores & exaggeratores. Exit fama de mendacio:quæ cum ad matronas peruenerit, & earū linguis fuerit uentilata,prouincias penetrat. Videas plærasq; rabido ore sæuire:& tincta facie,
B uiperinis orbib9,dētibus pumicatis carpere Christianos. Hic aliqua,cui circa humeros hiacynthina læna est, Rācidulū qddā,balba de nare locuta Perstrepit, ac tenero supplātat uerba palato. Omnis consonat chorus,& latrant uniuersa subsellia. Iunguntur nostri ordinis,qui & rodūtur & rodunt. Aduersus nos loquaces,pro se muti:quasi & ipsi aliud sint,cū monachi:& nō quicquid in monachos dicit,redundet in clericos,qui patres sunt monachorū. Detrimentū pecoris,pastoris ignominia est: Sicut e regione,illius monachi uita laudanda est,qui ueneratione habet sacerdotes Christi:& non detrahit gradui,per quem factus est Christianus. Hæc locutus sum in Christo filia,non dubitans de proposito tuo(nūcq; em exhortatorias litteras postulares,si ambigeres de bono monogamiæ):sed ut nequitiā seruulorū, qui te uenalem portāt,& insidias affinium,ac pium parentis errorem intelligeres:cui ut amorem in te tribuā,amoris scientiam non concedo:dicens aliquid cum Apostolo: Cōfiteor,çelum dei habent:sed nō secundum scientiam. Imitare potius(crebro em idipsum repetā) sanctā matrē tuam,cuius ego quoties recordor:uenit in mentē ardor in Christū, pallor ex ieiunijs,eleemosynæ in pauperes, obsequiū in seruos dei,humilitas uestium & cordis,atq; in cunctis sermo moderatus. Pater tuus (quem honoris causa nomino,nō quia consularis & patritius,sed quia Christianus est) impleat nomē suum. Lætetur filiā genuisse Christo,nō sæculo. Quin potius doleat,quod & uirginitatē frustra amiseris,& fructus perdideris nuptiarum. Vbi est maritus,quē tibi dedit? Etiā si amabilis,si bonus fuisset,mors rapuisset omnia:& copulam carnis,soluisset interitus. Arripe quæso occasionē, & fac de necessitate uirtutē. Nō quærunt in Christianis initia, sed finis. Paulus male cœpit,sed bene finiuit. Iudæ laudant exordia:sed finis proditione damnatur. Lege Ezechielē:Iustitia iusti nō liberabit eum,in quacūq; die peccauerit. Et impietas impij nō nocebit ei,in quacūq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Ista est scala Iacob,per quam angeli conscendūt & descendunt: cui dominus innititur, lassis porrigens manum: & fessos ascendentium gradus,sui contemplatione sustentans. Sed sicut non uult mortem peccatoris tantum,quantum ut conuertatur & uiuat:ita tepidos odit, & cito ei nauseam faciunt. Cui plus dimittitur, plus diligit. Meretrix illa in euangelio baptizata lachrymis suis: & crine, quo multos ante decœperat: pedes domini tergens, saluata est. Non habuit crispantes mitras: nec stridentes calceolos,

nec

C nec orbes ſtibio fuliginatos. Quanto fœdior, tanto pulchrior. Quid faciat in facie Chriſtia/
næ, purpuriſſus & ceruſſa? Quorum alterum, ruborem, genarum labiorum q̃ mentitur: alte/
rum, candorem oris & colli: ignis iuuenum, fomenta libidinum, impudicæ mentis indi/
cia. Quomodo flere poteſt pro peccatis ſuis: quæ lachrymis cutẽ nudat: & ſulcos ducit in facie?
Ornatus iſte nõ dñi eſt: uelamen iſtud antichriſti eſt. Qua fiducia erigit ad cœlũ uultus: quos
conditor nõ agnoſcit? Fruſtra obtenditur adoleſcentia, & ætas puellaris aſſeritur. Vidua quæ
marito placere deſinit: & iuxta apoſtolũ uere uidua eſt: nihil habet neceſſarium, niſi perſeueran
tiam. Meminit priſtinæ uoluptatis: ſcit quid amiſerit: quo delectata ſit. Ardentes diaboli ſa/
gittæ, ieiuniorũ, & uigiliarum rigore reſtinguendæ ſunt. Aut loquendũ nobis eſt, ut ueſtiti ſu/
mus: aut ueſtiendũ, ut loquimur. Quid aliud pollicemur, & aliud oſtendimus? Lingua ꝓſonat
caſtitatem, & totũ corpus præfert impudicitiã. Hoc quãtũ ad habitũ pertinet, & ornatũ. Cæte/
uidua quæ in delitijs eſt (nõ eſt meũ, ſed Apoſtoli) uiuens mortua eſt. Quid ſibi uult hoc quod
ait: Viuens mortua eſt? Viuere qdẽ uidetur ignorantibus, & nõ eſſe peccato mortua: ſed Chri/
ſto, quẽ ſecreta non fallunt, mortua eſt. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Quorundã homi
nũ peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudiciũ: quoſdam autẽ & ſubſequuntur. Similiter
& facta bona manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt. Quod dicit, iſtiuſ/
modi eſt. Quidam tam libere & palam peccant: ut poſtq̃ eos uideris, ſtatim intelligas peccato/
res. Alios autẽ qui callide occultant uitia ſua: ex ſequenti cõuerſatiõe cognoſcimus. Similiter &
bona apud aliquos in ꝓpatulo ſunt: in alijs longo uſu diſcimus. Quid ergo neceſſe eſt nos ia/
ctare pudicitiam: quæ ſine comitibus & appendicijs ſuis, continentia & parcitate, fidem ſui face
re non poteſt? Apoſtolus macerat corpus ſuum, & animæ ſubijcit imperio: ne quod alijs præci
pit, ipſe non ſeruet: & adoleſcentula feruente cibis corpore, de caſtitate ſecura eſt? Neq; uero
hæc dicens condemno cibos, quos deus creauit ad utendũ cum gratiarũ actione: ſed iuuenib9
D & puellis, incentiua aufero uoluptatum. Nõ Aetnæi ignes, nõ Vulcania tellus, nõ Veſeuus &
Olympus tantis ardoribus æſtuant: ut iuueniles medullæ uino plenæ, & dapibus inflãmatæ.
Auaricia calcat a plæriſq; & cum marſupio deponitur. Maledicã linguam, indictum emẽdat ſi/
lentiũ. Cultus corporis, & habitus ueſtiũ: unius horæ ſpacio cõmutatur. Oĩa alia peccata ex/
trinſecus ſunt: & quod foris eſt, facile abijcitur: Sola libido inſita a deo ob liberorũ procreatio/
nem: ſi fines ſuos egreſſa fuerit, redundat in uitiũ: & quadã lege naturæ, in coitũ geſtit erumpe/
re. Grandis igitur uirtutis eſt, & ſollicitæ diligentiæ, ſuperare quod nata ſis: in carne, non carna/
liter uiuere: tecũ pugnare quotidie, & incluſum hoſtem Argi (ut fabulæ ferunt) centũ oculis ob
ſeruare. Hoc eſt, quod Apoſtol9 uerbis alijs loquebat: Oĩe peccatũ, quod fecerit homo, extra
corpus eſt. Qui aũt fornicat, in corpus ſuũ peccat. Aiunt medici, & qui humanorũ corporũ ſcri/
ꝓſere naturas: præcipueq; Galenus in libris, quorũ titulus περὶ ὑγιείης, puerorũ, & iuuenũ, ac per
fectæ ætatis uirorũ, mulierũ q; corpora inſito calore feruere, & noxios illis eſſe cibos ætatibus, q
calorẽ augeant: ſanitatiq; cõducere, frigida quæq; in eſu & potu ſumere. Sicut ecõtrario ſenib9,
qui pituita laborant & frigore, calidos cibos, & uetera uina prodeſſe. Vnde & ſaluator: Attendi/
te, inquit, uobis: ne forte grauentur corda ueſtra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ. Et
Apoſtolus: Vinũ in quo eſt luxuria. Nec mirum hoc figulũ ſenſiſſe de uaſculo, quod ipſe fabri
catus eſt: cũ etiã Comicus, cuius finis eſt humanos mores noſſe, atq; deſcribere, dixerit: Sine ce/
rere & libero friget Venus. Primũ igitur, ſi tamẽ ſtomachi firmitas patitur: donec puellares an/
nos trãſeas, aquã in potu ſume: quæ natura frigidiſſima eſt. Aut ſi hoc imbecillitas ꝓhibet: audi
cum Timotheo: Vino modico utere ꝓpter ſtomachũ, & frequẽtes tuas infirmitates. Deinde in
ipſis cibis calida quæq; deuita. Nõ ſolũ de carnibus loquor: ſup q̃bus uas electionis ꝓfert ſentẽ/
tiã. Bonũ eſt uinũ nõ bibere, & carnẽ nõ mãducare: ſed etiã in ipſis leguminib9 inflantia quæq;
& grauia dedinãda ſunt: nihilq; ita ſcias cõducere Chriſtianis adoleſcentib9, ut eſum olerũ. Vñ
& in alio loco: Qui infirmus eſt, ait, olera manducet: ardorq; corporum, frigidioribus epulis
temperandus eſt. Sic autem tres pueri & Daniel, leguminibus ueſcebant. Pueri erant: necdũ
ad ſartaginem uenerant, in qua rex Babylonius ſenes iudices frixit. Nobis nõ corporis cultus,
qui in illis (excepto priuilegio gratiæ dei) ex huiuſcemodi cibis enituerat: ſed animæ uigor

quærit:

A quæritur:quæ carnis infirmitate fit fortior. Inde eſt,quod nõnulli uitam pudicã appetentium, in medio itinere corruunt: dum ſolã abſtinentiã carnium putant:& leguminibus onerant ſtomachum:quæ moderate parceq; ſumpta,innoxia ſunt. Et(ut quod ſentio loquar)nihil ſic inflã mat corpora,& titillat membra genitalia,ſicut indigeſtus cibus,ructuſq; cõuulſus. Malo apud te filia,uerecundia parumper,cẽ cauſa periclitari. Quicquid facit ſeminariũ uoluptatũ,uenenũ puta. Parcus cibus & uenter ſemper eſuriens,triduanis ieiunijs præfertur. Et multo melius eſt quotidie parum,cẽ raro ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt: quæ ſenſim deſcendit in terram. Subitus & nimius imber in præceps,arua ſubuertit. Quando comedis,cogita,quod ſtatim tibi orandum, ilico & legendum ſit. De ſcripturis ſanctis,habeto fixum uerſuũ numerũ:Iſtud penſum domino tuo redde. Nec ante quieti membra concedas,cẽ calathum pectoris tui, hoc ſub tegmine impleueris. Poſt ſcripturas ſanctas,doctorũ hominũ tractatꝰ lege:eorũ dũtaxat,quorũ fides nota eſt. Nõ neceſſe habes aurũ in luto quærere. Multis margaritis,unã redime margaritã. Sta,iuxta Hieremiã,in uijs pluribus: ut ad illã uiã, quæ ad patrẽ ducit,puenias. Amorẽ moniliũ atq; gẽmarũ ſericarũq; ueſtiũ,tranſfer ad ſcientiã ſcripturarũ. Ingredere terrã repromiſſionis,lacte & melle manantẽ. Comede ſimilam & oleum:ueſtire cũ Ioſeph uarijs indumẽtis:perforentur aures tuæ,cum Hieruſalem ſermone dei: ut precioſa ex illis,nouarum ſegetum grana dependeant. Habes ſanctum Exuperium, probatæ ætatis & fidei: qui te monitis ſuis frequenter inſtituat. Fac tibi amicos de iniquo mammona:qui te recipiant in æterna tabernacula. Illis tribue diuitias tuas:qui non Phaſides aues,ſed cibarium panem comedant:qui famem expellant,non qui augeant luxuriam. Intellige ſuper egenum & pauperem. Omni petẽti te,da:ſed maxime domeſticis fidei:nudũ ueſti,eſurientẽ ciba,ægrotantẽ uiſita. Quotienſcũq; manum extendis,Chriſtum cogita. Caue ne mendicante domino deo tuo:alienas diuitias augeas. Iuuenum fuge conſortia. Comatulos,comptos,atq; laſciuos,domus tuæ tecta nõ uideãt. Cantor pellatur,ut noxius. Fidicinas & pſaltrias,& iſtiuſmodi chorũ diaboli,quaſi mortifera ſirenarum carmina,proturba exædibus tuis. Noli ad publicum ſubinde,pcedere: & ſpadonum exercitu præeunte, uiduarum circũferri libertate. Peſſimæ conſuetudinis eſt:cum fragilis ſexus & imbecilla ætas;ſuo arbitrio abutitur:& putat licere,quod libet. Omnia quidem licẽt, ſed non omnia expediunt. Nec procurator calamiſtratus,nec formoſus collactaneus:nec candidulus & rubicundus aſſeda,adhæreat lateri tuo. Interdum animus dominarũ ex ancillarum habitu iudicatur. Sanctarũ uirginũ & uiduarum ſocietatem appete. Et ſi ſermocinandi cum uiris incubuerit neceſſitas,arbitros ne deuites:tantaq; cõfabulandi fiducia ſit:ut intrante alio,nec paueas,nec erubeſcas. Speculũ mẽtis eſt facies:& taciti oculi,cordis fatentẽ arcana. Vidimus nuper ignominioſum quendã per totum orientem uolitaſſe rumorẽ. Et ætas,& cultus,& habitꝰ, & inceſſus,& indiſcreta ſocietas,exquiſitæ epulæ,regius apparatus,Neronis & Sardanapali, nuptias loquebantur. Aliorum uulnus,noſtra ſit cautio. Peſtilente flagellato,ſapiens ſapientior erit. Sanctus amor,impatientiam non habet. Falſus rumor cito opprimitur: & uita poſterior,iudicat de priore. Fieri quidem non poteſt:ut abſq; morſu hominum,uitæ huius curricula quis pertranſeat : malorumq; ſolatium eſt,bonos carpere, dum peccantium multitudine, putant culpam minui peccatorum: Sed tamen cito ignis ſtipulæ conquieſcit,& exundãs flamma, deficientibus nutrimentis,paulatim emoritur. Si anno præterito fama mentita eſt:aut certe ſi uerum dixit:ceſſet uitium,ceſſabit & rumor. Hæc dico:non quod de te ſiniſtrum quid metuam: ſed quod pietatis affectu,etiam quæ tuta ſunt pertimeſcam. O ſi uideres ſororem tuam:& illud ſacri oris æloquium,coram audire te contingeret:cerneres in paruulo corpuſculo,ingentes animos. Audires totam ueteris & noui teſtamenti ſupellectilem ex illius corde feruere. Ieiunia pro ludo habet, orationem pro delitijs. Tenet tympanum in exemplum Mariæ, & Pharaone merſo,uirginum choro præcinit: Cantemus domino,glorioſe enim magnificatus eſt:equum & aſcenſorem deiecit in mare. Has docet pſaltrias Chriſto, has fidicinas erudit ſaluatori. Sic dies, ſic nox ducitur: & oleo ad lampades præparato, ſponſi expectatur aduentus. Imitare ergo & tu conſanguineam tuam. Habeat Roma:quod auguſtior urbe Romana poſſidet Bethlehem. Habes opes, facile tibi eſt indigentibus uictus ſubſidia miniſtrare. Quod luxuriæ

B parabatur,

C parabatur, uirtus insumat: nulla nuptias contemptura, timeat egestatem. Redime uirgines, quas in cubiculum regis inducas. Suscipe uiduas, quas inter uirginum lilia, & martyrum rosas, quasi quasdam uiolas misceas: pro corona spinea, in qua Christus mundi delicta portauit, talia serta compone. Lætetur & adiuuetur nobilissimus pater tuus: discat a filia, quod didicerat ab uxore. Iam incanuit caput, tremunt genua, dentes cadunt: & fronte ob seniũ rugis arata, uicina est mors in foribus, designatur rogus prope. Velimus, nolimus, senescimus. Paret sibi uiaticũ: quod longo itineri necessarium est. Secum portet, quod inuitus dimissurus est, imo præmittat in cœlum. Quod si negauerit, terra sumptura est. Solent adolescentulæ uiduæ: quarum nõnullæ abierunt retro post satanam, cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubentes dicere: Patrimoniolũ meũ quotidie perit: maiorum hæreditas dissipatur: seruus contumeliose locutus est: imperium ancilla neglexit. Quis procedet ad publicum? quis respondebit pro agrorũ tributis? Paruulos meos quis erudiet: & uernulas quis educabit? Et hanc (proh nefas) causam, opponũt matrimonij: quæ uel sola debuit nuptias impedire. Superducit mater filijs: nõ nutritiũ, sed hostem: non parentem, sed tyrãnum: Inflãmata libidine, obliuiscitur uteri sui: & inter paruulos, suas miserias nescientes, lugens dudum, noua nupta componitur. Quid obtendis patrimoniũ? Quid superbiam seruulorũ? Cõfitere turpitudinẽ. Nulla idcirco maritũ ducit: ut cum marito nõ dormiat. Aut si certe libido non stimulat: quæ tanta insania est, in morẽ scortorum, pstituere castitatem, ut augeãtur diuitiæ: & ppter rem uilem atq; perituram, pudicitia, quæ & preciosa & æterna est, polluatur? Si habes liberos, nuptias quid requiris? Si nõ habes: quare expertã nõ metuis sterilitatem: & rem incertam, certo præfers pudori? Scribuntur tibi nũc sponsales tabulæ: ut post paululum testamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas: & quod te moriturã facere uolet, ipse uicturus faciet: aut si euenerit, ut ex secundo marito habeas filios: domestica oritur pugna, intestinũ prelium: Non licebit tibi amare liberos: nec æquis aspicere oculis, quos genuisti: Clam porriges cibos, inuidebit mortuo: & nisi oderis filios, adhuc eorum amare uideberis patrem. Quod si de priore uxore sobolem habens, domũ te introduxerit: etiam si clæmẽ-

D tissima fueris: omnes comœdi, & mimographi & cõmunes rhetorum loci, in nouercam sæuissimã declamabunt. Si priuignus languerit, & condoluerit caput: infamaberis, ut uenefica. Si non dederis cibos, crudelis: si dederis, malefica diceris. Oro te, quid habent tantum boni secũdæ nuptiæ, ut hæc mala ualeant compensare? Volumus scire, quales esse debeant uiduæ? Legamus euangeliũ secundũ Lucam: Et erat, inquit, Anna prophetissa filia Phanuelis de tribu Aser. Anna interpretatur, gratia. Phanuel in lingua nostra resonat, uultũ dei. Aser, uel in beatitudinẽ, uel in diuitias uertitur. Quia igitur ab adolescentia usq; ad octogintaquatuor annos, uiduitatis onus sustinuerat: & non recedebat de templo dei, diebus ac noctibus insistens ieiunijs & obsecrationibus: idcirco meruit gratiam spiritalem: & nuncupari filia uultus dei: & ataui beatitudine diuitijsq; censeri. Recordemur uiduæ Sareptanæ: quæ & suæ & filiorum saluti, Heliæ prætulit famem: ut in ipsa nocte moritura cum filio, superstitem hospitem relinqueret: malens uitã perdere, cũq; eleemosynam: & in pugillo farris, seminariũ sibi messis dñicæ præparauit. Farina seritur, & olei capsaces nascitur. In Iudæa frumenti est penuria. Granum eñ tritici ibi mortuũ fuerat: & ingentia uiduæ olei fluenta manabant. Legimus in Iudith (si cui tamen placet uolumen recipere) uiduam confectã ieiunijs: & habitu lugubri sordidatã, quæ non lugebat mortuum uirum: sed squalore corporis, sponsi quærebat aduentum. Video armatã gladio manum: cruentã dexterã. Recognosco caput Holophernis de medijs hostibus reportatũ. Vincit uiros fœmina, & castitas truncat libidinem: Habitu q; repente mutato, ad uictrices sordes redit, omnibus sæculi cultibus mundiores. Quidã imperite, & Deborã inter uiduas numerãt: ducemq; Barach arbitrãtur Deboræ filium: cum aliud scriptura commemoret. Nobis ad hoc nominabitur, quod prophetissa fuerit: & in ordine iudicum supputetur. Et quia dicere poterat: Quã dulcia gutturi meo æloquia tua: super mel & fauum ori meo: Apis nomen accepit, scripturarum floribus pasta: spũssancti odore perfusa: & dulces Ambrosiæ succos prophetali ore cõponẽs. Noemi, quæ nobis sonat παρακεκλημένη: quã interpretari possumus, consolatam: marito & liberis peregre mortuis, pudicitiam reportauit in patriam: & hoc sustentata uiatico, nurum Moabitidem tenuit.

Vt illud

A Vt illud Esaiæ uaticinium compleretur: Emitte agnum dñe dñatorẽ terræ, de petra deserti, ad montẽ filiæ Sion. Venio ad uiduã de euangelio: uiduam pauperculã, omni Israelitico populo ditiorem: quæ accipiens granum sinapis: & mittens fermentum in farinæ satis tribus, patris & filij confessionẽ, spiritussancti gratia temperauit: & duo minuta misit in Gaçophylaciũ. Quicquid habere poterat in substantia sua: uniuersasq; diuitias in utroq; fidei suæ, obtulit testamẽto. Hæc sunt duo seraphim ter glorificãtia trinitatem: & in thesauros ecclesiæ condita. Vnde & forcipe utriusq; testamenti, ardens carbo comprehẽsus, purgat labia peccatoris. Quid uetera repetam, & uirtutes fœminarum de libris proferam: cum possis multas ante oculos tibi proponere in urbe qua uiuis: quarum imitari exemplum debeas? Et ne uidear adulatione per singulas currere, sufficit tibi sancta Marcella: quæ respondens generi suo, aliquid nobis de euangelio retulit. Anna septem annis a uirginitate uixerat cum marito: ista septem mensib⁹. Illa Christi expectabat aduentum: ista tenet, quem illa susceperat. Illa uagientem cernebat: ista prædicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel: hæc cum redemptis gentib⁹ clamitat: Frater nõ redimit, redimet homo. Et de alio psalmo: Homo natus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus. Scio me ante hoc ferme biennium, ædidisse libros contra Iouinianum: quibus uenientes econtrario questiones: ubi Apostolus concedit secunda matrimonia, scripturarũ auctoritate contriui. Et non est necesse eadẽ ex intregro scribere: cũ possis inde quæ scripta sunt mutuari. Hoc tantũ, ne modũ egrediar epistolæ, admonitã te uolo. Cogita quotidie te esse morituram, & nunc̃ de secũdis nuptijs cogitabis.

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Gerontiam uiduam dehortatur a digamia, hoc est, secũdis nuptijs: refellens eos, qui ex uerbis diui Pauli probabant iteratas nuptias. Epistola est, cum primis erudita & æloquens. Primam partem habet laudatoriam, ueluti per excursum, quo fere solet uti. In secũda tractat argumentis rem ipsam. In tertia rursum expatiatur in locum cõmunem, de calamitatibus rerum humanarum. Sed mirum, & scite utrãq; digressionem ad ꝓpositum argumentum accõmodet, optim⁹ artifex. B

¶ SCHOLIA.

¶ Nuetere uia.) Id significat, quod in arte poetica præcipit Horatius: ut uulgatum & a multis tractatum argumentum, ita tractemus, ut nouum reddatur. Publica materies, priuati iuris erit &c. Via publica est, quam græci uocãt λεωφόρον. Semita uia est angustior, & a publica diuertens. ¶ Ad Gerontiam.) Nomen huius fœminæ, uarie scriptum reperitur in omnib⁹ exẽplaribus. Quædam habent Geruntiam, quædam Gerutiam, quædam Aggerochiam, alia Acherusiã. Nec magnopere pertinebat ad rem, quo nomine uocaretur, nisi quod mox subijcit: Quæ quodam uaticinio futurorum, ac dei præsidentis auxilio, nomen accepit. Fortasse legendum, Gyrutiam, propter id quod mox sequitur: Quã matris, auiæ, amitæq; probatarũ in Christo fœminarũ, nobilis in Christo turba circũstat. Gyrus em̃ circulus est. Aut Gerutiam, ut a græco sermone ducatur, γέρας enim græce honorem ac premium significat. Aut certe Agerusiam, a græco uerbo ἀγείρω, quod est congrego, & concilio. Inuenio & apud Orosium, Gerontium quendam, a quo Constans Constantini filius interfectus est. Vnde Gerontia dicta uideri potest, ab honore: a quo ueteres dixere γέροντα. ¶ Quarũ auia.) Ne intelligas hãc esse auiam earũ, quas modo nominauit: sed quarum, posuit distributiue, pro inter quas, siue ex quibus: ueluti cum dicimus, quorũ fuit Plato, id est, de quorum numero fuit. ¶ Soror Celerini patris.) Et hic locus in omnibus, quæ quidem uiderim exemplaribus deprauatus habetur. Verum non obscurũ est, quo modo restituendus sit. Nimirum ut legas, Soror Celerini patris, quæ Gerõtiam nutriuit infantem, & in suo natam susceꝑit gremio, ꝑ ãnos uiginti, mariti solatio destituta: erudit neptem, quod a matre didicit. Siquidem auia Gerõtiæ, Metronia uocabatur, mater Benigna, Pater Celerinus: amita, hoc est, Soror patris, educauit neptem Gerõtiam. Nisi quod opinor asscriptum fuisse nomen amitæ, quæ Agerontia, aut simile quippiam, dictum uidetur. ¶ Quod a matre.) Incertum an a matre Gerõtiæ, an a sua: sed ueriſimilius est hanc a sorore didicisse, quod neptem doceret suam. ¶ Posthumus.) Posthumi uocantur, qui patre defuncto nascuntur. Maritus igitur Gerõtiæ, Simplicius est dictus: quod nomẽ inditũ est filio, ut patrem referret etiam nomine, nec uideretur perdidisse suum Simpliciũ mater. ¶ Loci huius cõtinentiã.) Continentiam uocat, non materiam, ut uulgus loquitur indoctum, sed contiguitatem: continens em̃ dicitur, quod adhæret & contingit. Sentit autem se uelle explicare, quæ locum hunc proxime præcedunt & quæ sequuntur, quo melius intelligatur. ¶ Ne transuersum quidem.) Vnguem latum intelligit, quod ꝓuerbio solet dici, pro minimo spatio. ¶ Hoc em̃ κατασρηνιάσωσι. græc⁹. ſ.ſ.) σρηνιάω est licenti⁹ & imoderatius agere, quod mihi uidetur cõmodissime reddi posse, si dixerimus lasciuire. Vocem compositam putant, παρὰ τὸ σείρω, quod est auferre & ἡνία, id est, habena: ut translatum sit ab animantibus brutis, quæ freno, uel habenis reuulsis, suo feruntur arbitrio, & pastu ferociẽtia nõ obtemperãt habenis. Siue a σχινῶν,

C quod est durũ, ꝓpterea, quod iã intractabiles sint, nec regi possint. Deinde ꝓpositio κατὰ addita in cõpositione, significat incõmodũ aliquod eius qui apponitur in genitiuo. Siquidẽ hæc ꝓpositio, quoties hunc asciscit casum, reddit uerbũ relatiuũ, & fere significat in malam partem: ut καταφρονεῖμ & καταψκφίζομαι, id est, sentio in contemptũ alicuius, & fero suffragium aduersus hunc aut illũ. Ita κατασρηνιᾶμ τοῦ χρίσοῦ, est lasciuire in contumeliã & iniuriam Christi, seu ferocire aduersus Christũ, cuius prætextu, alitæ sunt usq; ad intemperantiã. Ambrosius utitur huiusmodi traductiõe. Cũ em̃ in delitijs egerint in Christo, nubere uolunt. Proinde miror, unde inuaserit hoc uerbum, fornicatæ fuerint. Magis quadrat, quod habetur in æditioñe uulgata, luxuriatæ. Aliud em̃ luxuria, aliud libido. Sed de his copiosius disserui/mus, in Annotationib⁹ nostris in nouũ testamẽtũ æditis. ¶ Risit & arguto.) Versus est ex Elegijs amatorijs Ouidij. ¶ In boue & asino.) Hoc ludæis erat prohibitũ, ne ararent in boue & asino: ut patet Deuteronomij. cap. 20. Quẽ locum diuus Hieronymus traxit ad allegoriã imparis matrimonij, sic em̃ uocauit superius, quod fidelem copulat cum infideli. ¶ Ne tunica nuptialis.) Est in eodẽ capite: ne fas esset uti uestẽ, partim ex lana, partim ex lino cõtexta. ¶ Non minus sexagenariã.) Paulus in epistola ad Timotheum prima. cap. 5. uetat ne qua uidua recipiat̃ in ministeriũ ecclesiæ, minor sexaginta annis. ¶ Quæ uere uiduæ sunt.) Respexit ad etymologiam uerbi: nam latinis priscis, uiduare erat spoliare & orbare. Vnde & uiduertatem, calamitatem appellant. Et græcis χήρα dicitur, a χωρῶ, quod est separo: aut a χαρὰ quod est gaudium, κατ᾽ἀμτίφρασιμ, quasi sit oĩbus oblectamentis orbata. Corban.) In euangelio Matthei. cap. 15. δῶρομ legitur, id est, donum. Hieronymus hic Hebraicam addidit uocem קָרְבָּן, quod ea significet, non quoduis donum, sed proprie quod templo dicatur. Vnde & locum in quo dona huiusmodi seruabantur, corbanam uocabant. ¶ Inferiarum officium.) Inferias parentalia uocant, ab inferendo, ultimum illum honorem quẽ cognati exhibent defunctis. Vetat autem lex Moysaica sacerdotẽ cõtaminari ullius funere, nisi uxoris, matris, filiæ & sororis, si uirgo fuerit. ¶ Castitatem repperit perditricem.) Vel quia debilitato corpore, uel quia impia sit, & nihil cõferens ad salutẽ. Hierophanta.) Græce ἱεροφάνπς dicitur, qui ostendit & ordinat mysteria sacrorum, ab ἱερὸμ sacrum, & φαίνω ostendo. Ponitur & pro sacrifico, nõnunq; pro ædituo. Euirat uirum.) Ita quidem consentiũt exemplaria. Ego tamen legendum arbitror, euiratur: ut intelligas hierophantam, hoc est, sacerdotem apud Athenienses castrari, & execari, ne libidine contaminetur: cuiusmodi sunt galli Cybelis sacerdotes. At nunc nõ admittũtur, nisi hac quoq; parte integri. Flamen.) Flamines erant sacerdotes quidam Romæ, sic dicti, quasi filamines, quod in summo uertice lanea fila gestarent. Alij putãt a pileo dictos, quasi pileamines. ¶ Tauri Aegyptij.) Apim bouem intellige, quẽ olim Aegyptij, numinis loco colebant. De quo per multa He
D rodotus in Thalia. ¶ Vestæ uirginis.) Vestales uocantur, quæ æternum ignem seruabant: harum si qua incestus cõuicta fuisset, uiua defodiebatur. De quibus copiosissime Plutarchus in uita Numæ. De sacerdote lex extat apud Senecam. Sacerdos pura sit e puris, casta e castis. ¶ Iunonisq; Achiuæ.) Opinor legendum, Argiuæ pro Achiuæ: cuius mẽtionem facit & Vergilius. ¶ Apollinis.) De Apolline & Diana testatur Horatius in Odis. Dianam teneræ dicite uirgines. Intonsum pueri dicite Cinthium. ¶ Hasdrubalis uxorem.) Haud dubium, quin de Sophonisba Hasdrubalis uxore sentiat, quam Massinissa uisam statim adamare cœpit, ac factis nuptijs uxorem habuit. A cuius amore, cum auocaretur castigante Scipione, uideretq; sibi nõ licere eam retinere, uenenum illi misit: quo mox epoto, mulier interijt. Authores Titus Liuius decadis tertiæ libro decimo, & Plutarchus in uita Scipionis Africani. Nec mirandum si Hieronymus historiam uariauit, alium quempiam secutus. Et non raro solet huiusmodi narrandi uarietas occurrere. Cæterum Lucretiæ fabula, quæ sibi sua manu necem consciuit, notior est, q̃ ut hic sit recensenda. ¶ Reginam Carthaginis.) Didonem intelligit, quæ cũ procum Hiarbam spreuisset, & ab Aenea desereretur, gladium adegit pectori, mori malens, q̃ procos contemptos rursum sequi, corpus exanime rogo impositum, quem ipsa extruxerat. Narrat Vergilius in quarto Aeneidos. ¶ Gens Theutonum.) Hæc historia narratur a Valerio Maximo, libro memorabiliũ sexto, capite de pudicitia, sed paulo diuersius q̃ Hieronymus. Ait enim uxores Cimbrorum a uictore petisse, ut uirginibus uestalibus dono mitterentur, nec minus caste, q̃ illas se uicturas. Id cum esset negatum, mortis cõsilium cœperũt. Refert Plutarchus in uita Marij, & Florus in epitomate Liuianæ historiæ libri. 68. si quis forte plenius de his edoceri cupiet. Cereris ac ueneris.) Suspicor hic subesse mendum, etiamsi adhũc modum constanter habent exemplaria. Arbitror pro Veneris scriptum fuisse, Vestæ: quam uocem cum sciolus ille quisquis fuit, in suo Catholico non repperisset, Vestam mutauit in Venerem. Si quidẽ Cereri quoq; a puris mulieribus sacra fiebant, adeo ut nefas esset, uiros interesse. ¶ Ipsa digitorum cõiunctio.) Vt nũc calculis, ita quondam digitorum notis supputabant, ut testatur Iuuenalis, Plinius & Donatus in Adelphos Terentij: hoc est, explicitis aut contractis digitis, numerum quem uolebãt significabant. Quæ ratio computandi manet hodie quoq;, sed diuersa. Porro ueteres molliter coniũctis digitis, triginta significabãt: reliquis digitis uno superiore pressis, sexaginta, Porro post nonaginta nouem, a sinistra ad dextram transferebatur supputatio, ijsdemq; digitis, sed non eadem manu, uelut in circulum computatio recurrebat. Hæc ad hunc locum intelligendum satis sunt. Qui plura uolet cognoscere, legat nostra in primum aduersus louinianum librum scholia. ¶ Herodi impijssimo.) Christus apud Lucam admonitus ut secederet, quod Herodes eũ pararet occidere. Ite, inquit, & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras. Vulpes autem habent suas latebras in spinetis. Vnde, uulpes foueas habent. Mundi amatores neglecto sermone diuino, in diuitijs acquiescunt. ¶ Publicarum libidinũ uictimas.) Iisdem uerbis & superius significauit passim prostitutam pudicitiam. ¶ Ante annos plurimos.) Ex hoc loco apparet diuum Hieronymum aliquando Damaso a sacris libellis fuisse, quem nunc secre-

tarium

A tarium uocãt, in his quæ pertinent ad consultationes Synodicas. Post tantas rudes.) Nisi locus depra uatus est, sentit toties libertatem reddità, mortua uxore seu marito. Nam rudis, uirga, qua gladiatores missionem accipiebant a sanguinario ludo. Vnde & milites ab onere militiæ dimissi, rudiarij uocãtur. Fit autem liber maritus, si moriatur uxor, & quasi rude donatur. Quem quis prior efferret.) Elegan tius erat, uter utrum efferret. Quãq; & hæc loquẽdi forma reperitur apud authores. Cæterum efferret, pro sepeliret, elegantissime dixit. Verum totus hic locus in exemplaribus habebatur confusissimus, nec uno modo deprauatus. Nos collatis ac pensiculatis diligenter omnibus, ita legendũ censemus: Post tãtas rudes, quẽ quis prior efferret, uicit maritus: & totius urbis populo cõfluente, coronatus: & palmã tenens adoriamq;, per singulos sibi acclamantes, uxoris multinubæ feretrum præcedebat. Nam ueteres gloriam seu uictoriam, adoriam uocabant. Quo uerbo usus est, & in Odis Horatius: ab ador, quod illi far dicebant, & palma uictoris insigne erat. Porro uictori in triumpho incedenti, acclamabatur undiq;: Io triumphe. Huc lepide alluśit Hieronymus. Festiuiter autem nouauit cõpositionem huius uerbi mul tinubæ, græcos imitatus, πολυγάμου, sicut superius nouam uocem finxit, nuptiator: cũ ea nusq; sit apud authores. Quarum tibi abũdans.) Si liceret ab exemplaribus consentientib⁹ dissentire, malim, abun de legi. In eo facilior est.) Nonnulli codices habebant, in eo felicior: utraq; lectio tolerabilis. Erunt duo in carnẽ unã.) Vides Hieronymum non ita citare hunc locum, ut habetur in uulgatis exemplari bus, Erũt duo in carne una: sed in carnem unam. Sic enim scribendum esse satis declarat quod sequit, Et nõ in duas, nec in treis. Et græca respõdent, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν, ut intelligas e duobus, uelut unum hominem fieri matrimonio. Quãq; hunc locum, nonnihil torquet Hieronymus. Qq; Christi conciliabula.) Quid ad hunc locum dicent, qui conciliabulum interpretantur diaboli concilium, quasi per contemptum dicatur conciliabulum? Hieremias captiuitate prod.) Hoc legitur apud hunc pro phetam. cap. 16. Mortua est, inquit.) Et hunc locum nonnihil torquet Hieronymus. Est autem apud ipsum prophetam. cap. 24. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea uespere &c. Nec ductur⁹ uxorem.) Hieremias ducturus erat, nisi fuisset prohibitus. Ezechiel duxerat, sed libera tus est, ut explicaret ænigma. Modo audit Petrus.) Ex hoc loco diuus Hieronymus uidetur in hac fuisse sententia, ut putaret Christianis non licere bellare: quod utinã omnibus persuasum esset. Mar cion calumniator.) Hic Heresiarcha, fuit Cerdonis dogmata secutus. Is duo principia inter se pugnan tia finxit, eum qui deus est legis ac prophetarum, negauit patrem esse Christi: quod Christi pater bo
B nus esset, ille iustus esset, non bonus: atq; ita separauit legem & euangelium, quasi nec ab eodẽ profecta: & illa esset iustitiæ, hoc bonitatis. Auctor Augustinus in libro de hæresibus ad Quoduultdeũ. Prin cipio & fine.) Magis arridet, quod in scriptis inuenio codicibus, principium & finis: ut eundem deum dicat principium, & finem, alpha & ω. Principium in lege Mosaica, finem in euangelio. Feruente fœ cunditate.) Ita habebant exemplaria, quæ uiderim. Verum dubium non est, quin legendum sit: Fenẽ næ. Helchana duas habuit uxores, Annam & Fenennam. Anna post diutinum tedium sterilitatis, tandẽ peperit Samuelem tãtum uirum. Historia est in primo regum libro. cap. 1. Licet monogamia, nos.) μόνος græce solus, γάμος coniugium significat: inde monogami, qui semel & uni dumtaxat nubunt. Nec eñ Isaac aliam habuit uxorem, nec Rebecca aliũ uirũ. Cuius solius partus.) Nulli cõtigit grauidæ, ut dominus prædiceret quid esset futurum. Duo, inquit, populi ex utero tuo diuidentur, & minor supera bit maiorem. Et sola Rebecca per se consuluit dominum, quid esset quod sentiret infantes in utero con certantes. De scorto prophetico.) Est in Osee, de uxore fornicaria & filijs fornicationis. De Annæ consilio.) Intelligit inutile & pernicioſum cõsilium. Anna soror Didus, apud Vergilium in quarto libro Aeneidos, eam impulit in amorem Aeneæ, ptextu coniugij. Promissa Sichei.) Sic habebant omnia exemplaria: Verum Seruius admonet legendum Sicheo, pro Sicheio, ut sit adiectiuũ. Hoc admonui, ne quis statim deprauet hunc locum. Si Timotheo dicitur.) Et huic loco nonnullam uim facit diuus Hieronymus. Nec eñ illic agit Paulus de periculo quod immineat pudicitiæ Timothei: sed de uiduis quæ sint suscipiendæ in curam ecclesiæ, & ecclesiastica stipe sustinendæ: nec est græce deuita, sed παραι τοῦ, id est, reijce ac refuta, siue ne admittas. Pyram, Gladiũ & incendium.) Pyram, id est, rogum quẽ Dido domi extruxerat ad exurenda monumenta Aeneæ. Gladium, ab illo relictum, quo se cõfodit. Et incẽdium, hoc ex historia ut opinor addidit Hieronym⁹. Nam Vergilius aliter rem narrat. Sororem mulierem.) Hoc scribit Paulus primo ad Corinthios capite nono, quod cũ Cephas reliquiq; apostoli, circũducerent mulieres, qui sumptus ad euangelium subministrabant, ipse tamẽ noluerit idem facere, ut pure prædicaret Christũ, absq; ulla quest⁹ suspitione. Vnius unciolæ.) Assis uncia, & cætera huius modi nomina, cõmunia sunt ad põdera, mẽsuras & numeros. Malitia sua.) κακία, quod miseriã quoq; significat. Malum apud latinos aliquando significat non uicium, sed incõmodum. Malicia non item. At κακία apud græcos utrũq;. Et magis conueniebat hic miseria. Iubet enim ne sollicitudine futuri, sim⁹ mi seri ante tempus, & calamitatem uitæ duplicemus. In nomine domini.) Verba sunt Petri ad claudũ Actuũ. cap. 3. De Megarensibus.) Megara græca ciuitas, media inter Peloponesum, Atticã & Boœ tiam. Hij quondam male audiebant, id quod declarat & prouerbium, quo dictum est, Megarenses ne q; tertios esse, neq; quartos, nec in ullo numero. Dictum est autem hoc in eos, quod ædificarent magni fice, & ijdem uiuerent uitam uoluptariam: ita fruentes gaudijs uitæ, quasi postridie e uita migraturi. Auidius eñ fruimur ijs, quibus mox carituri sumus. Qui tenebat de medio.) Refert Pauli uerba ex epistola secunda ad Thessalonicenses. cap. 2. Tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Hoc quidam de Nerone dictum accipiunt, Hieronym⁹ alio uidetur deflectere. Residemus.) Dixit p residui seu reliqui sumus: unde & resídem dicimus. Inter alpes & Pyreneum.) Nam galliarũ finis

C est mons pyreneus, qua spectãt Hispaniam. Alpibus ab Italia diuiduntur, Rheno a Germania. Et altero latere Tuscum pelagus attingunt, altero Oceanũ, ut refert Pomponius Mela. Sentit igitur uniuersam Galliam. Quadus Vuandalus.) Et de nominibus harum gentium, & unde uenerint, magna apud scriptores dissensio est. Satis constat ex ultimis Germaniæ Galliarumq; finibus exortos: nõ solum Gallias, uerũetiam Italiam, Pannonias, Hispaniam, Græciam, peruasisse. De quibus qui plenius uolet cognoscere, legat septimum Orosianæ historiæ librum. Scholijs breuitas cõuenit. Et o lugẽda respublica.) Hic interposuit exclamationem, quod ipse Pãnonijs finitimus esset, ut testatur in Catalogo suorum operũ, Stridonis oppidum, in quo natus fuit, Pãnoniæ Dalmatiæq; confiniũ fuisse, subuersum a Gotthis. Quãq; hic locus, mihi non uidetur uacare mendo. Suspicor legendum, & o lugenda res, ac publica additum fuisse a scriptore parum erudito. Porro quod hostes, hic addidit, quasi illi hostes nõ fuerint, ad Emphasim facit, eos hostes esse, quos cõueniebat esse amicos, utpote Romano subditos imperio. Etem Assur uenit.) Retulit locum ex psalmo octogesimo secundo, ubi cõmemoratis multis hostium nominib⁹ Idumæis, Ismaelitis, Moabitis, Agarenis, Gebalitis, Ammonitis, Amalechitis, Alienigenis, Tyrijs, ad summã uelut acerrimũ hostem subiecit. Etenim assur, inquit, uenit cum illis. Facti sunt in adiutorium filijs Lot. Ita dolet Pannonios adiunctos fuisse barbaris. Magontiacũ.) Extat hodiernis quoq; temporibus inclyta ciuitas Magõtia, siue Magontiacũ (utrũq; em̃ apud Orosium legitur) cum plurimis alijs insignis dotibus: tum uero archiepiscopali sede præminens, celebri bonarũ litterarũ Gymnasio nobilis, ac multis adhuc antiquitatis uisenda monumentis. Postremo non solum ueterum, hoc est, alienis clara litteris, sed & suis ingenijs illustrata: quippe quæ cum alios permultos omni doctrinæ genere præstantes uiros edidit, tũ uero præcipue Theodoricum Gresmundũ hominẽ ab ipsa natura, ad humanitatem, ad bonas litteras, ad æloquentiã illam uere Atticam, sculptum ac factum. Huic urbi omnes bonarum litterarum studiosi, non parum debent, ob egregiũ illud ac pene diuinum inuentum, stanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant, Gens olim annumerata Gallijs, utpote citeriorem Rheni ripam incolens, nunc & ditione, & cultu, & lingua, deniq; (quod est præcipuũ) morũ quoq; humanitate, modestia, fide sic Germana, ut non alia Germanior. Extremiq; hominum Morini.) Maronis Hemistichiũ retulit ex octauo Aeneidos. Hos Solinus ad Gallicum Oceanum extremos orbis facit, nisi sequeretur insula Britãnia, uelut alter orbis. Extat, imo extabat, hoc nomine in Picardia ciuitas episcopalis, quam uulgus Terrouanam uocat. Ea cum hæc scriberemus, magna ui oppugnabatur a duobus regibus, Henrico octauo, Britanniæ principe, & Maximiliano imperatore, adiuuantibus & Burgundionibus nostratibus. Deditio facta est: dimissi milites incolumes: postea nostris, opinor, agentibus oppidum indigne deletum est. Tornacus.) Hæc ciuitas, ut in hoc catalogo succedit Morinis, ita in calami-
D tate successit. Mox em̃ a Morinis deletis, Tornacum opulentissimum ac florentissimum oppidum, obsideri cœptum. Et quoniam parum conueniebat inter plæbeios & nobiles, deditio facta est, ut omnibus saluis in ditionem Britãnorum uenirent, ciuitas alioqui libera: cuiusmodi sunt aliquot in confinijs Francæ ditionis & Burgundicæ. Sed quoniam uidebãtur semper in Gallos propẽsiores fuisse, q̃ in nostros, & quia bellum oppidum, bello tentatum est, non euersum. Tenetur etiamnum ab Anglis. Atq; utinam Christiani principes, quos maxime conueniebat authores pacis esse, si modo uere Christo adhærerẽt, uel decimam partem earum pecuniarum, sollicitudinum, laborum, periculorum insumerent ad pacem tuendam, ad remp. bene administrandam, quæ nunc in teterrimum bellum insumunt: nimirũ, aut nulla essent bella, aut certe paucissima. Nemo nescit, Morinum alterum, minoris extrui potuisse q̃ obsessum fuit: & tamen uix duos menses ea durauit obsidio. Nec unq̃ ad manus uentum est, neq; enim unicum illud prelium, quo proceres aliquot Gallorum in Britãniam abducti sunt, nominatim eximius Iuuenis, dux Longeuillensis, & præfectus Claremõtanus, prelium appellari potest. Verum hæc alias deplorabimus: nunc scholiorum meminisse præstiterit. Nouemq; populorum.) At Plinius plures etiam commemorat Lugdunensis Galliæ populos. Irruptionis Cimbricæ.) De qua superius dictum est, cum de Theutonibus loqueremur a Mario deuictis. Nemetæ.) Hos nunc Spirenses esse, doctorum consensus est. Vrbs hodie inter Germanicas haud quaq̃ postremi nominis: neq; solũ episcopali sede insignis, uerumetiam templo admirandæ structuræ, & Regum Germaniæ sepultura nobilitata. Argentoratus.) Hæc ciuitas hodie inter Germanicas, uel florentissima est: non solum opibus, ac non Rheno tantum præterfluente: libertate perpetua, diuturna pace, qua iam olim sub clæmentissimo Cæsare Maximiliano semper augusto, fruunt: uerũ multo magis ciuium moribus, magistratuum prudẽtia, simul & integritate: quorũ opera fit, ut quemadmodũ olim a Massilienssiũ, ita nunc ab Argentoratorũ republica, uniuersa uirtutum & recte institutæ ciuitatis exẽpla petere possis. Ad hæc, quod ego sane, uel in prima nobilitatis parte posuerim, in nulla gente plus honoris habetur, uel egregiæ uirtuti, uel excellentib⁹ ingenijs. Vnde fit, ut non alia magis abundet sũmis uiris, in quibus & eruditionem comendat morũ integritas, & morũ integritatem ornat eruditio. Vulgo nũc Strasburgum appellant, nõnulli argentinã: cui si quis ex re nomen cõmutare uelit, non absre dixerit Aurentinam. Huius nũq̃ satis laudatæ urbis laudibus diutius immorari liberet, nisi uererer, ne quis me dicat Scholiorũ oblitum, scribere panegyricũ. Vangiones.) Hos pleriq; Vuormacienses uideri uolũt. Romã Brennus.) Brẽnus dux erat Gallorũ, a quibus olim Roma capta fuit. Sed hos Camillus, dum aurum quod erat pactum appenderetur, expulit urbe. Narrat Plutarchus in uita Camilli, & Liuius primæ decadis libro quinto. Gallogræciã.) Quã alio nomine Galatiã uocãt, Græciæ pars est, quã Galli occuparãt. Semibarbari proditoris.) Nisi fallor intelligit Rufinum, aut certe Stiliconem, de quo superius dictum est. Eundem notauit in epistola ad Demetriadem. Hannibal de Hispaniæ finibus.) Primũ em̃ transito, contra fœdus Ibero flumine,

saguntũ

A Saguntum Hiſpaniæ oppidum, Romanis ſocietate iunctum, expugnauit. Cæterum ipſum Hãnibalem tempeſtatem uocat. Quod autem hic narrat Hieronymus, id accidit poſt Cãnenſem pugnã, in qua ceciderunt Romanorũ quadraginta quinq; milia. Tantaq; Romæ cõſternatio fuit, ut ſi Hannibal Maharbalis conſiliũ ſecutus, cũ uictore exercitu recta Romam, quæ iam in conſpectu erat perrexiſſet, actum fuiſſet de imperio Romano. Vnde cũ pœniteret Hannibalem, quod ea nõ eſſet uſus occaſione, dictũ eſt illud: Vincere ſcis Hãnibal, uictoria uti neſcis. Aut potius cum uia Appia ꝓfectus ad Anienem fluuium, tertio ab urbe miliario cõſedit, magna omniũ cõſternatione. Sed religione quadã abſtinuit, quod diceret capiendæ urbis, modo nõ dari uoluntatẽ, modo nõ dari facultatem, ut teſtat & Oroſius. Pyrrhum tanta.) Hic rex fuit Epirotarũ, longo bello cõflictatus cum Romanis: qui ad uigeſimũ ab urbe lapidẽ caſtra poſuit. Olim a mari Pontico.) Locus hic nõnihil uidetur deprauatus, cuius cõſentiunt exemplaria, quæ quidem uiderim. Arbitror ita fuiſſe ſcriptũ a Hieronymo: Olim a mari Pontico, uſq; ad Alpes Iulias, non ſunt noſtra, quæ noſtra ſunt, & per ãnos triginta, fracto Danubij limite, in medijs Romani Imperij regionibus pugnatur. Aruerunt &c.) Oſtendit em̃ hoc malũ tam diutinũ eſſe ac uetus, ut exhauſtæ ſint lachrymæ, longo fletu. Alter toto orbe.) Hannibalem intellige, qui apud Pruſiam Bithyniæ regem, ueneno ſe peremit, cum depoſceretur a Romanis. Bonos exitus.) Id eſt, iuſtos: Nam Hannibal crudelis male perijt: alter ob reuerentiam Romanæ urbi habitam, in regno occubuit. Aut bonos, id eſt, felices, quia neuter uicit Romam. Nam hoc explicant quæ ſequuntur: Et utriuſq; prouinciæ Romani populi uectigales ſunt. Ardẽs poeta.) Id eſt Lucanus, quod ſit cõcitatus & uehæmẽs. Nõ mihi ſi linguæ centum.) Maronis carmen, mutatis aliquot uerbis, ad ſuam accõmodauit ſententiam. Fugiturũ an pugna.) Elegãs dilemma, cuius id quod inferendũ erat, cogitationi relinquit, ut ſit atrocius. Eſt em̃ & hoc rhetorici ſchematis genus. Pro feſcennino.) Id eſt, pro nuptiali carmine: de quo ſuperius dictũ eſt. Quæ ocioſæ & curioſæ.) His uerbis deſcribit Paulus uiduas, quæ nõ ſunt uere uiduæ.

Malarum ſocietate palpentur.) Id eſt, demulceantur. Vnde & palpones uocamus adulatores, quod adulantes caput demulceant, & eodem modo blandimur equis. Subeſt autem ſententia, quæ uulgo triſtiſſima eſt, miſerum eſſe ſolatij genus, ſocium habere miſeriæ.

ANTIDOTVS. In hac epiſtola duriuſcule ac pene cõtumelioſe inſectatur digamiam, cum eam extra numerum ponit, negans illam in terra bona naſci, ſed in ſpinetis: nec per ſe bonas uideri uult ſecundas nuptias, etiamſi turpioribus anteponũtur. Illud fortaſſe uidebitur cõtumelioſius: Si ſcortis melior ſit, ſi publicarum libidinũ uictimas ſuperet, ſi uni proſtituta ſit, nõ pluribus. Et in fine epiſtolæ, palã malas uocat digamas: Et malarum, inquit, ſocietate palpentur. Nam eccleſia tantũ honorem habet etiam ſecũdis ac tertijs nuptijs, & ſacramẽtũ uocat. Verũ diuus Hieronymꝰ, ardẽtiſſimo quodã amore pudicitiæ, nõ nunq; iniquior eſt matrimonio, potiſſimũ ſi iteretur: Et haud ſcio an illa ætate eccleſia matrimoniũ nu-
B merarit inter ſacramenta. Certe Dionyſius cum ex profeſſo de his tractet, matrimonij nullam facit mẽtionem. Præterea neceſſe erat Hieronymũ in hanc partem eſſe uehæmẽtiorem, quod ad libidinẽ ſatis ipſi ferimur: & exoriebãtur illa tempeſtate, qui matrimoniũ pene anteponerẽt cœlibatui. Quin hodie quoq; Theologi qdam, plus ſatis, meo quidẽ iudicio, laxant habenas coniugatis, cũ Hieronymꝰ interpretetur cubile immaculatũ, quoties uir & uxor ſtudio caſtitatis, in matrimonio uirginitatẽ imitãtur.

ALIVD. In eadem apparet in hac fuiſſe ſentẽtia, ut exiſtimaret in lege Moſaica licuiſſe belligerari, in euãgelica nõ idem permitti, cum Chriſtus iuſſerit Petrum recondere gladium. Quod utinam ſimpliciter Chriſtianis omnibus eſſet perſuaſum, ut nulla purgatione ſit opus, quibus hodie nimiũ placet bellum. Nam hæc Chriſti mens omnino fuiſſe uidetur, ut tolerantia ſuperent Chriſtiani, nõ armis.

ALIVD. In eadem ſcribit laicos eadem lege teneri, qua ſacerdotes, nempe monogamiæ. Quod nõ accipi debet ueluti decretum, ſed uelut ab argumentante dictum ad præſentem utilitatẽ cauſæ.

ALIVD. In Paulo duas ponit uoluntates. Alterã qua uoluit, id quod uere ꝓbauit, hoc eſt monogamiã. Altera qua nolens uoluit, hoc eſt ꝓmiſit, qd' non probauit, ne quid deterius accideret, ut digamiã. Sed hiſce de rebus plura dicemus, in libros aduerſus Iouinianum.

AD GERONTIAM VIDVAM DE MONOGAMIA.

INuetere uia, nouam ſemitam quærimus: & in antiqua detritaq; materia, rudẽ artis excogitamus elegantiã: ut nec eadẽ ſint, & eadẽ ſint. Vnũ iter, & pueniẽdi quo cupias, multa cõpendia. Sæpe ad uiduas ſcripſimus, & in exhortationẽ earũ multa de ſcripturis ſanctis exẽpla repetẽtes, uarios teſtimoniorũ flores, in unã pudicitiæ coronã texuimꝰ. Nũc ad Gerontiã nobis ſermo eſt: quæ quodã uaticinio futuroꝝ, ac dei ꝓ ſidẽtis auxilio, nomẽ accepit. Quã auiæ, matris, amitæq; ꝓbatarũ in Chriſto fœminarũ, nobilis turba circũſtat: Quarũ auia Metronia, ꝓ q̃draginta ãnos uidua ꝓſeuerãs, Annã nobis filiã Phanuelis de euãgelio retulit. Benigna mater, quartũ & decimũ uiduitatis implẽs ãnũ, centenario uirginũ choro cingit. Soror Celerini patris Gerontia: quæ paruulã nutriuit infantem, & in ſuo natã ſuſcepit gremio: ꝓ ãnos uiginti mariti ſolatio deſtituta: erudit neptẽ, docẽs qd'a matre didicit. Hæc breui ſermone ꝓſtrinxi: ut oſtendã adoleſcentulã meã, nõ ꝓſtare monogamiã generi ſuo, ſed reddere: nec tã laudandã eſſe ſi tribuat, cuius oĩbus execrandã, ſi negare tẽtauerit: ꝑſertim cũ poſthumus eius Simplicius, nomẽ patris referat: & nulla ſit excuſatio deſertæ ac ſine hæredi

C bus domus:ſub quorũ patrocinio,interdum ſibi libido blandiť:ut quod ꝓpter intẽperantiam ſuã faciũt,uideanť facere deſyderio liberorũ.¶Sed quid ego quaſi ad retrectantẽ loquor: cũ au/diam eã multos palatij procos,eccleſiæ uitare præſidio:quos certatim diabolus inflãmat,ut ui/duæ noſtræ caſtitatem probent:quã & nobilitas & forma,& ætas,& opes faciunt cunctis appe/tibilem:ut quãto plura ſunt,quæ impugnant pudicitiam: tanto uictricis maiora ſint premia?¶Et quia nobis de portu egrediẽtibus,quaſi quidã ſcopulus opponiť:ne poſſimus ad pelagi tuta decurrere:& apli Pauli ſcribẽtis ad Timotheũ ,pfertur auctoritas,in qua de uiduis diſpu/tans ait:Volo aũt iuniores nubere,filios,pcreare,matreſſamilias eſſe:nullã occaſionem dare ad uerſario,maledicti gratia:Iam eñ quædã abierũt retro poſt ſatanã:oportet primũ,ſenſum tra/ctare præcepti:& omnẽ loci huiꝰ cõtinentiã diſcutere:atq; ita aplicis ueſtigijs inſiſtentẽ,ne tranſ uerſum quidẽ(ut dici ſolet) unguẽ in partẽ alterã declinare.¶Supra ſcripſerat, qualis uidua eſſe deberet:unius uiri uxor:quæ liberos educauit:quæ in bonis operibꝰhabuit teſtimoniũ:quæ tri bulatis de ſua ſubſtãtiola ſubminiſtrauit:cuiꝰſpes deus eſt:& quæ ꝑmanet in obſecratione, & oratiõibus nocte ac die.¶Poſt quæ iũgit cõtraria:Quæ aũt in delitijs eſt,uiuẽs mortua eſt.¶Sta/timq; infert, ut diſcipulũ ſuũ muniat omni arte doctrinæ:Adoleſcentiores aũt uiduas deuita, quæ cũ laſciuierint in Chriſto,nubere uolũt: habẽtes dãnationẽ,qď primã fidẽ irritã fecerũt.¶Propter has igiť,quæ fornicatæ ſunt in iniuriã uiri ſui Chriſti (hoc eñ καταϛρηνιάσωσιν græcꝰ ſer mo ſignificat):uult Apłus alterũ matrimoniũ:ꝑferẽs digamiã fornicatiõi: ſecundũ indulgentiã dũtaxat,nõ ſecũdũ imperiũ.¶Simulq; ſingula teſtimonij uerba tractãda ſunt.Volo,inqt,adole ſcẽtulas nubere.Cur quæſo?qa nolo adoleſcẽtulas fornicari/Procreare filios.Quã ob cauſam?¶Ne metu partus ex adulterio,filios necare coganť.Matreſſamilias eſſe.Quare obſecro?Quia multo tolerabilius eſt digamã eſſe,cꝫ ſcortũ:& ſecundũ habere uirũ,cꝫ plures adulteros.¶In al/tero eñ miſeriarꝫ cõſolatio,in altero pœna peccati eſt.¶Seqtur:Nullã occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia:in quo breui accincto q; ꝑcepto,multa ſimul monita cõtinenť.Ne ꝓpoſitũ ui/
D duæ exqſitior cultꝰinfamet.¶Ne oculorũ nutibꝰ & hilaritate uultus,iuuenum poſt ſe greges tra/hat.¶Ne aliud uerbo,aliud habitu polliceať:& cõueniat ei uerſiculus ille uulgatus. Riſit,& ar/gũto quiddã ꝓmiſit ocello. Atq; ut oẽs nubẽdi cauſas,breui ſermone cõcluderet:cur hoc præ/cepiſſet oſtẽdit,dicẽs:Iã eñ quædã abierũt retro poſt ſatanã.Ideo ergo ſecũda:&(ſi neceſſe eſt) tertia,incõtinentibus aperit matrimonia:ut a Satana abſtrahat:ut magis mulierẽ qualicũ q; ui/ro iunctã faciat eſſe,cꝫ diabolo.¶Sed & ad Corinthios tale qd loqtur: Dico aũt innuptis & ui/duis:bonũ eſt illis,ſi ſic permãſerint ut ego.Si aũt nõ ſe cõtinẽt,nubãt:Melius eñ eſt nubere,cꝫ uri. Cur Apłe?¶Statim intulit,quia peius eſt uri:Alioqui abſolutum bonũ eſt:& ſine cõparatio/ne peioris,eſſe quod Apłus eſt:id eſt,ſolutũ nõ ligatũ:nec ſeruũ,ſed liberũ:cogitãtẽ ea quæ dei ſunt, non ea quæ uxoris.¶Et protinus in conſequentibus:¶Mulier(inqt)alligata eſt uiro,cꝫ diu uir eius uiuit:quod ſi dormierit uir eius,libera eſt:cui uult nubat,tantũ in dño.Beatior aũt erit, ſi ſic ꝑmãſerit ſecundũ cõſilium meũ:Puto aũt qď & ego ſpiritũ dei habeã: & in hoc idem ſen/ſus eſt: q; idem ſpũs :Diuerſæ epiſtolæ:ſed unus auctor epiſtolarũ.¶Viuẽte uiro,mulier alliga/ta eſt,& mortuo,ſoluta.Ergo matrimoniũ uinculũ eſt,& uiduitas ſolutio.¶Vxor alligata eſt ui/ro:& uir uxori alligatus eſt:intantũ,ut ſui corporis nõ habeãt poteſtatẽ:& alterutrũ debitũ red/dãt:¶Nec poſſint habere pudicitiæ libertatẽ:q ſeruiũt dñatui nuptiarũ.¶Quodq; addidit, tantũ in dño,amputat ethnicorũ cõiugia.¶De q̃bus & in alio loco dixerat:¶Nolite iugũ ducere cũ infi/delibus.¶Quæ eñ participatio iuſticiæ cũ iniqtate?¶Aut quæ ſocietas luci cũ tenebris?¶Quæ con/uentio Chriſti cũ Belial?¶Aut quæ pars fideli cũ infideli?¶Qui cõſenſus tẽplo dei cũ idolis?¶Ne ſcilicet aremus in boue & aſino:ne tunica nuptialis,uario ſit texta ſubtegmine.¶Extemploq; tol/lit quod conceſſerat: & quaſi pœniteat eũ ſentẽtiæ ſuæ,retrahit:Beatior erit, ſi ſic permanſerit: ſuiq; hoc magis eſſe conſilij.¶Quod ne cõtemnať ut hoĩs:ſpũſſancti auctoritate confirmat: ut non indulgẽs homo fragilitati carnis humanæ:ſed in Apoſtolo ſpũſſanctiꝰꝑcipiẽs audiať.¶Nec ſibi in eo annorũ puellariũ debet uidua blãdiri,quod nõ minus ſexagenariã eligi ꝑcipit:¶Neq; eñ innuptas,uel iuuenculas cogit,ut nubant,q de nuptijs quoq; loqtur:¶Tẽpus breue eſt:¶Su/pereſt,ut & q habẽt uxores,ſic ſint,quaſi nõ habeãt: ſed de his uiduis diſputat: quæ ſuorũ nu/

triunť

A triunt alimẽtis:quæ filiorũ & nepotũ ceruicibus imponunt. Quibus imperat,ut diſcant domũ ſuã colere:& remunerari parẽtes,ſufficienter eis tribuere:ut nõ graueť eccleſia:ut poſſit certis uiduis miniſtrari. De qbus ſcriptũ eſt:Honora uiduas,quæ ueræ uiduæ ſunt:hoc eſt,quæ oñi ſuorũ auxilio deſtitutæ:quæ manib⁹ ſuis laborare nõ poſſũt:quas paupertas debilitat:ætaſq; cõficit:qbus deus ſpes eſt,& omne opus oratio. Ex quo datur intelligi,adoleſcentulas uiduas:exceptis his quas excuſat infirmitas,uel ſuo labori,uel liberorũ ac propinquorũ miniſterio delegari. Honor aũt impræſentiarũ, uel ꝓ eleemoſyna,uel ꝓ munere accipitur:ut eſt illud: Preſbyteri duplici honore digni habeantur,maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Et in euãgelio dñs diſſerit mandatũ legis:in quo dicitur:Honora patrem tuum,& matrẽ tuam:non in uerborũ ſono,qui inopiã parẽtũ, caſſa poteſt adulatiõe fruſtrari:ſed in uictus neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi. Iubente eñ dño:ut filij alerẽt parẽtes pauperes:& redderẽt beneficia ſenibus,quæ paruuli acceperant:ſcribæ & phariſæi ecõtrario docebant filios,ut parentibus reſponderẽt:Corban, hoc eſt,donum quod altari pollicitus ſum,& in templi dona,pmiſi:ſi tu a me acceperis cibos:uertetur in tuum refrigerium. Atq; ita fiebat:ut egentibus patre & matre,ſacrificium offerrent filij,quod ſacerdotes ſcribæq; cõſumerent. Si ergo Apoſtolus pauperes uiduas(eas tamen quæ adoleſcentulæ ſunt,& nulla debilitate franguntur)cogit ſuis manibus laborare:ne graueť eccleſia,& poſſit anus uiduas ſuſtentare:qua excuſatione utetur,quæ opibus mũdi affluit,quæ poteſt etiã alijs miniſtrare:& de iniquo mãmona ſibi facere amicos,qui poſſint eã in æterna tabernacula recipere? Simulq; cõſydera,quod uidua nõ eligatur,niſi unius uiri uxor:& nos putabamus ſacerdotũ hoc tantũ eſſe priuilegium:ut non admittatur ad altare,niſi qui unã habuerit uxorẽ. Nõ ſolũ eñ ab officio ſacerdotij digamus excludiť:ſed & ab eleemoſyna eccleſiæ,dũ indigna putatur ſtipe:quæ ad ſecunda cõiugia deuoluta eſt. Quãq; lege ſacerdotali teneať & laicus:qui talẽ præbere ſe debet,ut poſſit eligi in ſacerdotiũ. Non eñ eligitur,ſi digam⁹ fuerit. Por
B ro eligũtur ex laicis ſacerdotes. Ergo & laicus tenetur mãdato:per quod ad ſacerdotiũ puenit. Aliud eſt quod uult Apoſtolus:aliud quod cogiť uelle. Vt concedat ſecunda matrimonia:meæ eſt incontinentiæ,non illius uoluntatis. Vult oẽs eſſe ſicut ſeipſum:& ea cogitare quæ dei ſunt:& ſolutos nequaq; ultra alligari. Sed ſi labẽtes, per incontinentiã ad barathrũ ſtupri uiderit puenire:digamiæ porrigit manum:ut cum una magis,q; cum pluribus uolutẽtur. Quod nequaq; ut amare dictũ:& cõtra Apoſtoli regulã,ſecũdus nuptiator exaudiat. Duæ eñ ſunt apoſtoli uolũtates. Vna qua præcepit: Dico aũt innuptis & uiduis:bonũ eſt illis ſi ſic permãſerint,ſicut ego. Altera qua indulget:Si aũt nõ ſe cõtinent,nubant. Melius eſt eñ nubere,q; uri. Primũ qd uelit: deinde quid cogatur uelle, demonſtrat. Vult nos permanere poſt nuptias,ſicut ſeipſum: Et propoſitæ beatitudinis,apoſtolicũ ponit exẽplũ. Sin autẽ nos uiderit nolle quod ipſe uult: incontinentiæ noſtræ tribuit indulgentiam. Quã e duabus eligimus uoluntatem:quod magis uult,& quod per ſe bonũ eſt:an quod mali cõparatione fit leuius: & quodãmodo nec bonum eſt: quia præfertur malo? Ergo ſi eligimus, quod Apoſtolus non uult: ſed uelle compellitur: imo acquieſcit deteriora cupientibus: non Apoſtoli, ſed noſtram facimus uoluntatem. Legimus in ueteri teſtamento:Semel maritatas filias ſacerdotum,ſi uiduæ fuerint: ueſci debere de ſacerdotalibus cibis,mortuiſq; ſic, a patre exhibendum inferiarum officium. Sinautẽ alios uiros acceperint:alienas eas,& a patre & a ſacrificijs fieri,& inter externas debere deputari. Quod quidem obſeruat & gentilitas,in condemnationem noſtri:ſi hoc nõ exhibeat ueritas Chriſto, quod tribuit mendaciũ diabolo:qui & caſtitatẽ repperit perditricẽ. Hierophãta apud Athenas euiratur:& æterna debilitate fit caſtus. Flamẽ unius uxoris ad ſacerdotium admittiť. Flaminea quoq; unius mariti eligitur uxor. Ad tauri Aegyptij ſacra ſemel maritus aſſumitur. Vt omittam uirgines Veſtæ & Apollinis,Iunoniſq; Achiuæ & Dianæ ac Mineruæ: quæ perpetua ſacerdotij uirginitate marceſcunt:Stringam breuiter reginam Carthaginis: quæ magis ardere uoluit,q; Hiarbæ regi nubere:Et Haſdrubalis uxorem:quæ apprehenſis utraq; manu liberis: in ſubiectũ ſe ꝑcipitauit incendiũ:ne pudicitiæ dãna ſentiret:Et Lucretiã,quæ amiſſa gl̃ia caſtitatis,noluit pollutæ conſcientiæ ſuperuiuere. Ac ne multa longo ſermone contexã: quæ potes de primo contra Iouinianũ uolumine ad ædificationẽ tuam ſumere:unum tantũ,quod in pa-

C tria tua geſtum eſt,repetam: ut ſcias pudicitiam etiã barbaris ac feris & ſanguinarijs gentibus eſſe uenerabilem. Gens Theutonum ex ultimis Gallorum oceani atq; Germaniæ profecta litoribus,oẽm Galliam inundauit:ſæpiuſq; cæſis Romanis exercitib⁹,apud aquas Sextias Mario pugnante,ſuperata eſt. Quorũ trecentæ matronæ:cum alijs ſe uiris captiuitatis conditione, tradendas eſſe didiciſſent:primum conſulem deprecatæ ſunt,ut templo Cereris ac Veneris in ſeruitium traderentur. Quod cum non impetrarent,ſubmouente eas lictore,paruulis cæſis liberis:mane mortuæ ſunt repertæ;ſuffocatis laqueo faucibus:& mutuis complexibus ſe tenentes. Quod igitur barbaræ caſtitati,non potuit inferre captiuitas:hoc matrona nobilis faciet?& experietur alterum uirũ:quæ priorem aut bonum perdidit,aut malũ experta eſt: ut rurſum cõtra iudicium dei,facere nitatur? Quid ſi ſtatim ſecundũ perdiderit,ſorciet & tertium?& ſi ille dormierit,in quartum quintũq; procedet:ut nihil ſit,quo a meretricibus differat? O mi ratione uiduæ prouidendum eſt:ne caſtitatis primos excedat limites. Quos ſi exceſſerit,& uerecundiã ruperit matronalem:in omnem debacchabitur luxuriam:ita ut prophetam mereatur audire dicentem:Facies meretricis facta eſt tibi:Impudorata es tu. Quid igitur?Damnamus ſecũda matrimonia?Minime,ſed prima laudamus. Abijcimus de eccleſia digamos?Abſit: Sed monogamos ad continentiã prouocamus. In arca Noe non ſolum munda,ſed & immunda fuerunt animalia. Habuit homines,habuit & ſerpentes. In domo quoq; magna,uaſa diuerſa ſunt: alia in honorem:alia in contumeliã. Eſt crater ad bibẽdum,eſt & matula ad ſecretiora naturæ. Nã cum in ſemente terræ bonæ,centeſimũ & ſexageſimum & trigeſimum fructum, euangelia doceant:& centenarius pro uirginitatis corona,primũ gradum teneat:ſexagenarius pro labore uiduarum,in ſecundo ſit numero:tricenarius fœdera nuptiarum,ipſa digitorum coniunctione teſtetur:digamia in quo erit numero?Imo extra numerum. Certe in bona terra non oritur: ſed in uepribus,& ſpinetis uulpium,quæ Herodi impijſſimo comparãtur:ut in eo ſe putet eſſe laudabilẽ,ſi ſcortis melior ſit:ſi publicarum libidinum uictimas ſuperet:ſi uni ſit proſtituta, nõ pluD ribus. Rem dicturus ſum incredibilem:ſed multorũ teſtimonijs approbabo. Ante annos plurimos:cum in chartis eccleſiaſticis iuuarẽ Damaſum Romanæ urbis epiſcopum:& orientis atq; occidẽtis ſynodicis conſultationibus reſponderẽ:uidi duo inter ſe paria,uiliſſimorum e plebe hominũ comparata:unum qui uiginti ſepeliſſet uxores:alteram quæ uiceſimum ſecundum habuiſſet maritum:extremo ſibi(ut ipſi putabant)matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio,uirorum pariter ac fœminarum:poſt tantas rudes,quis quem prius efferret. Vicit maritus:& totius urbis populo cõfluente,coronatus & palmam tenens adoreamq;, per ſingulos ſibi acclamantes:uxoris multinubæ feretrum præcedebat. Quid dicemus tali mulieri?Nempe illud,quod dñs Samaritanæ: Vigintiduos habuiſti maritos:& iſte a quo ſepelieris,non eſt tu⁹. Itaq; obſecro te religioſa in Chriſto filia:ut teſtimonia iſta non noueris: quibus incontinentibus,& miſeris ſubuenitur:ſed illa potius lectites,quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi quod primũ perdidiſti uirginitatis gradum: & per tertiũ ueniſti ad ſecundum,id eſt,per officium cõiugale,ad uiduitatis cõtinentiam. Extrema,imo abiecta,ne cogites:nec aliena & lõge poſita exempla,perquiras. Habes auiam,matrem,& amitam. Quarum tibi abundans imitatio atq; doctrina:& præcepta uiuendi,norma uirtutum eſt. Si eñ multæ in coniugio,uiuentibus adhuc uiris,intelligunt illud Apoſtoli: Omnia licent,ſed nõ omnia expediunt:& caſtrant ſe propter regna cœlorum:uel a ſecunda natiuitate poſt lauacrũ ex conſenſu,uel poſt nuptias ex ardore fidei:cur uidua quæ iudicio dei, uirum habere deſijt:non illud lætabũda cõgeminet: Domin⁹ dedit,dñs abſtulit,& oblatam occaſionẽ arripiat libertatis:ut ſui corporis habeat poteſtatẽ,nec rurſum ancilla fiat hois?Et certe multo laborioſius eſt,nõ frui eo quod habeas, cũq; deſyderare quod amiſeris. Vnde & uirginitas in eo facilior eſt:quod carnis incentiua nõ nouit:& uiduitas in eo ſollicitior,quod præteritas animo recolit uoluptates:maxime ſi ſe uirum putet perdidiſſe, non præmiſiſſe:quorum alterum doloris,alterum gaudij eſt. Primi hominis creatura nos doceat,plures nuptias refutare. Vnus Adam,& una Eua,imo una ex eo coſta,ſeparatur in fœminam. Rurſumq; quod diuiſum fuerat, nuptijs copulatur : dicente ſcriptura: Erunt duo in carnem unam: non in duas,nec in treis. Propter quod relinquet homo patrem & matrem:& adhærebit

A hærebit uxori ſuæ:certe non uxoribus. Quod teſtimonium Paulus ædiſſerens,ad Chriſtum re
fert & ad eccleſiam:ut primus Adam in carne:ſecundus in ſpiritu monogamus ſit. Sit una Eua,
mater cunctorũ uiuentium:& una eccleſia parens omniũ Chriſtianorũ. Sicut illã maledictus
Lamech in duas diuiſit uxores:ſic hanc hæretici,in plures eccleſias lacerant:quæ iuxta Apocaly
pſim Iohannis,ſynagogæ magis diaboli appellandæ ſunt,q̃ Chriſti cõciliabula. Legim⁹ in car
minũ libro,ſexaginta ſũt reginæ,& octoginta cõcubinæ, & adoleſcẽtulæ,quarũ nõ eſt numer⁹.
Vna eſt columba mea,perfecta mea:una eſt matri ſuæ,electa genitrici ſuæ. Ad quã ſcribit idẽ
Iohannes epiſtolã: Senior electæ dñæ, & filijs eius. Sed & in arcam quã Petrus apoſtolus ſub
typo interpretatur eccleſiæ:Noe cum tribus filijs,ſingulas,nõ binas uxores introduxit. Etiam
de immundis animalibus bina ſumuntur,maſculus & fœmina:ut ne in beſtijs quidem,ſerpen
tibuſq̃,crocodilis ac lacertis,digamia habeat locum. Quod ſi de immundis ſeptena ponunt̃,id
eſt,imparia: & in hoc uirginitatis ac pudicitiæ palma monſtrat̃. Egreſſus em̃ de arca Noe:deo
uictimas immolauit:nõ utiq̃ de pari,ſed de impari numero:quia alterũ fœtibus atq̃ cõiugio:
alterum ſacrificio præparatum eſt. Et patriarchæ non ſingulas habuerũt uxores:imo & concu
binas habuere plurimas. Et (ne hoc parũ ſit):Dauid multas, & Solomon habuit innumerabi
les. Iudas ad Thamar,quaſi ad ſcortum ingreditur. Et iuxta occidentem litterã, Oſee ꝓpheta
non ſolum meretrici:ſed etiam adulteræ copulatur. Quod ſi & nobis iure cõceditur:adhinnia
mus ad omnes fœminas:& in exẽplum Sodomæ & Gomorræ,ab ultimo die,deprehendamur
uendentes & ementes:nubentes & nuptui tradentes:& tunc ſit finis coniugij,quãdo terminus
uitæ. Quod & ſi poſt diluuium:& ante diluuium uiguit iſta ſententia:Creſcite & multiplicami
ni,& replete terram:quid ad nos,in quos fines ſæculorum decurrerunt,quibus dicitur: Tẽpus
breue eſt:& iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt:quæ ſyluam legis & nuptiarum,euangeli
ca caſtitate ſuccidat: Tempus amplexandi:& tempus lõge fieri ab amplexibus. Hieremias ca
ptiuitate ꝓpinqua,uxorẽ prohibetur accipere. Eçechiel in Babylone:mortua eſt (inquit) uxor
B mea:& apertum eſt os meum. Nec ducturus uxorem,nec ille qui duxerat:poſſunt in opere con
iugali libere ꝓphetare. Olim gloriæ erat,illum audire uerſiculum:Filij tui ſicut nouellæ oliua
rũ,in circũitu menſæ tuæ:& uideas filios filiorũ tuorũ. Nunc de cõtinẽtibus dicit̃:Qui adhæret
dño,unus ſpiritus eſt. Et,adhæſit anima mea poſt te:me ſuſcepit dextera tua. Tunc oculũ pro
oculo:nunc uerberanti maxillam,præbemus & alterã. Illo tempore bellatoribus dicebatur: Ac
cingere gladio tuo ſuper femur tuũ potentiſſime: modo audit Petrus: Conde gladiũ tuũ in
uaginam. Qui em̃ gladio percutit,gladio morietur. Hæc dicimus,non ſeparantes legem & euã
gelium:ut Marcion calumniatur:ſed unum atq̃ eundẽ ſuſcipientes deũ:qui ꝑ uarietate tempo
rũ atq̃ cauſarũ principiũ & finis:ſerit,ut metat:plantat,ut habeat quod ſuccidat. Iacit fundamẽ
tum:ut ædificationi, cõſũmato ſæculo, culmen imponat. Alioqui ſi ad ſacramenta ueniamus
& futurorũ typos, non noſtro arbitrio:ſed Apoſtolo diſſerẽte: Agar & Sara,uel mons Sina &
Siõ,duo teſtamẽta ſignificant. Lia lippiẽtibus oculis,& Rachel quã Iacob amabat plurimũ:ſy
nagogam eccleſiãq̃ teſtantur. Vnde & Anna prius ſterilis,Fenẽnæ ubertate fœcundior eſt. Li
cet & monogamia nos in Iſaac & Rebecca præceſſerit:cuius ſolius partus dñi reuelatio eſt. Nec
ulla alia fœminarum deũ per ſeipſam cõſulit. Quid loquar de Thamar: quæ Eſron,& Phares
geminos fudit infantes? In quorũ natiuitate diuiſa maceria,duos populos ſeparauit: Et ligata
manus coccino,conſcientiam iudæorum,iam tunc Chriſti paſſione reſperſit: Ac de ſcorto pro
phetico:cuius ſimilitudo uel eccleſiam ſignificat de gentibus congregatã:uel(quod ipſi loco ma
gis conuenit) ſynagogam primum aſſumptam de idololatris per Abraham & Moyſen: Dein
de poſt adulterium,& negationem Saluatoris:ſedentem plurimo tempore ſine altari:ſacerdoti
bus ac prophetis:& uiri priſtini conſortium præſtolantem: ut poſtcq̃ ſubintrauerit plenitudo
gentium:tunc omnis Iſrael ſaluus fiat. Quaſi in breui tabella latiſſimos terrarũ ſitus oſten
dere uolui:ut pergam ad alias quæſtiunculas:quarum prima de Annæ conſilio eſt. Sola ne
perpetua mœrens carpere iuuenta? Nec dulceis natos, Veneris nec præmia noris? Id cine
rem,aut manes credis curare ſepultos? Cui breuiter reſpondeat ipſa quæ paſſa eſt. Tu la
chrymis euicta meis:tu prima furentem. His germana malis oneras, atq̃ obijcis hoſti.

Non

C Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ, taleis nec tange/
re curas. Non ſeruata fides cineri promiſſa Sicheo. Proponis mihi gaudia nuptia/
rum:ego tibi opponam,pyram,gladium,& incendium.Non tantum boni eſt in nuptijs quod
ſperamus:quantum mali,quod accidere poteſt & timendum eſt. Libido tranſacta ſemper
ſui relinquit pœnitudinem, nunq̃ ſatiatur: & extincta redaccenditur. Vſu creſcit,& deficit:
nec rationi paret,quæ impetu ducitur.Sed dices:Amplæ opes & diſpẽſatio rei familiaris egent
auctoritate uiri.Scilicet perierunt domus cœlibum:& niſi cum ſeruulis tuis ipſa ſeruieris: fami/
liæ tuæ imperare non poteris.Auia tua,mater & amita,nonne auctoritatis priſtinæ, honoriſq̃
maioris ſunt:dum eas & tota prouincia,& eccleſiarum principes ſuſpiciũt?Ergo milites & pere/
grinantes,ſine uxoribus ſua hoſpitiola non regunt?& nec inuitant ad cõuiuia, nec inuitantur?
Quaſi non poſſis probatæ ætatis habere famulos,uel libertos:in quorum nutrita es manibus:
qui præſint domui,ad publicum reſpondeant,tributa perſoluãt:quin te ſuſpiciant,ut patronã:
diligant,ut alumnam:uenerentur,ut ſanctam.Quære primum regnum dei: & hæc omnia adij/
cientur tibi.Si de ueſte cogitaueris:lilia tibi de euangelio proponũtur.Si de cibo,remitteris ad
aues quæ non ſerunt,neq̃ metunt,& pater tuus cœleſtis paſcit illas.Quantæ uirgines & uiduæ
abſq̃ ulla ſorde rumoris,ſuam ſubſtantiolam gubernarunt? Caue ne iungaris adoleſcentulis:
ne his adhæreas:ꝓpter quas Apoſtolus cõcedit ſecunda matrimonia,& ſuſtineas in media trã
quillitate naufragiũ.Si Timotheo dicit?:Adoleſcẽtiores uiduas deuita.Et iterum: Ama anus,
ut matres:adoleſcentulas ut ſorores cum omni caſtitate:quare tu me commonentem non au/
dias?Fuge perſonas,in quibus poteſt malæ cõuerſationis eſſe ſuſpitio:nec paratũ habeas illud
e triuio:ſufficit mihi conſcientia mea: non curo quid de me loquãtur homines.Et certe Apoſto
lus prouidebat bona:non tantum coram deo,ſed etiam coram hominibus:ne per illum nomẽ
dei blaſphemaretur in gentibus.Habebat utiq̃ poteſtatem ſororem mulierem circũducendi:
ſed nolebat ſe iudicari ab infideli conſcientia.Et cum poſſet de euangelio uiuere: diebus ac
noctibus laborabat manibus ſuis,ne quem grauaret credẽtium.Si ſcandaliçat(inquit)eſca fra
D trem:in æternum carnem non manducabo.Dicamus & nos:Si ſcandaliçat ſoror,uel frater: nõ
unum & alterum,ſed totam eccleſiam:nec ſororem uidebo,nec fratrem.Melius eſt rem familia/
rem minui,quã ſalutem animæ perire.Melius eſt amittere:quod (uelimus,nolimus) aliquãdo
periturum eſt.Melius eſt ſponte dimittere, q̃ id amittere, pro quo omnia dimittenda ſunt.
Quis noſtrum, non dicam cubitum(quod enorme eſt):ſed unius unciolæ decimam partem ad
iĳcere poteſt ad ſtaturam ſuam?Et ſolliciti ſumus: quid manducemus, aut quid bibamus?Ne
cogitemus ergo de craſtino.Sufficit diei malicia ſua.Iacob fratrem fugiens,magnis in patris do
mo diuitijs derelictis,nudus pergit in Meſopotamiam:& ut nobis fortitudinis præberet exem
plum:lapide capiti ſuppoſito,uidit ſcalam ad cœlum uſq̃ ſubrectam:& dominum innitentem
ſuper eam:per quam aſcendebant angeli,& deſcendebant:ut nec peccator deſperet ſalutẽ, nec
iuſtus de ſua uirtute ſecurus ſit.Atq̃ (ut multa præteream) (neq̃ enim tempus eſt,ut aſſumpti
teſtimonij omia ædiſſeram)poſt annos uiginti diues dominus,& pater ditior:qui dudum Ior
danem in baculo tranſierat,cum tribus turmis gregum in patriam reuertitur.Apoſtoli toto or/
be peregrini:non æs in çona,non uirgam in manu,non caligas habuere in pedibus:& tamẽ di/
cere poterant:Nihil habentes,& omnia poſſidentes.Et,aurum & argentum nõ eſt nobis: quod
autem habemus, hoc tibi damus:in nomine Ieſu Chriſti Naçareni,ſurge & ambula.Non em̃
erant diuitiarum ſarcina prægrauati!Et ideo ſtantes cum Helia in foramine petræ, per angu/
ſtias acus tranſire poterant,& poſteriora domini contemplari.Nos uero ardemus auaricia: &
contra pecunias diſputantes,auro ſinum expandimus:nihilq̃ nobis ſatis eſt.Et illud, quod de
Megarenſibꝰ dicit?,iure miſeris coaptari poteſt:Aedificant quaſi ſemp uicturi:uiuũt q̃ſi altera
die morituri.Et hæc facimus:qa dñi uerbis nõ credimus:& quia ætas optata cunctis nõ uicinia
mortis:quæ debet? mortalibus lege naturæ:ſed caſſa ſpe,ãnorum nobis ſpatia pollicet?.Nemo
enim tam fractis uiribus,& ſic decrepitæ ſenectutis eſt:ut non putet ſe unum adhuc annũ eſſe
uicturum.Vnde ſubrepit obliuio conditionis ſuæ:ut terrenum animal,& iam iãq̃ ſoluendum,
erigatur in ſuperbiam,& animo cœlum teneat. Verum quid ago?Fracta naui de mercibus

diſputo

A disputo. Qui tenebat, de medio fit, & non intelligimus Antichristum appropinquare: quē dñs Iesus Christus, interficiet spiritu oris sui. Væh prægnantibus, & nutrientibus in illa die: quorum utrūq; de fructibus nuptiarum est. Præsentium miseriarum pauca percurram. Quod rari huc usq; residemus: non nostri meriti, sed dñi misericordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ nationes, uniuersas Gallias occuparunt. Quicquid inter alpes & Pyrenæū est: quod Oceano & Rheno includitur: Quadus, Vuandalus, Sarmata, Halani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgūdiones, Alemani & (o lugenda respublica) hostes Pannoniꝫ uastarunt. Etenim Assur uenit cū illis. Magontiacum nobilis quondam ciuitas, capta atq; subuersa est, & in ecclesia multa hominum milia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Atrebatæ, extremiq; hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus: trāslati in Germaniā. Aquitaniæ, nouemq; populorum Lugdunensis: & Narbonensis prouinciæ: Præter paucas urbes populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus uastat fames. Non possum absq; lachrymis Tolosæ facere mentionē: quæ ut hucusq; non rueret: sancti episcopi Exuperiꝫ merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ iam iāq; perituræ, quotidie cōtremiscūt, recordantes irruptionis Cimbricæ: & quicqd aliꝫ semel passi sunt, illæ semp timore patiuntur. Cætera taceo, ne uidear de dei desperare dæmentia. Olim a mari pontico, usq; ad alpes Iulias, nō erāt nostra, quæ nostra sūt. Et per annos triginta, fracto Danubiꝫ limite, in medijs Romani imperiꝫ regionibus pugnabatur. Aruerunt uetustate lachrymæ. Præter paucos senes, omēs in captiuitate, & obsidione generati: non desyderabāt, quā non nouerant libertatē. Quis hoc credet? Quæ digno sermone historiæ, comprehendent? Romam in gremio suo: non pro gloria, sed pro salute pugnare? Imo ne pugnare quidem: sed auro & cuncta supellectile, uitam redimere? Quod non uitio principū: q uel religiosissimi sunt: sed scelere semibarbari accidit proditoris: qui nostris, cōtra nos opibus armauit inimicos. Aeterno quondam dedecore Romanū laborabat imperiū, quod Gallis
B cuncta uastantibus: fusoq; apud Italiam exercitu, Romam Brennus intrauit. Nec pristinā poterat abolere ignominiā, donec & Gallias genitale Gallorū solū: & Gallogræciam, in qua consederant oriētis occidentisq; uictores, suo imperio subiugasset. Hannibal de Hispaniæ finibus orta tempestas, cū uastasset Italiā: uidit urbem, nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nois reuerentia: ut deletis oibus, e propinquo recederet loco: nec audebat uictor aspicere, quā regū didicerat ciuitatē. Et tamē pro hac iniuria (: non em̄ dicā superbia:) quæ bonos exitus habuit: alter toto orbe fugitiuus: tandē Bithyniæ, mortem ueneno reperit. Alter reuersus in patriā, in suo regno occubuit. Et utriusq; prouinciæ, populi Romani uectigales sunt. Nūc ut oia prospero fine eueniant: præter nostra quæ amisimus, nō habemus quod uictis hostibus auferamus. Potentiā Romanæ urbis, ardens Poeta describens, ait: Quid satis est, si Roma parum est? Quod nos alio mutem⁹ elogio. Quid saluū est, si Roma perit? Nō mihi si linguæ centū sint, oraq; centū: Ferrea uox, omnes captorū dicere pœnas: Omnia cæsorū percurrere noia possim. Et hæc ipsa quæ dixi, periculosa sunt: tam loquentibus, cū audientibus: ut ne gemitus quidē liber sit: nolentibus, imo nec audētibus nobis flere, quæ patimur. Responde mihi charissima in Christo filia: inter ista, nuptura es? Quē acceptura uirū, cedo? fugiturū, an pugnaturū? Quid utrūq; sequaē intelligis. Et pro Fescennino carmine: terribilis tibi rauco sonitu buccina cōcrepabit: ut quas habes pronubas, habeas forte lugentes. Aut qbus delitijs affluas: quæ possessionū tuarū reditus perdidisti: quæ obsessam familiolā tuā, morbo & fame cernis contabescere? Sed absit: ut de te talia sentiā: ut sinistrū quippiā suspicer de ea, quæ suā dño animā cōsecrauit. Nō tā tibi, cū sub tuo nomine aliꝫs sum locutus: quæ ociosæ, & curiosæ, atq; uerbosæ domos circūeunt matronarū: quarum deus uenter est, & gloria in confusione earū: quæ nihil aliud de scripturis, nisi digamiæ præcepta nouerunt: quæ in alieno corpore, sua desyderia consolātur: ut quod ipsæ fecerunt, alias facere uideant: & malarum societate palpentur: Quarum cum impudentiā & propositiones, apostolicarum sententiarum interpretatione contriueris: legito quomodo tibi in uiduitate seruanda uiuendum sit, librum ad Eustochium de uirginitate seruanda, & alios ad Furiam atq; Saluinam: Quarum altera Probi quondam cōsulis nurus: altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia est. Hic libellus de monogamia sub nomine tuo, titulū possidebit.

C

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Ad preces amici Gaudentij docet, quibus rudimentis imbuenda sit rudis ætas puellæ, uirginitati destinatæ, priusq; boni malique discrimen nouerit.

SCHOLIA.



Causa difficilis.) Causam pro re, siue negotio posuit. Oratoris exodium.) Ita uocat sententiam celebratam: sumpta metaphora, a cantoribus. Quæ placentas desyderat.) Infantulis placentula, crustuloue blandiri mos erat. Nec is cibus faciebat ad continentiam. Hoc epistoliũ.) Diminuit, sicut Pacatula diminutũ est nomẽ. Interim modo.) Modo p tantũmodo dixit. Crustula.) Panis genus erat. Sic & Horatius: Vt pueris quondam, dant crustula blãdi docto res, elementa uelint ut discere prima. Mulsa premia.) Quidã codices, habẽt, mulsi prema: ut intelligas offulas mulso intinctas, q̃q̃ mulso quoq; puellis blãdiebãt. Qd' blanditur in puppis.) Puppæ factitiæ q̃dã erãt imagunculæ puellarũ, qbus oblectat' ætas prima puellarũ. Persi'. Nempe id qd' Veneri donatæ a uirgine puppæ. Furuo operire pallio.) Furuũ nigrum est, siue fuscũ, ut & pullũ. Auferre linteamina.) Et hic uides linteorũ usurã olim in delitijs fuisse: sicut admonuimus alibi. φιλόκοσμον genus fœmineum.) κόσμος ornatus, siue mundus repositus, & φιλῶ amo. Hinc φιλόκοσμος, studiosus & auidus ornat'. Illos uitare pœnitendo.) Qui gustauerũt uoluptatẽ, dũ pœnitet gustasse, magis uitant insidiosam dulcedinem. Cisternas luparum.) Lupas meretrices & prostibulas appellat. Virgo es.) Iuxta Pauli sententiam distinguit uocabulum, uirginis & mulieris. Diuisa est mulier & uirgo. Inclusamq; Danaen.) Danaen puellã ne uiolaretur, pater Acrisius æreæ turri incluserat. Hanc Iuppiter per impluuium illapsus, specie imbris aurei corrupit. Hieronymus accõmodat fabulam, ad uirginem, quæ domi inclusa alitur. Aqua in areola.) Sentit de areolis hortorũ, in qbus sulco facto, digiti ductu, sequitur quo uelis aqua. Et cum clæmenter.) Id est, blande & comiter. Aegre reprehendas.) Trimeter est Iambicus, quo usus est & alibi. Habuero neglectui procos.) Quædam exemplaria habebant, nobiliores habitu ræ procos: utraq; lectio probe quadrat. Deserunt Helenæ.) Helenas uocat, quæ illius græce Helenæ exemplo, Menelaũ, hoc est propriũ maritũ deserentes, Alexandrũ siue Paridẽ, hoc est adulterũ sequũtur. Viuimus quasi altera die.) Hoc dictũ est in gentem quandã: sic auide rapiunt occasionẽ uoluptatũ, quasi postridie his carituri: sic ædificãt, quasi semper uicturi.

D

HIERONYMVS AD GAVDENTIVM DE PACATVLAE INFANTVLAE EDVCATIONE.

Causa difficilis, paruulæ scribere: quæ non intelligit, quid loquaris: cuius animũ nescias: de cuius uolũtate periculose promittas: ut secundũ prædari oratoris exodiũ: spes in ea magis laudanda sit, q̃ res. Quid emim horteris ad cõtinentiã: quæ placentas desyderat? quæ in sinu matris, garrula uoce balbutit: cui dulciora sũt mella, q̃ uerba? Audiat profũda apostoli, quæ anilibus magis fabulis delectatur? Prophetarũ ænigmata sentiat, quã tristior gerulæ uultus exagitat? Euãgelij intelligat maiestatem, ad cuius fulgura, omnis mortalium sensus hebetatur? Vt parenti subijciatur horter: quæ manu tenera, ridentẽ uerberat matrem? Itaq; Pacatula nostra, hoc epistolium post lectura suscipiat. Interim modo litterarum elementa cognoscat: iungat syllabas, discat nomina, uerba consociet: atq; ut uoce tinnula ista meditetur: proponãtur ei crustula, mulsa premia, & quicqd gustu suaue est: quod uernat in floribus: quod rutilat in gemmis: quod blanditur in puppis, acceptura festinet. Interim & tenero tentet pollice fila ducere: rumpat sepe stamina, ut aliquando non rumpat: post laborẽ lusibus gestiat: de matris pendeat collo, rapiat oscula propinquorum: psalmos mercede decantet: amet quod cogitur discere: ut non opus sit, sed delectatio: non necessitas, sed uoluntas. Solent quædã cum futurã uirginem sponderint: pulla tunica eã induere, & furuo operire pallio, auferre linteamina: nihil in collo, nihil in capite auri sinere: reuera bono cõsilio: ne habere discat in tenero, quod postea ponere compellatur. Alijs uero ecõtra uidetur. Quid enim, aiunt, si ipsa non habuerit, habentes alias non uidebit? φιλόκοσμον genus fœmineum est: multasq; etiam insignis pudicitiæ, q̃uis nulli uirorum: tamen sibi scimus libenter ornari. Quin potius habendo satietur: & cernat laudari alias, quæ ista non habeãt. Meliusq; est, ut satiata cõtemnat, q̃ nõ habendo habere desyderet. Tale uero quid & Israelitico fecisse populo dominũ: ut cupiẽtibus Aegyptias carnes, usq; ad nauseam & uomitum præberet examina coturnicũ: multosq; sæculi prius homines, facilius carere experta corpis uoluptate, q̃ eos qui a pueritia libidinem nesciãt. Ab alijs emim nota calcari, ab alijs ignota appeti. Illos uitare pœnitendo suauitatis insidias, quas

fugerunt

A fugerunt: Hos carnis illecebras,dulci titillatione corporis blandiẽteis:dum mella putant,uene
na noxia reperire. Mel enim diſtillare labia meretricis:quod ad tempus impinguat ueſcentiũ
fauces:& poſtea felle amarius inuenitur. Vnde & in dñi ſacrificijs,mel non offerunt:ceraq; con
tempta,quæ mellis hoſpitium eſt:oleum accenditur in templo dei:quod de amaritudine expri
mit oliuarũ. Paſca quoq; cũ amaritudinibus comedi,in açymis ſynceritatis & ueritatis: quas
qui habuerit,in ſæculo perſecutionẽ ſuſtinebit. Vnde & propheta myſtice cantat: Sedebam ſo
lus,quia amaritudine repletus ſum. Quid igitur? Luxuriandum eſt in adoleſcentia: ut poſtea
luxuria fortius contemnatur? Abſit uero inquiunt. Vnuſquiſq; eñ in qua uocatione uocatus
eſt,in ea permaneat. Circũciſus quis,id eſt,uirgo uocatus eſt:non adducat præputiũ,hoc eſt,nõ
quærat pelliceas tunicas nuptiarũ:quibus Adam eiectus de paradiſo uirginitatis,indutus eſt.
In præputio quis uocatus eſt:hoc eſt,habens uxorem,& matrimonij pelle circũdatus:non quæ
rat uirginitatis & æternæ pudicitiæ nuditatem,quam ſemel habere deſiuit:ſed utatur uaſe ſuo
in ſanctificatione & pudicitia,bibatq; de fontibus ſuis:& non quærat ciſternas luparum diſſi/
patas:quæ puriſſimas aquas pudicitiæ,continere non poſſunt. Vnde & idem Paulus in eodem
capitulo,de uirginitate & nuptijs diſputans: Seruos carnis uocat in matrimonio conſtitutos.
Liberos eos,qui abſq; iugo nuptiarũ,tota dño ſeruiunt libertate. Quod loquimur:nõ in uniuer
ſum loquimur: ſed in parte tractamus. Nec de omnibus,ſed de quibuſdam dicimus. Ad utrũq;
eñ ſexum:nõ ſolum ad uas infirmũ,noſter ſermo dirigitur Virgo es,quid te mulieris delectat
ſocietas? Quid fragilem & ſutilem ratem,magnis cõmittis fluctibus:& grande periculum naui
gationis incertæ,ſecurus aſcendis? Neſcis quid deſyderes:& tamẽ ſic eis iungeris:quaſi aut ante
deſyderaueris:aut(ut leuiſſime dicam)poſtea deſyderaturus ſis. Sed ad miniſterium iſte ſexus
eſt aptior. Elige ergo anũ deformẽ,elige probatæ in dño continentiæ. Quid te adoleſcentula,
quid pulchra,quid luxurioſa delectat? Vteris balneis,cute nitida,rubicundis genis incedis,car/
B nibus ueſceris, affluis diuitijs,p̃cioſa ueſte circũdaris,& iuxta ſerpentẽ mortiferũ, ſecure dormi
re te credis? At nõ habitas in eodem hoſpitio. In nocte dũtaxat. Cæterum totos dies in huius
cõfabulatione conſumis. Quare ſolus cum ſola,& non cum arbitris ſedes:ut cum ipſe non pec/
ces,alijs peccare uidearis:ut exemplo ſis miſeris, qui nominis tui auctoritate delinquant? Tu
quoq; uirgo uel uidua:cur tam longo ſermone uiri retineris? Cur cum ſolo relicta nõ metuis?
Saltem alui te,& ueſicæ cogat neceſſitas,ut exeas foras:ut deſeras in hac re eum:cum quo licen/
tius,q̃ cũ germano: multo inuerecũdius,q̃ cum marito egiſti. Sed de ſcripturis ſanctis aliquid
interrogas. Interroga publice,audiant pediſſequæ,audiant comites tuæ. Oñe quod manifeſta/
tur,lux eſt. Bonus ſermo,ſecreta nõ quærit:quin potius delectatur laudibus ſuis,& teſtimonio
plurimorũ. Magiſter egregius cõtemnit uiros,deſpicit fratres:& in unius mulierculæ ſecreta eru/
ditione deſudat. Declinaui parumper de mea diſputatione, aliorum occaſione:& dum infantẽ
Pacatulam inſtituo, imo & nutrio:multarum ſubito mihi male pacatarũ bella ſuſcepi. Reuer/
tar ad propoſitum. Sexus fœmineus ſuo iungatur ſexui:neſciat,imo timeat,cum pueris ludere.
Nullũ impudicum uerbũ nouerit. Et ſi forte in tumultu familiæ diſcurrẽtis aliquid audiat:nõ in
telligat. Matris nutum,pro uerbis ac monitis,& pro imperio habeat. Amet ut parentem,ſubij/
ciatur ut dñæ:timeat,ut magiſtram. Cum autẽ uirgunculã rudem & edentulam, ſeptimus æta/
tis ãnus exceperit, & cœperit erubeſcere:ſcire quid taceat:dubitare quid dicat:diſcat memoriter
pſalterium,& uſq; ad annos pubertatis,libros Solomonis,euangelia,apoſtolos,& prophetas
ſui cordis theſaurum faciat: Nec liberius procedat ad publicum:nec ſemper eccleſiarum quærat
celebritatem. In cubiculo ſuo totas delitias habeat. Nunq̃ iuuenculos, nunq̃ cincinnatos
uideat, uocis dulcedines per aurem animam uulnerantes,puellarumq; laſciuia repellat. Quæ
quanto licentius adeunt: tanto difficilius euitant: & quod didicerunt,ſecreto docẽt,incluſamq;
Danaẽ,uulgi ſermonibus uiolãt. Sit ei magiſtra comes,pædagoga cuſtos. Non multo uino de
dita:non iuxta Apoſtolum ocioſa atq; uerboſa,ſed ſobria,grauis,lanifica: & ea tantum loquẽs,
quæ animum puellarem ad uirtutem inſtituant. Vt enim aqua in areola digitum ſequitur præ
cedentem:ita ætas mollis & tenera in utrãq; partem flexibilis eſt:& quocũq; duxeris trahitur.
Solent laſciui & comptuli iuuenes blandimentis,affabilitate,munuſculis,aditum ſibi per nu/

C trices aut alumnas quærere. Et cum clæmenter intrauerint, de ſcintillis incendia concitare, paulatim q; proficere ad impudentiam: & nequaq; poſſe prohiberi, illo in ſe uerſiculo comprobato: Aegre reprehendas, quod ſinis conſueſcere. Pudet dicere, & tamen dicendum eſt: Nobiles fœminæ, quæ nobiliores habuere neglectui procos, uiliſſimæ conditionis hominibus & ſeruulis copulantur: ac ſub nomine religionis & umbra continentiæ, interdum deſerunt uiros Helenæ, ſequũtur Alexandros, Menelaos pertimeſcunt. Videntur hæc, planguntur, & non uindicant: quia multitudo peccantium, peccandi licentiam ſubminiſtrat. Proh nefas, orbis terrarum ruit, in nobis peccata non ruunt. Vrbs inclyta & Romani imperij caput, uno hauſta eſt incendio. Nulla eſt regio, quæ non exules Romanos habeat. In cineres ac fauillas, ſacræ quondam eccleſiæ, conciderunt: & tamen ſtudemus auariciæ. Viuimus quaſi altera die morituri, & ædificamꝰ quaſi ſemper in hoc ſæculo uicturi. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarũ: & nudus atq; eſuriens ante fores noſtras Chriſtus in paupere moritur. Legimus Aaron põtificem iſſe obuiam furentibus flammis, & accenſo thuribulo, dei iram cohibuiſſe. Stetit inter mortẽ & uitam, ſacerdos magnus: nec ultra ueſtigia eius, ignis procedere auſus eſt. Moyſi loquitur deus: Dimitte me, & delebo populum iſtum. Quando dicit, dimitte me: oſtendit ſe teneri poſſe, ne faciat quod minatus eſt: Dei ẽm potentiam, ſerui preces impediebant. Quis putas ille ſub cœlo eſt, qui nunc iræ dei poſſet occurrere? qui obuiare flammis? & cum Apoſtolo dicere: optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis? Pereunt cum paſtoribus greges: quia ſicut populus, ſic ſacerdos. Moyſes compaſſionis loquebatur affectu: Si dimittis populo huic, dimitte: Sinautẽ, dele me de libro tuo. Vult perire cum pereuntibus: nec propria ſalute contentus eſt. Gloria qp pe regis, multitudo populi. His Pacatula noſtra nata eſt tempòribus. Inter hæc crepundia, primam carpit ætatem: ante lachrymas ſcitura cõ riſum: prius fletum ſenſura, cõ gaudium. Necdũ introitus, iam exitus. Talem ſemper putet fuiſſe mundum. Neſciat præterita, fugiat præſentia, futura deſyderet. Hæc ut tumultuario ſermone dictarem: & poſt neces amicorum, luctũq; perpetuum, infanti ſenex longo poſt liminio ſcriberem: tua Gaudenti frater impulit charitas: maluiq; parum, cõ nihil omnino poſcenti dare: quia in altero uolũtas oppreſſa luctu, in altero amicitiæ diſſimulatio eſt.

D

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

PAulinus luuenis, æloquens & monachus, ut tum quidem erant monachi, Hieronymum litteris, cum alijs nominibus: tum his præcipue laudarat, quod ſenex in ſanctis ageret locis. Miſerat una librum, quem in defenſionem Theodoſij imperatoris ſcripſerat: rogans, ut ſibi præſcriberet, quam uitæ formam potiſſimum ſequi deberet. Hunc igitur collaudatum, ob inſignem æloquentiam, hortatur, ut arcanarũ litterarum ſcientiam adiungat. Hic Paulinus, Paulæ ni fallor cognatus, poſtea Nolanæ ciuitatis epiſcopus fuit: ut teſtatur Gẽnadius. Puto diuerſum ab eo, quẽ diuus Hieronymus in epitaphio Marcellæ, teſtatur Antiochenæ in Syria epiſcopũ fuiſſe: a quo Romam cũ Epiphanio retractus eſt, cuius meminit & in epitaphio Paulæ.

SCHOLIA.

ET ultimam partem conuiuij.) Alluſit ad euangelicam admonitionem: Cũ fueris inuitatus, accumbe in extremo &c. ¶ Quo religioſiſſimus princeps.) Scripſit ẽm panegyricum ad Theodoſium imperatorem, uti teſtatur Gennadius. ¶ Frater chariſſime.) Fratrem uocat, monachus monachum, ſed nõdum epiſcopum. ¶ Quos ipſe ſciret eſſe preſbyteros.) Ita legis in Numeris, capite. 11. Cõgrega mihi ſeptuaginta uiros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quod ſenes populi ſunt. ¶ Et nodum iniormis lœti.) Verſus eſt Maronis ex libro duodecimo. ¶ In qua municipatũ.) Reſpexit huc, quod Paulus municeps eſſet Romanæ ciuitatis: ut ipſe teſtat in Actibus. At idem uocat Hieruſalem matrem fidelium: Illa quæ ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. ¶ Nec in monte Gaçarim.) Mons eſt Iudeæ, & reſpexit ad id quod in euangelio Iohannis, Chriſtus dixit mulieri Samaritanæ. Siccato Iudeæ uellere.) Quod legimus de uellere Gedeonis ad allegoriam traxit. ¶ Templũ dñi.) Apud Hieremiam, cap. 7. dominus reijcit eos, qui fideret ceremonijs & ſanctimoniæ locorum, dicẽtes: Templum dñi, templum dñi, templum dñi, cum interim impie uiuerent. Et de Hieroſolymis.) Apparet illis temporibus ad modum barbaram fuiſſe habitam: cum diuus Hieronymus Hieroſolymis loco ſanctiſſimo, Britanniam opponat, ceu regionem maximę prophanam, & Hieroſolymis diſſimillimam. Nec uno in loco nominat hanc inſulam, ſed quoties de barbaricis eſt mentio. Nunc Gallorũ & Germanorũ incurſionibus, mediocriter culta eſt. ¶ Vno tantum die.) At hodie complures, etiam ex eorum numero qui uidentur ſapere, ab extremis mundi finibus,

ſummo

A summo sumptu, summo uitæ discrimine, nonnunq; & morum, ad ea currunt loca: liberis & uxore domi relictis: præsertim cum omnia Christianæ uitæ uestigia, aut prorsus hic deleta sint, aut commenticia quædam incertaq; mõstrentur. Et mirum quæ religio sit, ab hoc uoto tam grauatim absoluere Romanos pontifices, cum multi sic eant, ut magis pium sit non isse. Alioqui si tam pium est uisere Hierosolymam, parum pius Hilarion, qui uicinus semel duntaxat adijt: & id non religionis causa, sed ne loca sancta contemnere uideretur. Bathamutico.) Hieronymus exponẽs octauum caput Eçechielis, indicat hebr.æo syroq; sermone תמוז Thamus dici, quem nos uocamus Adonidem. Quo nomine illi mensem etiam Iulium uocent, quod in hoc putent extinctum Adonidem Veneris amasium. Fabula notior est, cuius hic sit referenda. In urbe celeberrima.) Mirum est tum quoq; Hierosolymã adeo celebrem fuisse, cũ esset a Romanis principib⁹ funditus euersa. Sed Hadrianus restituit. Fraterne interrogas.) Id est, amice: ob id aperte tecum agam & libere, quod uerbis Paulinis dixit reuelata facie. Camillos Fabricios.) Festiuiter commutauit numerum unitatis in numerum multitudinis. Filij Rechab.) De his legis Hieremiæ. capᵒ. 35. sicut indicauimus in superioribus scholijs. Filiorum Rechab.) Hic est titulus septuagesimi psalmi, in quo laborat diuus Augustinus, quod nusq; filij Rechab legantur ducti in captiuitatem. Iste est Ionadab filius.) Locus est libro regum quarto, capᵒ. decimo, quẽadmodũ Hieu, Ionadab filium Rechab, forte obuium, data dextra in currum suum sustulerit, habiturus eum çeli sui & testem & adiutorem. Fidelis & famosus tuorum.) Hic famosus in bonam accepit partem, ut & alibi famosa quæstio. Institorem.) Id est, negociatorem seu mercatorem. Et interdum piscículos.) Quoniam rem eãdem alijs explicat uerbis, succurit in epistola ad Lætam: cuiº initiũ, Apostolus Paulus: Vbi conijciebamus scribi posse, e similia garoq; pisciculi, magis esse legẽdum, ad hunc modum: Cibus eiºolus sculum sit & similia, raroq; pisciculi: ut intelligas comedi pisciculos ceu delitias, & raro sumendos, Verum Christi tẽplum.) Rursum extenuat illorum pietatem, qui suas opes in templorum structuras, aut ornamenta conferunt. Liberalitas liberalitate.) Ciceronem uirum prudentissimum appellat, quoniã sanctum uocare non potuit. Is eñ in secundo de officijs libro scripsit in hunc modum: Itaq; benignitas benignitate tollitur. Eleganter autem interpretatus est hanc uocem benignitas, quæ proprie ad bene faciendi largiendiq; promptitudinem pertinet, cum illiterati putent esse clæmentiam & humanitatem.

Respicere ad phaleras.) Retulit carmen e satyra. Ego te intus & in cute noui.) Persianum Nemisti chium, quod compluscułis infulcit locis. Significat idem quod intus & foris. Sus Mineruam.) Id est, indoctus doctum, prouerbiũ est, ut in Chiliadibus indicauimus. Ingredientem pelagus.) Et hac similitudine Ciceronis subinde gaudet uti, de eo qui defunctus nauigatione, monet ingressurum mare. Ita senex admonet iuuenem. Facultatem meam requiri.) Requiri posuit pro desyderari, quod idem facit. Nl. Tullius. Desyderamus autem quod significamus deesse. Sensus hic est: Si non scripsissem rogatus, putasses mihi uoluntatẽ defuisse. Nũc cũ utcũq; scribo, intelligis me nõ potuisse pstare potius cq; noluisse id quod rogasti. Pro Theodosio.) Apparet non tam panegyricum fuisse, cq; Apologiam aduersus calumnias. Id & superius significauit, cũ ait: Illo ore, quo religiosissimus princeps defenditur. Sub diuisio placuit.) Difficillimum est apte diuidere. Siquidẽ nisi propositiones scite repertæ fuerint, nullo modo recte partiri potes. Iam illis repertis, est aliquid apte collocare. Et ne statim nimis anxia sectione molestus sis, quædam postea suo loco rursus sunt diuidenda, quod hic appellat subdiuisionem. Sed & ipsum genus æloquij.) Legant hæc barbari isti, balbi & infantes Theologi, quantopere uir sanctissimus in monacho quoq; laudet æloquentiam, & Tullianam æloquẽtiam. Pressum & nitidum.) Quod erat Atticorum, cum Cicero, nonnihil habeat Asiaticum. Difficile est autem hæc duo coniungere, præssum illud quod uocat, & perspicuitatem. Iacet eñ oratio.) Iacere dicitur, quod friget, quodq; caret actu uitaq; & uigore. Horatius huiusmodi scripta nugas appellat canoras. Magna est rerum consequẽtia.) Hoc præstat apta dispositio, ut aliud ex alio sequat̃: quã uirtutẽ Caligula desyderabat in Seneca: Cuius orationẽ solitus est uocare, arenam sine calce. Cicero, scopas dissolutas appellat. Per Sion, Itabirium & Sina.) Mõtes sunt ludeæ, qui in diuinis litteris significãt ascensum ad culmen ueræ pietatis. Cæterũ modeste significat Paulino alioq facũdissimo defuisse sciẽtiã arcanæ scripturæ, quã sibi uindicat, & optimo iure uindicat Hieronymus. Per manus mysteria tradere.) Prouerbiali figura dictum est, per manus tradere, id est, quod ab alijs didici, uicissim docere. Quod docta græcia.) Significat græcis, nullũ fuisse temporibus illis, qui insignem æloquentiam, cum insigni diuinarũ litterarum cognitione cõiunxisset. Qui ædere uult nucleũ.) Mire Plautinum dictum, ad rem sacram accõmodauit. Extrema manus.) Id est, perfectio. Symmysten.) Symmystæ dicũtur ijsdem initiati sacris, ac mysterijs: ut Christianus Christiano, sacerdos sacerdoti, monachus monacho Symmystes est. Arcem tenere nostrorum.) Id est, latinorum. Porro arcem dixit pro principatu, siue summo loco, nec id sine prouerbiali figura.

B Cum Iacob.) Alluśit ad duo, ad scalam Iacob, & ad cœnaculum Sion, in quod discipuli leguntur ascendisse post ascensionem. Cane in domatibus.) Alluśit ad euangelicũ illud. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Nil sine magno.) Carmen est Horatianũ e sermonibus. Anteq; subeãt morbi.) Et hos uersus assuit ex Vergilij Georgicis sumptos.

HIERONYMVS AD PAVLINVM DE INSTITVTIONE MONACHI.

C RObus homo,de bono cordis thesauro,profert ea quæ bona sunt:& ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos uirtutibus tuis,& paruos, magnus extollis: ulti/mamq; partem conuiuij occupas:ut patrisfamilias iudicio proueharis. Quid em̃ in nobis,aut quantulũ est,ut doctæ uocis mereamur præconiũ? Vt illo ore quo religiosissimus princeps defenditur:humiles modiciq; laudemur? Noli igitur frater charissime annorũ nos æstimare numero:nec sapientiam canos reputes,sed canos sapientiam:Salomone testante: Cani hominis prudentia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros iubetur eli/gere:quos ipse sciret esse presbyteros:utiq; non æuo,sed prudentia iudicandos. Et Daniel ad/huc puer,longæuos iudicat:atq; impudicos senes,ætas lasciua condemnat. Noli inquam fidem pensare temporibus:nec me idcirco meliorẽ putes,quod prior in Christi exercitu cœperim mili tare. Paulus apostolus,& uas electionis de persecutore mutatus:nouissimus in ordine, primus in meritis est:quia extremus licet,plus omnibus laborauit. Iudas qui quondã audierat: Tu au tem homo,qui simul mecũ dulces capiebas cibos,dux meus & notus meus,in domo dei ambu lauimus cum consensu:proditor amici & magistri,Saluatoris arguit uoce:& nodũ informis lœ ti,trabe nectit ab alta. Econtrario latro crucem mutat paradiso:& facit homicidij pœnam mar/tyrium. Quanti hodie diu uiuendo portant funera sua:& quasi sepulchra dealbata, plena sunt ossibus mortuorum? Subitus calor,lõgũ uincit teporẽ. Deniq; & tu audita sententia Saluato/ris:Si uis perfectus esse,uade & uende omnia quæ habes,& da pauperibus,& ueni sequere me: uerba uertis in opera:& nudam crucẽ,nudus sequẽs:expeditior & leuior scandis scalam Iacob. Tunicam mutas cũ animo:nec pleno marsupio,glorioſas sordes appetis:sed puris manibus & candido pectore,pauperẽ te & spiritu & operibus gloriaris. Nihil est em̃ grande,tristi & lurida facie,uel simulare,uel ostentare ieiunia:possessionũ reditibus abundare,& uile iactare palliolũ.
D Crates ille Thebanus,homo quondã ditissimus:cum ad philosophandum Athenas pergeret: magnũ auri põdus abiecit. Nec putauit se simul posse,& uirtutes & diuitias possidere. Nos suf/farcinati auro,Christũ pauperem sequimur:& sub prætextu eleemosynæ, pristinis opibus incu bantes:quomodo possumus aliena fideliter distribuere:qui nostra timide reseruamus? Plenus uenter,facile de ieiunijs disputat. Non Hierosolymis fuisse,sed Hierosolymis bene uixisse,lau/dandũ est. Illa expetenda est ciuitas:nõ quæ occidit prophetas,& Christi sanguinem fudit: sed quã fluminis impetus lætificat:quæ in monte sita,celari nõ potest:quã matrem sanctorũ Apo/stolus clamitat. In qua se municipatũ cum iustis lætat habere. Neq; uero hoc dicẽs:memetipm incõstantiæ redarguo,dãnoq; quod facio:ut frustra uidear ad exemplum Abraham:& meos & patriã reliquisse:sed nõ audeo dei omnipotentiã,angusto fine cõcludere:& coartare paruo ter/ræ loco,quẽ nõ capit cœlũ. Singuli quiq; credentiũ,nõ locorũ diuersitatibus,sed fidei merito põ derant. Et ueri adoratores,neq; Hierosolymis,neq; in mõte Gaçarim adorant patrẽ:quia deꝰ spiritus est:& adoratores eius in spiritu,& ueritate adorare oportet. Spũs spirat ubi uult. Dñi est terra & plenitudo eius. Postq̃ siccato Iudeæ uellere,uniuersus orbis cœlesti rore pfusus est: & multi de oriente & occidente uenientes recubuerũt in sinu Abrahæ:desijt notus esse tantum in Iudæa deus:& in Israel magnũ nomen eius:sed in omnẽ terrã exiuit sonus apostolorũ:& in fines orbis terræ uerba eorum. Saluator ad discipulos loquens:cũ esset in tẽplo: Surgite, inqt, abeamus hinc. Et ad Iudæos:Relinquet uobis domus uestra deserta. Si cœlũ & terra trãsibũt: utiq; transibunt omnia,quæ terrena sunt. Et crucis igitur & resurrectionis loca prosunt his, qui portant crucẽ suam,& cũ Christo resurgunt quotidie:qui dignos se tanto exhibent habitaculo. Cæterũ qui dicunt: Templũ dñi,templum dñi,audiant ab Apostolo: Vos estis tẽplum dñi ,& spiritussanctus habitat in uobis. Et de Hierosolymis & de Britannia,æqualiter patet aula cœle stis. Regnum em̃ dei intra uos est. Antonius,& cuncta Aegypti,& Mesopotamiæ,Põti,Cap/padociæ,& Armeniæ examina monachorum,non uidere Hierosolymã:& patet illis absq; hac urbe paradisi ianua. Beatus Hilarion cum Palæstinus esset,& in Palæstina uiueret:uno tãtum die uidit Hierosolymam:ut nec contemnere loca sancta propter uiciniam: nec rursus dominũ loco claudere uideretur. Ab Hadriani temporibus usq; ad imperium Constantini, per annos

circiter

A circiter centū octoginta:in loco resurrectionis,simulacrum Iouis:in crucis rupe, statua ex mar/
more Veneris,a gentibus posita colebatur:existimantibus persecutionis authoribus:quod tol
lerent nobis fidem resurrectionis & crucis,si loca sancta per idola polluissent. Bethlehē nunc
nostrā:& angustissimū orbis locū:de quo psalmista canit: Veritas de terra orta est, lucus inum
brabat Thamus, id est, Adonidis : & in specu, ubi quondā Christus paruulus uagijt, Veneris
amasius plāgebatur. Quorsum inquies hæc, tam longo repetita principio? Videlicet,ne quicq̄
fidei tuæ deesse putes,quia Hierosolymā non uidisti:nec nos idcirco meliores existimes,quod
huius loci habitaculo fruimur:sed siue hic,siue alibi,æqualē te pro operibus tuis apud dominū
nostrū habere mercedē. Re uera,ut simpliciter motus mentis meæ fatear,cōsyderans & propo/
sitū tuū,& ardorē quo sæculo renunciasti:differentias in locis arbitror:si urbibus & frequētia
urbiū derelicta,in agello habites:& Christū quæras in solitudine:& ores solus in mōte cū Iesu:
sanctorumq̄ tantū locorū uicinitatibus p̄fruaris:id est,ut & urbe careas,& propositū monachi
non amittas. Quod loquor:non de episcopis,non de p̄sbyteris,nō de clericis loquor: quorum
aliud officiū est,sed de monacho:& monacho quondā apud sæculū nobili:qui idcirco precium
possessionū suarū ad pedes apostolorū posuit,docens pecuniā esse calcandā:ut humiliter & se
creto uictitans,semper cōtemnat,quod semel contēpsit. Si crucis & resurrectionis loca,nō essent
in urbe celeberrima : in qua curia,in qua aula militū, in qua scorta, mimi,scurræ : & om̄ia sunt,
quæ solēt in cæteris urbibus:uel si monachorū turbis solūmodo frequētaret : expetēdū re uera
huiuscemodi cūctis monachis esset habitaculū. Nūc uero summæ stulticiæ est,renunciare sæcu
lo,dimittere patriā,urbes deserere,monachū profiteri:& inter maiores populos peregre uiuere
q̄ eras uicturus in patria. De toto huc orbe cōcurritur. Plena est ciuitas uniuersi generis homi/
nū:& tanta utriusq; sexus cōstipatio:ut quod alibi ex parte fugiebas,hic totū sustinere cogaris.

B ¶ Quia igitur fraterne interrogas,per quā uiā incedere debeas:reuelata tecum facie loquar. Si
officiū uis exercere presbyteri,si episcopatus te,uel opus,uel honor forte delectat:uiue in urbi/
bus & castellis:& aliorū salutem,fac lucrū animæ tuæ. Si autem cupis esse,quod diceris mona
chus,id est,solus:quid facis in urbibus:quæ utiq; nō sunt solorū habitacula,sed multorum? Ha
bet unūquodq; ꝓpositū,principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabritios, Regu/
los, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratē, Platonē, Aristotelem. Poetæ
æmulentur Homerū, Vergiliū, Menandrū, Terentiū. Historici, Thucydidē, Salustium, Hero/
dotum, Liuium. Oratores, Lysiam, Gracchos, Demosthenē, Tullium. Et ut ad nostra ueniamus:
Episcopi & presbyteri habeāt in exemplū apostolos & apostolicos uiros:quorū honorē possi/
dentes,habere nitantur & meritū. Nos autē habeamus ꝓpositi nostri principes, Paulos & An/
tonios, Iulianos, Hilarionē, Macarios. Et ut ad scripturarū authoritatem redeam: noster prin/
ceps Helias, noster Heliseus,nostri duces filij prophetarū:qui habitabant in agris & solitudini
bus:& faciebant sibi tabernacula ꝓpe fluenta Iordanis. De his sunt & illi filij Rechab:qui uinū
& siceram nō bibebant:qui morabantur in tētorijs,qui dei per Nieremiā uoce laudantur: & p/
mittitur eis,quod non deficiat de stirpe eorū uir stans corā dño. Hoc reor & septuagesimi psal
mi titulū significare,filiorū Ionadab:& eorum qui primi in captiuitatem ducti sunt. Iste est Io/
nadab filius Rechab, qui in regnorū libro scribitur, currum ascendisse cum Nieu. Et huius filij
sunt,q in tabernaculo semper habitātes:ad extremū,ꝓpter irruptionē Chaldaici exercitus, Nie
rosolymā intrare cōpulsi:hanc primi captiuitatē sustinuisse dicūtur:quod post solitudinis liber
tatē,urbe quasi carcere sunt reduli. Obsecro itaq; te:ut quoniā sanctæ sororis tuæ ligatus es uin
culo:& nō penitus expedito pergis gradu:siue hic,siue ibi,multitudines hominū & officia & sa/
lutationes & cōuiuia,ueluti quasdā catenas fugias uoluptatū. ¶ Sit uilis & uespertinus cibus:
holera & legumina:interdumq; piscículos, ꝓ summis ducas delitijs. Qui Christum desyderat,
& illo pane uescitur:non quærit magnopere de c̄ꝑ preciosis cibis stercus cōficiat. Quicquid post
gulam nō sentitur:idem tibi sit,quod panis & legumina. Habes aduersus Iouinianū libros de
contemptu uentris & gutturis plenius differentes. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequē/
ter orandum flexo corpore,mens erigenda ad dominū. Crebræ uigiliæ,& uentre uacuo sæpius
dormiendum. Rumusculos & gloriolas & palpantes adulatores,quasi hostes fuge. Pauperibus

C & fratribus, refrigeria ſumptuũ, manu ꝓpria diſtribue. Rara eſt in hominibus fides. Nõ credis uerum eſſe quod dico? Cogita Iudæ loculos. Humilitatẽ ueſtiũ, tumenti animo nõ appetas. Sæculariũ & maxime potentiũ conſortiũ deuita. Quid tibi neceſſe eſt ea uidere crebrius: quorũ cõtemptu monachus eſſe cœpiſti? Soror præcipue tua, matronarũ declinet cõſortia. Nec inter ſericas ueſtes & gẽmas circũſedentiũ fœminarũ ſe ſordidatã, aut doleat, aut miretur. Quia alterũ propoſiti pœnitentia: alterum iactantiæ ſeminariũ eſt. Caue ne quaſi fidelis & famoſus tuorũ quondã diſpẽſator, alienam pecuniã diſtribuendã accipias. Intelligis quid loquar. Dedit eñ tibi dñs in omnibus intellectum. Habeto ſimplicitatẽ columbæ, ne cuiq; machineris dolos: & ſerpentis aſtutiã, ne aliorũ ſupplanteris inſidijs. Nõ multũ diſtat in uitio, uel decipere poſſe, uel decipi Chriſtianũ. Quẽ ſenſeris tibi, aut ſemp aut crebro de nũmis loquẽtẽ: excepta eleemoſyna: quæ indifferenter omnibus patet: inſtitorem potius habeto q; monachum. Præter uictum & ueſtitum & manifeſtas neceſſitates, nihil cuiq; tribuas: ne filiorũ panẽ, canes comedãt. Verum Chriſti templũ anima credentis eſt: illã exorna, illã ueſti, illi offer donaria, in illa Chriſtum ſuſcipe. Quæ utilitas eſt parietes fulgere gemmis: & Chriſtũ in paupere fame periclitari? Iam non ſunt tua quæ poſſides: ſed diſpenſatio tibi credita eſt. Memento Ananiæ & Saphiræ. Illi ſua timide ſeruauerunt: tu conſydera, ne Chriſti ſubſtantiã imprudenter effundas: id eſt, ne immoderato iudicio rem pauperum, tribuas nõ pauperibus: & ſecundũ dictum prudentiſſimi uiri, liberalitate liberalitas pereat. Noli reſpicere ad phaleras, & noĩa uana Catonum. Ego te, inquit, intus & in cute noui. Eſſe Chriſtianum grande eſt, nõ uideri. Et neſcio quomodo plus placent mundo, qui Chriſto diſplicent. Hæc nõ, ſicut aiunt, Sus Mineruam: ſed ingredientem pelagus, amicus amicum monui: malens a te facultatem meã requiri, q; uoluntatẽ: ut in quo ego lapſus ſum, tu firmo pergeres gradu. Librum tuum quem pro Theodoſio principe prudenter ornateq; cõpoſitum trãſmiſiſti: libenter legi: & præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placuit. Cũq; in primis partib9 uincas alios: in penultimis teipſum ſuperas. Sed & ipſum genus æloquij preſſum eſt, & nitidum: & cũ Tulliana luceat puritate, crebrũ eſt in ſententijs. Iacet eñ (ut ait qdam) oratio, in qua tãtũ uerba laudantur. Præterea magna eſt rerum cõſequentia: & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſeris, uel finis ſuperiorum, uel initium ſequentium eſt. Felix Theodoſius: qui a tali Chriſti oratore defẽditur. Illuſtraſti purpuras eius: & utilitatẽ legum, futuris ſæculis cõſecraſti. Macte uirtute, qui talia habes rudimenta, qualis exercitatus miles eris? O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingenium, non per Aonios montes & Heliconis uertices, ut poetæ canunt: ſed per Sion & Itabirium, & Sina excelſa ducere: Si contingeret docere, quæ didici: & quæ ſi per manus myſteria tradere ſcripturarum: naſceretur nobis aliquid, quod docta græcia non haberet. Audi ergo mi conſerue, amice, germane, auſculta pauliſper, quo in ſcripturis ſanctis calle gradiaris. Totũ quod legimus in diuinis libris: nitet qdem, & fulget etiã in cortice: ſed dulcius in medulla eſt. Qui edere uult nucleum, frangat nucem. Reuela (inquit Dauid) oculos meos: & conſyderabo mirabilia de lege tua. Si tãtus ꝓpheta tenebras ignorantiæ confiteť: quæ nos putas paruulos & pene lactentes inſcitiæ nocte circũdari? Hoc autẽ uelamen, non ſolũ in facie Moyſi: ſed & in euangeliſtis, & in apoſtolis poſitum eſt. Turbis ſaluator in parabolis loquebatur: & conteſtans myſticum eſſe quod dicebatur: aiebat: Qui habet aures audiendi, audiat. Niſi aperta fuerint uniuerſa quæ ſcripta ſunt ab eo, qui habet clauẽ Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: nullo alio reſerãte pandenť. Si haberes hoc fũdamentũ: imo, ſi quaſi extrema manus operi tuo induceret: nihil pulchrius, nihil doctius, nihil dulci9, nihilq; latinius tuis haberem9 uoluminib9. Tertullian9 creber eſt in ſentẽtijs: ſed difficilis in loquẽdo. Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi, dulcis incedit & placidus: & cum totus ſit in exercitatione uirtutum, occupatus perſecutionum anguſtijs, de ſcripturis diuinis nequaq; diſſeruit. Indyto Victorinus martyrio coronatus: quod intelligit æloqui non poteſt. Lactantius, quaſi quidam fluuius æloquentiæ Tullianæ, utinam tam noſtra cõfirmare potuiſſet, q; facile aliena deſtruxit. Arnobius inæqualis & nimius: & abſq; operis ſui partitione confuſus. Sanctus Hilarius gallicano cothurno attollitur: & cum græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur: & a lectione ſimpliciorum fratrum procul eſt. Taceo de cæteris, uel defunctis, uel

D

etiam

A etiam adhuc uiuentibus: super quibus in utrãq; partem post nos alij iudicabunt. Ad teipsum ueniam Symmystẽ, sodalem meum & amicum: amicum inquã meum anteq; notum: & precabor, ne assentationẽ in necessitudine suspiceris: quin potius uel errare me existimato, uel amore labi, q; amicum adulatione decipere. Magnum habes ingenium, & infinitam sermonis supellectilem: & facile loqueris & pure: facilitasq; ipsa & puritas mixta prudentiæ est. Capite qppe sano, omnes sensus uigent. Huic prudentiæ & æloquentiæ, si accederet, uel studium, uel intelligentia scripturarum: uiderem te breui arcem tenere nostrorum: & ascendentem cum Iacob tectũ Sion, canere in domatibus, quod in cubilibꝰ cognouisses. Accingere quæso te, accingere. Nihil sine magno labore uita dedit mortalibus. Nobilem te ecclesia habeat, ut prius senatus habuit. Præpara tibi diuitias, quas quotidie eroges: & nunq; deficiant, dum uiget ætas: dum nondũ canis spargitur caput: anteq; subeant morbi: tristisq; senectus. Et labor, & diræ rapiat inclæmentia mortis. Nihil in te mediocre esse contentus sum: totum summũ, totum perfectum desydero. Sanctum Vigilantium presbyterum qua auiditate susceperim: melius est, ut ipsius uerbis, q; meis discas litteris: qui cur tam cito a nobis profectus sit, & nos reliquerit: non possum dicere, ne lædere quempiam uidear. Tamẽ quasi prætereuntẽ & festinantem paululum retinui, & gustum ei nostræ amicitiæ dedi: ut per eum discas, quid in nobis non desyderes. Sanctam conseruam tuam, & tecum domino militantẽ, per te salutari uolo.

IN EPISTOLAM SEQVENTEM.

B CElantiæ matronæ, quomodo se debeat erga maritum & familiã gerere, præscribit: illud admonens, in matrimonio perpetuæ continentiæ uotum nõ esse suscipiendũ, nisi ex utriusq; cõsensu. Epistola cum primis æloquẽs & erudita, uerũ ab Hieronymiano stilo plurimum discrepans. Coniecturis aliquot huc adducor, ut existimẽ esse Paulini. Primum, quod talis huius dicendi character sit, qualem illius in superiori epistola depinxit Hieronymus. Deinde, quod inter Paulini lucubrationes, epistolarum quas de mundi contemptu scripserit ad sororem, meminit Gennadius. Sunt & aliæ quædam, quas stilus arguit eiusdem esse authoris. Admixtas autem Hieronymianis fuisse consentaneum est, uel quod æloquentiam illius propemodum æquent: uel quod consimilia tractent argumenta, uelut æmulante præceptorem Hieronymum Paulino: uel quod ob familiaritatem, quæ illi cum diuo Hieronymo summa fuit, conuenire uisum sit, ut adiungerentur. Atq; utinam omnes quæ diui Hieronymi titulo circũferuntur, huiusmodi sint. Hanc unam hoc loco inserendam duximus, partim ob affinitatem argumenti, partim ut si forte lector requirat, specimen aliquod habeat æloquentiæ Paulinianæ, tantopore ab æloquentissimo Hieronymo laudatæ. Cæteræ, quas huius esse suspicamur, suũ habebunt tomum. Quãdoquidem animus est, nihil eorum prorsus amputare, quæ falso licet Hieronymi titulo recepta sunt. Eruditis ac mediocribꝰ, suus dabitur locus. Porro, quæ nescio quis data opera supposuit, blateramẽta uerius, q; libros aut epistolas, si quis forte requiret, & hæc in suo reperiet ordine. Qui fuerit, incertũ. Illud certũ, prodigiosum rabulã & impostorem fuisse: cui præcipuũ studiũ ac libido fuisse uidet, ut quẽadmodũ Coccyx oua sua in nidos subdit alienos, ita suas nenias, nõ minus ineptas & infantes, q; ineruditas, Hieronymi, Augustini, Ambrosij scriptis admisceret. Nã eundem esse, flos uidelicet ac lepos sermonis arguit. Proinde si cui tantũ erit ocij, aut certe hoc animi, ut impostoris indocta blateramẽta, q; eruditas sanctorũ lucubrationes legere malit, age, nec hunc sua fraudabimꝰ uoluptate, Dabit suã Cyprio boui merẽda. Reperiet huius epistolas aliquot pbellas, reperiet monacharũ regulam, reperiet Hieronymi miracula, Cyrilli, Augustini, & Eusebij titulo ψευδεπίγραφα. His affatim expleat sese, cui tales placent delitiæ. Quod si qui stomachabunt in me, q pristinos titulos ausus sim cõuellere: hi si libet, eosdẽ auro bracteatis reponant litteris. Quod si parũ uidetur hoc quoq;, diui Lucæ, aut Pauli titulos reponãt, si blateronis ineptias, cupiũt magni nois umbra comẽdare stultis. Certe nõ dubito, quin eruditis ac non omnino deploratis ingenijs, suo loco sim satisfacturꝰ. Efficiam em ut intelligant me, non animi mei somnia, sed multas ac certissimas cõiecturas hac in re secutum fuisse, cũ isti nihil habeant, nisi titulum. Quasi uero magni negocij sit, nomen quoduis ascribere libro. Q; multa passim in omni scriptorum genere, falsis notata titulis, stili dũtaxat indicio reijciuntur. Inter æloquentes etiam Hieronymus libros quosdam uindicat ab ijs, quorum habebant inscriptionem, & propijs dominis asserit. Librũ Pamphili, quẽ alij negabãt esse pamphili, unico dũtaxat argumẽto cõfirmat illius esse: Vñ, inqt, sciam, qd Pamphili sit? Videlicet stilus & saliua docere me poterũt. Tot hominũ milia, faciei discerniculo dignoscis, uoce distinguis. At pauciora sunt uultus & uocis discrimina, q; ingeniorũ. Nec pinde facies hois relucet in speculo, ut ingenij uis in stilo. Tu formosum a formoso oris lineamẽtis dijudicas: & nobis in scriptis palã diuersis, omẽ iudicãdi ius adimis: nec uis simiam, hois inscriptã titulo, ab

C homine dignoscere? Hieronymus stili saliuam secutus, æloquentē ab æloquēte, uelut a luscinia luscinīā, eruditū discernit ab erudito: & tu negas ullis notis distingui posse a luscinia Coccycem, infantē ab æloquētissimo, rabulam ab expolito, indoctum ab eruditissimo, deniq; a uiro sanctissimo nebulonē? Nam quo potius appelles nomine tam perfrictæ frontis histrionem: ut plane barbarus & infans, uiri omniū doctissimi simul & æloquentissimi titulum sibi non ueritus sit imponere, Cumanū etiā asinum, de quo est in prouerbijs, superans? Et sub huius nomine, mētitur se raptū ultra tertiū cœlum: & plus uidisse, q̄; unq̄; uiderit Paulus. Vsq̄adeo putauit neminē mortalium futurum, cui quicq̄; esset emunctæ naris. De hac epistola cuius sit, nolim pronunciare: illud interim certissimū est, Hieronymi nō esse. Candidior est sermo q̄; Hieronymian⁹, non minus lucidus, sed facilior, ac lenius fluens: ille multo ardentior, tum densior in inculcandis remotioribus diuinæ scripturæ locis, ad hoc salsior, & satyricum quiddam referens. Postremo non perinde æquus atq; hic est, matrimonio Hieronymus. Verum notulas, quibus Hieronymi lucubrationes, ab aliorum scriptis ceu lydio lapide, dignosci queant, suo loco diligentissime demonstrabimus. Nunc Christianum Ciceronem audiamus.

AD CELANTIAM MATRONAM DE RATIONE PIE VIVENDI FORTE PAVLINI NOLANI EPISCOPI EPISTOLA.

VEtus scripturæ celebrata sententia est: Esse pudorem quo gloria inueniatur & gratia: & esse rursus pudorem, qui soleat parere peccatum. Cuius dicti ueritas, q̄; q̄; satis ad omniū intelligentiā, ipsa sui luceat claritate: mihi tamē nescio quomodo in præsenti causa, propius innotuit. Prouocatus em̄ ad scribendū litteris tuis: quæ mihi hoc a me obsecratiōibus flagitabant: diu fateor de responsione dubitaui: silentiū mihi imperante uerecundia. Cui tamē fortissime resistebat & uim faciebat, precū tuarum fidelis ambitio. Pugnabat q; acriter cum hæsitatione mea, humilitas obsecrantis: & magna quadam fidei uiolentia, oris claustra pulsabat. Cū q; sic animum utroq; nutantem, cogitatio diuersa libraret: pene pudor excusit officium. Sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia, armauit ad depellendam inutilem uerecundiam, & damnosum silentium resoluendum: cum utiq; ipsam scribendi causam, tam honestam uiderem esse, tam sanctam: ut peccare me crederem, si tacerem:
D illud mecum scripturæ reputans: Tempus tacendi, & tempus loquēdi. Et iterum: Ne retineas uerbū in tempore salutis. Et illud Petri: Parati semp ad satisfactionē oīm poscenti uos rationē. Petis nāq; & sollicite ac uiolenter petis: ut tibi certā ex scripturis sanctis præfiniamus regulam: ad quā ordines cursum uitæ tuæ: ut cognita dñi uoluntate: inter honores sæculi & diuitiarum illecebras, morū magis diligas supellectilem: atq; ut possis in cōiugio constituta: nō solum coniugi placere: sed etiā ei qui indulsit coniugiū. Cui tam sanctæ petitioni tāq; pio desyderio, non satisfacere: quid aliud est, q̄; profectū alterius non amare? Parebo igitur p̄cibus tuis, teq; paratam ad implendam dñi uoluntatē, ipsius nitar incitare sententijs. Idem em̄ uerus omniū dominus ac magister: qui nos placere sibi iubet: etiam docet quomodo placere possimus. Ipse itaq; te informet, ipse te doceat: qui interroganti in euangelio adolescenti, quid faceret ut mereretur uitam æternam: diuina cōtinuo mandata proponit: ostendens nobis eius uoluntatē esse faciendam, a quo speramus & premia. Propter quod alio testatur loco: Nō omnis qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnū cœlorum: sed qui facit uoluntatē patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnū cœlorū. Quo manifeste illud ostenditur, nos nō sola dei cōfessione tāti premij magnitudinem promereri: nisi fidei & iusticiæ opera cōiuncta sint. Qualis em̄ est illa confessio: quæ sic deo credit: ut pro nihilo eius ducat imperiū? Aut quō ex animo, ac uere dicimus, dñe, domine: si eius quem dñm cōfitemur, præcepta cōtemnimus? Vnde ipse in euangelio dicit: Quid autē uocatis me dñe dñe, & nō facitis quæ dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est a me. Et rursum loquit̄ per ꝓphetā: Filius honorificat patrem, & seruus dominū suum timet. Et si pater ego sum: ubi est honor meus? & si dñs ego sum: ubi est timor meus? Ex quo apparet: nec honorari ab eis dñm, nec timeri, q ei⁹ p̄cepta nō faciūt. Et ad Dauid expressius dicit̄, qui peccatum admiserat: Et pro nihilo duxisti deū: & ad Heli fit sermo dñi: Qui honorificat me, honorificabo eū: qui autem pro nihilo me habent, ad nihilū redigētur. Et nos securo ac bono animo sumus: qui per singula quæq; p̄cepta, inhonorātes deū clæmētissimū, ad iracundiā prouocamus: eiusq; imperiū superbissime cōtemnēdo, in tātæ maiestatis imus iniuriā? Quid em̄ unq̄; tā superbū, qd uero tā ingratū uideri potest, q̄; aduersus ei⁹ uiuere uolūtatē, a quo ipsum uiuere acceperis? q̄; illius præcepta despicere, qui ideo aliq̄d imperat: ut causas habeat

A habeat remunerãdi? Neq; em̃ obſequij noſtri deus indiget: ſed nos illius indigemus imperio. Mandata eius deſyderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum nimis, & dulciora ſuper mel & fauum: quoniã in cuſtodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis iraſcitur: idcirco magis illa immenſa dei bonitas offenditur: quia eam per tanti etiã premij detrimenta contemnimus: nec ſolũ imperata: ſed etiam ꝓmiſſa illius pro nihilo ducimus. Vnde ſæpe, imo ſemper, illa nobis dñi reuoluenda ſententia: Si uis ad uitã uenire, ſerua mãdata. Hoc em̃ tota nobiſcũ lege agit', Hoc prophetæ, hoc Apoſtoli docent: hoc a nobis, & uox Chriſti & ſanguis efflagitat: Qui ideo pro omnibus mortuus eſt, ut qui uiuunt: iam nõ ſibi uiuant, ſed ei, qui pro illis mortuus eſt. Vi/uere autẽ illi: nõ eſt aliud, q̃ ei⁹ p̃cepta ſeruare: quæ nobis ille quaſi certũ quoddã dilectionis ſuæ pignus ſeruanda mandauit: Si diligitis, inquit, me: mandata mea ſeruate. Et qui habet mandata mea, & ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Ac rurſus: Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit: & pater meus diliget eũ: & ad eum ueniemus, & manſionẽ apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, ſermones meos non ſeruat. Grandẽ uim obtinet uera dilectio. Et qui perfecte amatur, totã ſibi amantis uendicat uoluntatẽ. Nihil eſt imperioſius charitate. Nos ſi uere Chriſtum diligimus: ſi eius nos redemptos ſanguine recordamur: nihil magis uelle, nihil omnino debem⁹ age/re, q̃ quod illum uelle cognoſcimus. Duo autẽ ſunt genera mandatorũ, in quibus clauditur tota iuſticia. Prohibendi unũ eſt, iubendi alterũ. Vt em̃ mala prohibẽtur: ita præcipiũtur bona. Ibi ocium operatur, hic ſtudium. Ibi coercetur animus, hic incitatur. Hic feciſſe, illic nõ feciſſe, culpabile eſt. Vnde & ꝓpheta dicit: Quis eſt homo qui uult uitã, & cupit uidere dies bonos? Pro/hibe linguam tuã a malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Declina a malo, & fac bonũ. Et beat⁹ Apoſtolus: Odientes malũ, adhærentes bono. Hoc itaq; duplex diuerſumq; præceptũ, prohibendi ſcilicet & imperandi, æquo omnibus iure mandatũ eſt. Non uirgo, non uidua, nõ nupta, ab hoc imperio libera eſt. In quouis propoſito, in quouis gradu: æquale peccatũ eſt, uel ꝓhibita admittere, uel iuſſa non facere. Neq; uero eorum te ſeducat error, qui ex arbitrio ſuo eligunt: quæ potiſſimũ dei mandata contẽnãt: quæ ue quaſi uilia ac parua deſpiciant: Nec metuunt: ne ſecundũ diuinam ſententiã, minima contemnendo, paulatim decidant. Stoicorũ quidẽ eſt peccatorũ tollere differentiã, & delicta omnia paria iudicare: nec ullum inter ſcelus & erratum diſcrimen facere. Nos uero & ſi multũ inter peccata diſtare credimus, quia & legimus: tamen ſatis prodeſſe ad cautionẽ dicimus, etiam minima pro maximis cauere. Tanto em̃ facilius abſtinemus a quocũq; delicto: quãto illud magis metuimus. Nec cito ad maiora progreditur, qui etiã parua formidat. Et ſane neſcio: an poſſimus leue aliquod peccatum dicere, quod in dei contemptum admittitur. Eſtq; prudentiſſimus: qui non tam cõſyderat quod iuſſum ſit, q̃ illum qui iuſſerit: nec quantitatem imperij, ſed imperantis cogitat dignitatẽ. Aedificanti itaq; tibi ſpiritualẽ domũ: nõ ſup leuitatẽ arenæ, ſed ſup ſoliditatẽ petræ: innocentiæ in primis fundamentũ ponatur: ſuper quod facilius poſſis arduũ culmen iuſticiæ erigere. Maximã em̃ partem æquitatis impleuit, qui nulli nocuit. Beatuſq; eſt, qui poteſt cũ ſancto Iob dicere: Nulli nocui hominũ: iuſte uixi cũ omnibus. Vnde audẽter & ſimpliciter loquebat' ad dñm: Quis eſt ille, q iudicet' mecũ: id eſt, qs tuũ aduerſum me poteſt implorare iudiciũ, ut ſe læſum a me cõuincat? Puriſſimæ conſcientiæ eſt, ſecure canere cũ ꝓpheta: Perambulabam in innocẽtia cordis mei: in medio domus tuæ. Vnde idẽ alibi dicit: Nõ fraudauit eos deus bonis, q ambulant in innocẽtia. Itaq; maliciã, odiũ atq; inuidiã: quæ uel maxima, uel ſola ſemina ſunt nocendi, Chriſtiana a ſe propellat anima: neq; manu tantũ, aut lingua: ſed corde quoq; cuſtodiat innocentiã: nec opere modo, ſed uoto etiã nocere formidet. Quantũ em̃ ad peccati rationẽ pertinet, nocuit & q nocere diſpoſuit. Multi nomẽ illud abſolute atq; integre definiũt, innocẽtẽ: q ne in eo qdẽ ulli noceat quo ꝓdeſſe deſiſtat. Q d' ſi eſt uerũ: tũ demũ lætare de innocentiæ cõſciẽtia: ſi cũ potes adiuuare nõ deſinas. Si uero diuiſa inter ſe iſta atq; diſtincta ſunt: aliud q; eſt nõ nocere qd' ſemp potes, aliud ꝓdeſſe cũ poſſis: aliud malũ nõ facere, aliud operari bonũ: illud tibi rurſum occurrat: nõ ſufficere Chriſtiano: ſi partẽ unã iuſticiæ impleat: cui utrũq; præcipit'. Neq; em̃ debem⁹ ad multitudinis exẽpla reſpicere: quæ nullam harũ diſciplinã ſequens, nullum uiuendi tenens ordinẽ: nõ tam ratione ducitur, q̃ quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi ſunt, qui ſub Chriſtiano nomine

B gentilem

C gentilem uitã agunt:& aliud ꝓfeſſione,aliud cõuerſatione teſtãtur:atq; (ut Apoſtolus ait) deũ cõfitentur ſe noſſe,factis autẽ negant. Inter Chriſtianũ & gentilẽ,nõ fides tantũ debet,ſed etiã uita diſtinguere:& diuerſam religionẽ,per diuerſa opera monſtrare. Nolite(ait Apoſtolus)iugum ducere cũ infidelibus. Quæ emꝫ participatio iuſticiæ cũ iniquitate? Aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autem conſenſus templo dei cum idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima ſeparatio. Diſiungitur certo diſcrimine error & ueritas. Illi terrena ſapiant,qui cœleſtia promiſſa non habent. Illi breui huic uitæ ſe totos implicent,qui æterna neſciunt. Illi peccare non metuant,qui peccatorũ impunitatem putant. Illi ſeruiant uitijs,qui non ſperant futura premia uirtutum. Nos uero q̃ puriſſima confitemur fide:omnem hominem manifeſtandum eſſe ante tribunal Chriſti:ut recipiat unuſquiſq; propria corporis ſui,prout geſſit,ſiue bonum,ſiue malum: procul eſſe debemus a uitijs,dicente Apoſtolo:Qui enim Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cũ uitijs & cõcupiſcentijs. Nec turbam ſequãtur errantem,qui ſe ueritatis diſcipulos confitentur. Duas certe cõuerſationis uias,& diſtincta in diuerſum itinera uiuendi,ſaluator in euãgelio oſtendit. Quã (inquit)ſpacioſa uia,quæ ducit ad mortem:& multi ſunt qui intrant per eam. Et rurſum: Quã arta uia & anguſta eſt,quæ ducit ad uitam:& pauci ſunt qui inueniunt eam. Vide quanta inter has uias ſeparatio ſit,quantũq; diſcrimen. Illa ad mortem,hæc tendit ad uitam. Illa celebratur & teritur a multis:hæc uix inuenitur a paucis. Illa emꝫ uitijs per conſuetudinem,quaſi decliuior ac mollior,& uelut quibuſdam amœna floribus uoluptatum:facile ad ſe rapit cõmeantiũ multitudinem:Hæc uero inſueto calle uirtutum triſtior atq; horridior:ab his tantum eligitur,quibus non tam delectatio itineris cordi eſt,cẽꝫ utilitas manſionis. Aſperam enim nobis, & inſuaũ uirtutum uiam,nimia facit uitiorum conſuetudo:quæ ſi in partem alteram tranſferatur:inuenietur(ſicut ſcriptura dicit)ſemita iuſticiæ leuis. Ponamus ergo iam rationem uitæ noſtræ:
D & per quã potiſſimum gradiamur uiam,conſcientia teſte diſcamus. Omne emꝫ quod agimus: omne quod loquimur, aut de lata,aut de anguſta uia eſt. Si cum paucis,anguſtum iter & ſubtilem quandam ſemitam inuenimus:ad uitam tendimus. Si uero multorum comitamur uiam: ſecundũ dñi ſententiam imus ad mortem. Si ergo odio atq; inuidia poſſidemur:ſi cupiditati & auariciæ cedimus,ſi præſentia cõmoda futuris præferimus:per ſpacioſam uiam incedimus. Habemus enim ad hæc comitũ multitudinem:& late ſimiliũ ſtipamur agminibus. Si iracundiã libidinem q̃ explere uolumus:ſi iniuriã uindicamus:ſi maledicenti remaledicimus: & aduerſum inimicũ inimico animo ſumus:æque cum pluribus ferimur. Si uel adulamur ipſi,uel adulantẽ libenter audimus : ſi uerum dicere gratia impedimur:& magis offendere animos hominum timemus,cẽꝫ nõ ex animo loqui:de multorũ item uia ſumus. Tot noſtri ſunt ſocij: quot extranei ueritatis. At econtrario,ſi ab omnibus uitijs ſumus extranei:ſi purũ ac liberum animũ præſtamus,& oĩ cupiditate calcata, ſolis ſtudemus diuites eſſe uirtutibus:per anguſtã uiã nitimur. Cõuerſatio enim iſta paucorum eſt. Eſtq; perrarum atq; difficile:idoneos huius itineris comites reperire. Quinetiã multi hac ire ſe ſimulãt,& ꝑ diuerſa errorũ diuerticula,ad uiã multitudinis reuertũtur. Ideoq; timendũ eſt:ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus:eos comites habeamus erroris. Si igitur inueniũtur exempla:quæ nos per hanc ducant uiam, & rectum euãgelij tramitẽ teneant:ſequenda ſunt. Sin uero ea uel deficiunt,uel deficere putantur: apoſtolorũ forma uniuerſis ꝓpoſita eſt. Clamat uas electionis Paulus:noſq; quaſi ad anguſtũ hoc iter conuocans dicit:Imitatores mei eſtote:ſicut & ego Chriſti. Certe quod eſt amplius omnibus:ipſius dñi relucet exemplum,qui in euangelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis,& ego requieſcere faciã uos. Tollite iugum meũ ſuꝑ uos,& diſcite a me,quia mitis ſum,& humilis corde. Si periculoſum eſt imitari illos,de q̃bus dubitas an imitãdi ſint:hunc certe imitari tutiſſimũ eſt,atq; eius ueſtigia ſequi,q̃ dixit:Ego ſum uia,ueritas & uita. Nũcẽꝫ emꝫ erratꝫ,qui ſequit' ueritatẽ. Vnde & Apoſtolus Iohãnes ait:Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. Et beatus Petrus ait:Chriſtus ꝑ nobis paſſus eſt:uobis relinquẽs exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius:qui peccatũ non fecit: nec eſt inuentus dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat:cum pateretur,non comminabatur. Tra-

debat

A debat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra, ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iusticiæ uiuamus. Cesset omnis excusatio errorum. Auferantur peccandi fœda solatia. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus: & ad consolationem nostram, aliena sæpe numerantes uitia: deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad illius exemplum mittimur: quem omnes fatemur imitandum. Atq; ideo præcipua tibi cura sit, legem nosse diuinam: per quam possis, quasi præsentia cernere exempla sanctorum: quid faciendum sit, quid ue uitandum, illius consilio disce. Maximum enim ad iusticiam auxilium, est implere diuinis æloquijs animū: & quod opere exequi cupias, semper corde meditari. Rudi adhuc populo, & hominibus ad obedientiam insuetis, per Moysen imperatur a domino: ut in signum memoriæ, qua præcepta domini recordentur: per singulas uestimentorum fimbrias, habeant cum cocco hiacynthini coloris insignia: ut etiam casu hucillucq; respicientibus oculis, mandatorum cœlestium memoria nascatur. De quibus fimbrijs pharisæi redarguūtur a domino: quod eas peruerso usu, non ad commonitionem præceptorum dei: sed ad ostentationem sui habere cœperint: ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia, sancti a populo iudicarentur. Tibi uero seruanti: non iam litteræ præcepta, sed spiritus, diuinorum mandatorū memoria spiritualiter excolenda est. Cui non tam frequenter recordanda sunt præcepta domini, cq; semper cogitanda. Sint ergo diuinæ scripturæ semp in manibus tuis, & iugiter mente uoluātur. Nec sufficere tibi putes mandata dei memoria tenere, & operibus obliuiſci. Sed ideo illa cognosce: ut facias quicquid faciendum didiceris. Non em̄ auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur. Latus quidem & immensus diuinæ legis campus extenditur. Qui diuersis testimonijs ueritatis, uelut cœlestibus quibusdam floribus uernans: mira oblectatione legentis animū pascit ac refouet. Quæ omnia semper cognoscere, secūq; reuoluere, ingens ad conseruandā iusticiam beneficium est. Sed quasi ad compendiosum locum, quoddā cōmonitorium, illa tibi euangelij eligenda sententia est: & superscribenda cordi tuo: quæ ad totius iusticiæ breuiariū, dn̄ico ore profertur: Omnia quæcunq; uultis ut faciāt uobis homines:
B hæc & uos facite illis: Cuius præcepti uires exprimens, iungit ac dicit: Hæc em̄ lex & pphetæ. Infinitæ nāq; sunt species, partesq; iusticiæ: quas nō modo stilo persequi: sed cogitatione etiam capere difficillimum est. Quas omnes una ac breui sententia comprehendit: & latentem hominū conscientiā, secreto animi iudicio, aut absoluit, aut damnat. Ad omnē igitur actum, ad omne uerbum: ad omnē etiā cogitatū, hæc sententia retractetur: quæ tibi quasi speculum quoddam paratum, & ad manū semper positum, qualitatem tuæ uolūtatis ostendat: ac etiam uel de iniusto opere redarguat, uel de iusto lætificet. Quotiescūq; em̄ talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero seruari cupis: æquitatis uiam tenes. Quoties uero talis erga alterum fueris, qualē in te uis neminē: iter iusticiæ dereliquisti. En totū illud diuinæ legis arduum totumq; difficile. En ob quā causam dura imperia. Domino reclamamus, & dicimus nos, uel difficultate, uel impossibilitate mandatorū premi. Nec sufficit, quod iussa nō facimus: nisi etiam iubentē, iniustum pronunciemus: dum ipsum æquitatis authorem: non modo dura & ardua: sed etiam impossibilia præcepisse conquerimur. Omnia, inquit, quæcunq; uultis, ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis. Coniungi uult inter nos atq; cōnecti, per mutua beneficia charitatē. Omnesq; homines uicario inter se amore copulari: ut id unoquoq; præstante alteri, quod sibi ab omnibus præstari uelit: tota iusticia: & præceptum hoc dei, cōmunis sit utilitas hominum. Et o miram dæmentiam domini, o ineffabilem dei benignitatem. Premiū nobis pollicetur, si nos inuicem diligamus: id est, si nobis ea præstemus inuicē, quorū uicissim indigemus. Et nos superbo simul & ingrato animo, eius renitimur uoluntati: cuius etiam imperium beneficium est: Nulli uncq; omnino detrahas: nec aliorum uituperatione te laudabilem uideri uelis. Magisq; uitā tuā ordinare disce, cq; alienam carpere. Ac semper scripturæ memor esto dicentis: Noli diligere detrahere: ne eradiceris. Pauci admodum sunt, qui huic uitio renuncient: raroq; inuenies, qui ita uitam suam irreprehensibilem exhibere uelint: ut non libenter reprehendant alienam. Tantaq; huius mali libido, mentes hominum inuasit: ut etiam qui procul ab alijs uitijs recesserunt: in istud tamen quasi in extremum diaboli laqueum incidant. Tu uero

hoc

C hoc malum ita effuge: ut non modo ipsa non detrahas: sed ne alij quidem detrahenti, aliquando credas. Nec obtrectatoribus auctoritatem de consensu tribuas: ne eorum uitium nutrias annuendo. Noli (inquit scriptura) consentaneus esse cum derogantibus aduersus proximum tuum: & non accipies super illum peccatum. Et alibi: Sepi aures tuas spinis: & noli audire linguam nequã. Vnde & beatus Dauid, diuersas innocentiæ species iusticiæq; dinumerans: de hac quoq; uirtute non tacuit, dicendo: Et opprobrium nõ accepit aduersus proximos suos: Propterea quod ipse non solũ aduersatur, sed etiam persequitur detrahentẽ. Ait enim: Detrahentem secreto proximo suo, hũc persequebar. Est sane tale hoc uitium: quod uel in primis extingui debeat: & ab eis qui se sancte instituere uolunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animum: nihil est quod ita mobilẽ mentem ac leuem faciat, cq; facile totum credere: & obtrectatorum uerba, temerario mentis assensu sequi. Hinc enim crebræ dissensiones: hinc odia iniusta nascuntur. Hoc est quod sæpe de amicissimis etiam inimicos facit: dum concordes quidem, sed credulas animas, maliloqua lingua dissociat. At cõtra, magna quies animi, magnaq; est morum grauitas: non temere de quoq; sinistri quid audire. Beatusq; est, qui ita se contra hoc uitiũ armauit: ut apud eum detrahere nemo audeat. Quod si hæc in nobis esset diligentia, ne passim obtrectatoribus crederemus: iam omnes detrahere timerent: ne non tam alios, q; seipos uiles detrahendo facerent. Sed hoc ideo malum celebre est: idcirco in multis feruet hoc uitium: quia pene ab omnibus libenter auditur. Adulatorum quoq; assentationes: & noxia blandimẽta fallaciæ: uelut quasdam pestes animæ fuge. Nihil est quod tam facile corrumpat mẽtes hominũ: nihil quod tam dulci & molli uulnere animum feriat. Vnde & quidam sapiens ait: Verba adulatorum mollia: feriunt autem interiora uentris. Et dñs loquitur per prophetam: Populus meus qui beatificant uos, seducunt uos, & semitas pedum uestrorum dissipant. In multis, isto maxime tempore, regnat hoc uitium: quodq; est grauissimũ, humilitatis ac beniuolentiæ loco ducit.

D Eo fit, ut qui adulari nescit: aut inuidus, aut superbus putetur. Est sane grãde & subtile artificiũ: laudare alterum in cõmendationem sui, & decipiendo, animum sibi obligare decepti: quodq; hoc maxime uitio agi solet: fictas laudes, certo precio uendere. Quæ hæc tanta est leuitas animi: quæ tanta uanitas: relicta propria conscientia, alienam opinionẽ sequi: & quidẽ fictam atq; simulatam? Rapi uento falsæ laudationis, gaudere ad circũuentionem suã: & illusionẽ pro beneficio accipere? Tu ergo si uere laudabilis esse cupis: laudem hominũ ne requiras. Illiq; præpara conscientiã tuã: qui & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus tibi erit a deo. Sit igitur intentus ac uigilans, & aduersus peccata semper armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus & parcus: & qui necessitatem magis loqui indicet, q; uolũtatem. Ornet prudentiã uerecundia: quodq; præcipuũ in fœminis semp fuit, cunctas in te uirtutes pudor superet. Diu añ consydera, quid loquendũ sit: & adhuc tacens prouide, ne qd dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio: & linguæ officiũ, animi libra dispenset. Vnde scriptura dicit: Argentũ & aurũ tuũ confla, & uerbis tuis facito statherã, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris lingua. Nũq; malũ uerbũ de ore tuo procedat: quæ ad cumulũ benignitatis, iuberis etiã maledicentibus benedicere. Misericordes (inquit) modesti, humiles, nõ reddentes malũ pro malo, neq; maledictũ pro maledicto: sed ecõtrario benedicentes. Mentiri uero atq; iurare, lingua tua prorsus ignoret: tantusq; in te sit ueri amor: ut quicquid dixeris, iuratũ putes. De quo saluator ad discipulos ait: Ego autẽ dico uobis, nõ iurare omnino. Et paulo post: Sit autem sermo uester, est, est, non, non: Quod aũt his abundãtius est, a malo est. In omni igit actu atq; uerbo, quieta mens & placida seruetur: sempq; cogitationi tuæ, dei præsentia occurrat: sit humilis animus, ac mitis: & aduersus sola uitia erectus. Nunq; illum, aut superbia extollat, aut auaricia inflectat, aut ira præcipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil deniq; pulchrius ea mente esse debet: quæ in dei habitaculum præparanda est: quẽ non auro tẽpla fulgentia, nõ gemmis altaria distincta delectant: sed anima ornata uirtutibus. Ideo & templũ dei, sanctorũ corda dicũtur, affirmãte Apostolo, qui ait: Si quis templũ dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templũ enim dei sanctũ est, quod estis uos. Nihil habeas humilitate p̃stantius, nihil amabilius. Hæc est enim præcipua cõseruatrix, & quasi custos quædã uirtutũ omniũ, nihilq; est: quod nos

ita &

A ita & hoibus gratos & deo faciat,q̄ſi uitæ merito magni,humilitate infimi ſim⁹. Propter qđ ſcriptura dicit: Quãto magnus es,humilia te in omnibus,& corã deo inuenies gratiam.Et dñs loquitur per propheram:Super quem alium requieſcam,niſi ſuper humilem,& quietũ,& tremẽtem uerba mea? Verũtamen humilitatẽ ſequere:non quæ oſtenditur,atq; ſimulatur geſtu corporis,aut fracta uoce uerborũ:ſed quæ puro affectu cordis exprimitur. Aliud eſt em̃ uirtutem habere,aliud uirtutis ſimilitudinem:aliud eſt rerũ umbrã ſequi,aliud ueritatem.Multo deformior illa eſt ſuperbia:quæ ſub qbuſdam humilitatis ſignis latet.Neſcio em̃ quomodo turpiora ſunt uitia,quæ uirtutũ ſpecie celantur. Nulli te unq̄ de generis nobilitate præponas:neq; obſcuriores quaſq; & humiliore loco natas,te inferiores putes.Neſcit religio noſtra perſonas accipere:nec conditiones hominũ,ſed animos inſpicit ſingulorum. Seruum & nobilẽ,de moribus pronunciat.Sola apud deum libertas,eſt non ſeruire peccatis.Summa apud deũ eſt nobilitas, clarũ eſſe uirtutibus.Quid apud deũ in uiris nobilius Petro,qui piſcator & pauper fuit? Quid in fœminis beata Maria illuſtrius ,quæ ſponſa fabri deſcribitur? Sed illi piſcatori & pauperi, cœleſtis regni a Chriſto credũtur claues.Hæc ſponſa fabri,meruit eſſe mater illius,a quo ipſæ claues datæ ſunt. Elegit em̃ deus ignobilia & contẽptibilia huius mundi:ut potẽtes ac nobiles, ad humilitatem facilius adduceret.Nam & alias fruſtra ſibi aliqs de nobilitate generis applaudit:cũ uniuerſi paris honoris,& eiuſdem apud deum preciį ſint,qui uno Chriſti ſanguine ſunt redempti:nec intereſt qua quis conditione natus ſit:cum omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur.Nam & ſi obliuiſcimur,quia ex uno omnes generati ſumus:ſaltem id ſemp̄ meminiſſe debemus, quia per unum omnes regeneramur.Caue ne ſi ieiunare aut abſtinere cœperis,te putes eſſe iam ſanctã.Hæc em̃ uirtus adiumentum eſt,non perfectio ſanctitatis.Magiſq; id prouidendum eſt:ne tibi hoc,cum licita contemnas:ſecuritatem quandã illicitorũ faciat.Quicquid ſupra iuſticiã offertur deo:non debet impedire iuſticiã,ſed adiuuare. Quid autem prodeſt tenuari abſtinentia corpus,ſi animus intumeſcat ſuperbia? Quã laudem merebimur de pallore ieiunij,ſi inuidia liuidi ſimus? Quid uirtutis habet uinum non bibere:& ira atq; odio inebriari? Tunc inquã præclara eſt abſtinentia:tunc pulchra atq; magnifica caſtigatio corporis: cum
B eſt animus ieiunus a uitijs.Imo qui probabiliter ac ſcienter abſtinentiæ uirtutem tenent: eo affligunt carnem ſuam:quo animæ frangunt ſuperbiam : ut quaſi de quodam faſtidio contemptus ſui atq; arrogantiæ,deſcendant ad implendã dñi uoluntatẽ:quæ maxime in humilitate p ficit. Idcirco a uarijs ciborũ deſyderijs mentẽ retrahũt,ut totã ei⁹uim occupẽt in cupiditate uirtutũ. Iãq; minus ieiuniorũ & abſtinẽtiæ laborẽ caro ſentit,anima eſuriẽte iuſticiã. Nam & uas electionis Paulus dum caſtigat corpus ſuum,& in ſeruitutẽ redigit,ne alijs prædicãs ipſe reprobus inueniat: non ad ſolã(ut quidã imperiti putant)hoc facit caſtitatẽ :Nõ em̃ huic tantũ modo,ſed oibus omnino uirtutib⁹ abſtinẽtia opitulat. Neq; magna aut tota apoſtoli gloria eſt, nõ fornicari : ſed hoc agit, ut caſtigatione corporis,erudiat animus:quãtoq; nil ex uoluptatib⁹ cõcupiſcit: tãtomagis poſſit de uirtutibus cogitare:ne pfectionis magiſter, imperfectũ aliquid in ſe oſtendat : ne Chriſti imitator,extra præceptũ quicq̄,aut uoluntatem Chriſti faciat:neue minus exẽplo,q̄ uerbo doceat:cũq; alijs p̃dicauerit,ipſe reprobetur,audiatq; cũ phariſæis:Dicunt em̃ & nõ faciunt.Apoſtolici uero,& præcepti eſt,& exempli:ut habeamus rationẽ,nõ conſcientiæ tantũ,ſed etiã famæ.Non ſuperfluũ & a fructu uacuũ,gentiũ magiſter hoc docet. Vult em̃ etiã extraneos ad fidẽ hoies,per fideliũ opera,pficere:ut religionẽ ipſam,religionis diſcipli/na cõmendet.Et ideo ſicut luminaria in mundo lucere nos iubet,in medio natiõis prauæ & peruerſæ:ut incredulæ mentes errantium,ex noſtrorũ actuum lumine,ignorãtiæ ſuæ tenebras deprehendant. Vnde & ipſe ad Romanos ait:Prouidẽtes bona:non ſolum coram deo,ſed etiam coram hominibus. Et alibi: Sine offẽſione eſtote Iudæis,& gentibus,& eccleſiæ dei,ſicut ego p oĩa omnibus placeo: nõ quærẽs quod mihi utile eſt,ſed quod multis.Beatus eſt qui tam ſancte:tãq; grauiter diſpoſuit uitã ſuã:ut de eo ſiniſtri aliquid,ne fingi quidem poſſit:dum aduerſus obtrectatorũ libidinem,pugnat meriti magnitudo:nec fingere quiſq̄ auſus eſt,quod a nullo putat eſſe credendum.Quod ſi id aſſequi difficile atq; nimis arduum eſt: ſaltem hanc adhibeamus uitæ noſtræ diligentiam: ne malæ mentes, occaſionem inueniant detrahendi. Ne ex

C nobis ſcintilla,pcedat: per quam aduerſus nos ſiniſtræ famæ flãma conflet. Alioqui fruſtra ira/ſcimur obtrectatoribus noſtris,ſi eiſipſis obtrectandi materiam miniſtramus. Si autem nobis diligenter atq; ſollicite omnia ad honeſtatem prouidentibus,cunctiſq; actibus noſtris timorẽ dei præferentib9,illi nihilominus inſaniunt:conſoletur nos cõſcientia noſtra:quæ tunc maxime tuta eſt:tunc optime ſecura eſt,cum ne occaſionem quidem male de ſe ſentiendi dedit. Illis ẽm uæ dicitur per prophetam, qui dicũt,quod bonũ eſt malum,qui lucem appellant tenebras:& quod dulce eſt,amarũ uocant. Nobis ergo ſaluatoris aptabitur ſermo:Beati eſtis cũ uobis ma/ledixerint hoies,mentientes. Nos modo id agamus:ut male de nobis nemo loqui abſq; men/dacio poſſit. Ita habeto ſollicitudinem domus:ut aliquã tamẽ uacationẽ animæ tribuas. Eligaẽ tibi opportunus,& aliquãtũ a familiæ ſtrepitu remotus locus:in quẽ tu uelut in portũ,quaſi ex multa tempeſtate curarũ te recipias:& excitatos foris cogitationũ fluctus,ſecreti tranquillitate cõponas. Tantũ ibi ſit diuinæ lectionis ſtudiũ:tam crebræ orationũ uices :tam firma & preſſa de futuris cogitatio:ut omnes reliqui temporis occupatiões,facile hac uacatione cõpenſes. Nec hoc ideo dicimus: quo te retrahamus a tuis,imo id agimus:ut ibi diſcas,ibiq; mediteris,qualem tuis præbere te debeas. Familiã tuã ita rege & cõfoue:ut te matrem magis tuorũ,q̃ dñam uide ri uelis:a quibus benignitate potius,q̃ ſeueritate exige reuerentiã. Fidelius & gratius ſemp ob/ſequiũ eſt:quod ab amore,q̃ quod a metu proficiſcitur. Præcipue autem in cõiugio uenerabili atq; immaculato,apoſtolicæ regulæ ordo teneatur. Seruetur in primis uiro authoritas ſua: to/taq; a te diſcat domus,quãtũ illi honoris debeat. Tu illum dñm obſequio tuo:tu magnũ illum tua humilitate demonſtra:tanto ipſa honoratior futura,quãto illũ amplius honoraueris. Ca/put ẽm (ut ait apoſtolus)mulieris,eſt uir:nec aliunde magis reliquũ corpus ornatur,q̃ ex capi/tis dignitate. Vnde idem alibi dicit:Mulieres ſubditæ eſtote uiris,ſicut oportet in dño. Sed & beatus Petrus apoſtolus ait:Similiter autẽ mulieres ſubditæ ſint uiris:ut & ſi qui nõ credũt uer bo:per mulieris conuerſationẽ,ſine uerbo lucrifiant. Si ergo etiam gentilibus maritis debeẽ ho

D nor iure coniugij:quãtomagis reddendus eſt Chriſtianis? Atq; ut oſtendat,quibus ornamen/tis etiam uiris iũctæ fœminæ decorari debeant:ait:Quarũ ſit nõ extrinſecus capillatura,aut cir cũdatio auri,aut ueſtimentorũ cultus:ſed qui abſconditus cordis eſt homo: incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus,qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic ẽm aliquãdo & ſanctæ mulieres ſperantes in dño ornabant ſe,ſubiectæ proprijs uiris:ſicut Sara obediebat Abrahæ,dñm ſuum uocans. Hæc autẽ præcipiens,nõ eas iubet ſqualore,ſordibus,& horrentibus pannorũ aſſumen tis tegi:ſed immoderato cultui,& nimis exquiſito interdicit ornatui,ſimplicemq; cõmendat or natum atq; habitũ. De quo & uas electionis,ait:Similiter autẽ & mulieres in habitu ornato,cũ uerecundia & ſobrietate:ornantes nõ in tortis crinibus,aut auro,aut margaritis,uel ueſte præ/cioſa:ſed quod decet mulieres,promittentes caſtitatem per opera bona. Repperi uero te miræ fidei ardore ſuccenſam,aliquot iam ante annos continentiã propoſuiſſe:& reliquũ uitæ tuæ tẽ/pus,pudicitiæ conſecraſſe. Magni hoc animi ſignum,& perfectæ uirtutis indiciũ eſt,renunciare ſubito expertæ uoluptati,fugere notas carnis illecebras:& calentis adhuc ætatis flammas,fidei amore reſtinguere. Sed illud quoq; ſimul didici:quod me nõ mediocriter angit ac ſtimulat:te uidelicet tantũ hoc bonũ,abſq; conſenſu & pacto uiri ſeruare cœpiſſe:cum hoc apoſtolica om/nino interdicat authoritas: quæ in hac dũtaxat cauſa,nõ modo uxorem uiro:ſed etiam uirum uxoris ſubiecit poteſtati: Vxor(inquit)ſui corporis poteſtatem nõ habet,ſed uir. Similiter autẽ uir poteſtatẽ nõ habet ſui corporis,ſed mulier. Tu uero quaſi oblita fœderis nuptialis pactiq; huius ac iuris immemor,inconſulto uiro uouiſti dño caſtitatẽ. Sed periculoſe ꝓmittitur, quod adhuc in alterius poteſtate eſt. Et neſcio q̃ ſit grata donatio,ſi unus offerat rem duorum. Mul/ta iam per huiuſcemodi ignorantiam,& audiuimus,& uidimus ſciſſa coniugia: quodq; recor/dari piget,occaſione caſtitatis adulterium perpetratũ. Nam dum una pars ſe etiam a licitis ab/ſtinet:altera ad illicita delapſa eſt. Et neſcio in tali cauſa,quis magis accuſari,quis amplius cul/pari debeat:utrum ille qui repulſus a coniuge fornicatur: an illa quæ repellẽdo a ſe uirum,eum fornicationi quodammodo obijcit. Atq; ut ſuper hac cauſa,quid ueritas habeat agnoſcas:pau ca mihi de diuina authoritate ponenda ſunt. Apoſtolicæ doctrinæ regula:nec cum Iouiniano

æquat

A æquat continentiæ,opera nuptiarum:nec cum Manichæo coniugia condemnat.Ita uas electio
nis ac magiſter gentium,inter utrũq; temperatus incedit ac medius:ut remedium incontinen/
tiæ indulgeat: & ad præmiũ prouocet continentiã. Totuſq; in hac cauſa eius hic ſenſus eſt: ut
ex utriuſq; ſententia proponatur caſtitas:aut certe ab utroq; debitum commune ſoluatur. Sed
ipſa iam Apoſtoli uerba ponamus:totamq; hanc cauſam a ſui principio retractemus. Loquit᷑
enim ad Corinthios:De quibus autem ſcripſiſtis mihi:Bonum eſt homini mulierem non tan/
gere.Et cũcũ hic laudauerit caſtitatẽ:tamen ne aliquibus uideatur prohibere coniugia,ſubiun/
git: Propter fornicationem autẽ unuſquiſq; ſuã uxorem habeat. Vxori uir debitum reddat:ſi/
militer autẽ & uxor uiro:Mulier autem ſui corporis poteſtatẽ non habet,ſed uir. Et uir ſui cor/
poris poteſtatem non habet,ſed mulier. Nolite fraudare inuicem. Ac rurſus: ne tanta pro nu/
ptiarum parte dicendo,uideretur excludere caſtitatem,ſequitur: Niſi forte ex conſenſu ad tem/
pus:ut uacetis orationi. Et ſtatim quaſi recuſat hoc,quod dixit: Ad tempus:ne non tam perpe/
tuam,cũ temporalem ac breuem continentiam docere uideatur. Ait em̃:propter incontinentiã
ueſtram. Hoc autem dico ſecundũ indulgentiã,nõ ſecundũ imperiũ. Vnde hoc quod dixit,ad
tempus:docet meditationem debere fieri caſtitatis:ut per certa interualla temporũ,quaſi explo
ratis continentiæ ſuæ uiribus,ſine periculo utriq; promittant:quod ſemper eſt ab utroq; ſeruã/
dum. Quid uero abſolute uelit,manifeſte dicit: Volo autem omnes homines eſſe ſicut meip̃m,
id eſt,in iugi ac perpetua caſtitate uiuere. Vides ne cũ caute,cũ prouide,cũ ſine ullius occaſione
ſcandali,magiſter firmauerit de caſtitate ſententiam:nolens tantum bonum in unius temerita/
te nutare,quod ligare & confirmare debet conſenſus amborum. Et re uera,quid ea caſtitate fir/
mius eſt,quidue tutius,quã quæ ex duorum cœpta ſentẽtia,ab utroq; uelut in cõmune ſeruat᷑?
Nec de ſe tantum pars altera ſollicita:mutuo ſe ad uirtutis animet perſeuerantiam. Hoc enim,
ſicut alia quoq; bona,non tantum cœpiſſe,ſed perfeciſſe laudandum eſt. Iamdudum(ut intelli/
B gis)ſcopuloſo difficiliq; in loco uerſatur oratio:nec audet in alterutrã declinare partem, dum
æqualiter utrũq; formidat:ſed ex noſtra difficultate, tuum agnoſce diſcrimẽ. Maluimus em̃ te
contriſtare forſitan uera dicendo,cũ ficta adulatione ducere. Duplex,ut uides,malum, æquale
& anceps periculum eſt. Ex utroq; arctaris,ex utroq; conſtringeris. Cõtemnere omnino uirum
atq; deſpicere,aperte contra Apoſtoli ſententiã eſt: Prodere uiro tanti temporis caſtitatem,&
deo non reddere quod promiſeras:timendum atq; metuendum eſt. Vt uulgo dicitur: facile ex
amico inimicum facies,cui promiſſa non reddas. Sicut em̃ ſcriptura dicit: Quod ſi uoueris uo/
tũ dño deo,nõ moreris reddere illud:qa quærens quærit illud dñs deus abs te: Erit em̃ in pecca
tũ. Ait ergo: Debitam honorificentiã uiro exhibe:ut ex utroq;,dño debitum quod uouiſti,red/
dere poſſis: De cui⁹conſcientia nõ diffidimus,ſi paululum expectaſſes:non quo te a bono caſti
tatis retrahamus:ſed huius animũ ad caſtitatis oraculum totis uiribus incitemus:ut uolunta/
rium ſacrificium offerat deo,in odorem ſuauitatis:ut exuta mens a cunctis retinaculis munda/
nis,atq; corporalibus uoluptatibus ſit,ut ualeas plenius inhærere dñicis præceptis. Quod ta/
men ne quid a nobis negligenter eſſe dictum arbitreris,diuinarum ſcripturarũ teſtimoniis edo
cuimus:ſicut etiam Apoſtolus dicit: Et erunt duo in carne una:iam nõ una caro,ſed unus ſpũs.
Hoc ſacramentum magnum eſt,arduumq; eſt iter caſtitatis,ſed magna ſunt præmia. Vocatq;
nos dñs in euangelio,dicens: Venite benedicti patris mei,poſſidete præparatum uobis regnũ
ab origine mundi. Idem ipſe dñs dicit: Venite ad me omẽs qui laboratis & onerati eſtis,& ego
uos reficiam. Tollite iugum meum ſuper uos,& diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde,&
inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugum em̃ meũ ſuaue eſt,& onus meum leue. Dicit em̃
idem dominus his,qui ad ſiniſtram eius erunt: Diſcedite a me maledicti in ignem æternũ:quẽ
præparauit pater meus diabolo & angelis eius:neſcio uos operariꝭ iniquitatis. Erit ibi flet⁹ &
ſtridor dentiũ. Illi utiq; omẽs plangẽt, illi lugebũt,q ita curis ſe uitæ præſentis inuoluũt,ut obli
uiſcantur futuram:quos ſomno quodã ignorantiæ,& malæ ſecuritatis oppreſſos fluctibus,dñi
cõprehendet aduentus. Vnde ipſe in euangelio ait: Attendite uobis,ne forte grauentur corda
ueſtra in crapula & ebrietate,& curis huius uitæ: Ne forte ſuperueniat in uos repentina dies il/
la:tanq̃ laqueus em̃ ſuperueniet in omnes,qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Et rurſum: Vi
gilate & orate:neſcitis em̃ quando tempus ſit. Beati ſunt,qui ita expectant,ita illum ſpeculan/

C tur diem: ut se ad eum quotidie præparent: qui non de præterita sibi iustícia blandientes: secundum Apostolum, per dies singulos in uirtute renouãtur. Iusticia em̃ non proderit ei, a quo die iustus esse desierit. Sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua, a die quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo secur⁹ esse debet, q̃diu in huius uitæ agone uersat̃: nec desperare peccator: qui secundum prædictam prophetæ sententiã, uno die iustũ se efficere potest: sed totum quo tenditur spaciũ uitæ tuæ: ut peragere possis iustíciã: nec de p̃terita iustícia cõfidens, remissior efficiaris. Sed sicut dicit Apostolus: Posteriora obliuiscens, ad ea autem quæ anteriora sunt me extendens: ad destinatum persequar brauiũ supernæ uocatiõis, sciens scriptum esse, cordis inspectorem deum. Et idcirco satagit, ut animã mundam habeat a peccato. Propter quod scriptum est: Omni custodia serua cor tuum. Et iterum: Diligit dñs mũda corda. Accepti aũt sunt ei oẽs immaculati. Idcirco age, ut ordines reliquũ tẽpus uitæ tuæ sine offensa: ut possis secure canere cũ ꝓpheta: Perambulabã in innocẽtia cordis mei: in medio dom⁹ meæ. Et iterũ: Introibo ad altare dei: ad deũ q̃ lætificat iuuentutẽ meã. Quia inchoasse nõsufficit: sed pfecisse iustícia est.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

PAter Asellæ somniarat se in uitrea phiala uidere puellam uirgũculam. Eam natam, & ante annos pubertatis uirginitati consecrauit, flammeo uirginali tectam. Ea protinus post duodecimum annum monachæ uitam arripuit, ac Romæ perinde quasi in eremo uixit. Hui⁹ laudes ad Marcellam illius familiarem scribit, ne uideretur assentari, quod uiuentẽ adhuc tantopere laudaret.

SCHOLIA.

MVrenulam uulgus uocat.) Nimirum a similitudine piscis. Pro negociationis auspicio.) Quia uendidit ornamenta mundana, ut emeret uestem monachæ, felici auspicio euangelij: Vade & uende omnia &c. Metallo in uirgulas lentescente.) Metallum aurũ uocat: alioq̃ uenæ unde aurũ atq̃ argentum, & huius generis alia proferuntur, metalla dicũtur. Lentescere est in exile fieri: ita & alias Hieronym⁹, Aurum in fila lentescens. Pene inuisa properabat.) Inuisam dixit non odiosam, sed nõ uisam. Ita clanculum ibat, & celeriter redibat, ut uix a quoq̃ uideretur. Naui gij sui uela tendebat.) A nautis sumptum, qui uela pandunt, uelocius cursuri. Significat autem uehementius & acrius ieiunium, quod alijs temporibus Hieronymus uult esse moderatius, minusq̃ perpetuum. D Cruciaretur iniuria.) Iniuriam eleganter uocat molestiam & offensam: unde & cœli dicimus iniuriam. Seueritate iucundius.) Miro decore coniunxit contraria. Habet hoc uera pietas, quæ a spiritu Christi proficiscitur, ut ira quoq̃ sapiat amorem, seueritas habeat suã iucunditatem: contra, iucunditas, habeat suam tristiciam, non tristem. In humanis affectibus, aut simulatis, secus est. Sermo silens.) Pari iucunditate iunxit pugnantia. Idem semper habitus.) Habitum uocat hic nõ cultum, sed uultus speciem, ut nec tristior esset, nec hilarior. Idem tradunt de Socrate philosopho.

HIERONYMVS AD MARCELLAM DE LAVDIBVS ASELLAE

NEmo reprehendat, quod in epistolis, aliquos aut laudamus, aut carpimus: cum & & in arguendis malis, sit correptio cæterorum: & in optimis prædicandis, bonorũ ad uirtutem studia concitẽtur. Nudiustertius de beatæ memoriæ Lea aliqua dixeramus. Nico pupugit animum: & mihi uenit in mentem, non debere nos tacere de uirgine: qui de secundo ordine castitatis locuti sumus. Igitur Asellæ nostræ uita breuiter explicanda est: cui quæso ne hanc epistolam legas. (Grauatur quippe laudibus suis): sed his potius, quæ adolescentulæ sunt, legere dignare: ut ad exemplum eius se instituentes, conuersationẽ illi⁹, pfectæ uitæ normã arbitrentur. Prætermitto, quod in matris utero benedicitur ei, anteq̃ nascatur: quod in phiala nitentis uitri, & omni speculo purioris, patri uirgo traditur p quietẽ. Quod adhuc infantiæ inuoluta pannis, & uix annũ decimũ ætatis excedens: honore futuræ beatitudinis cõsecrat̃. Sit gratiæ omne, quod ante laborũ fuit: licet deus præscius futurorũ, & Hieremiã sanctificet in utero: & Iohannẽ in aluo matris faciat exultare: & Paulũ ante constitutionẽ mundi, separet in euangeliũ filij sui. Ad ea uenio, quæ post duodecimũ annũ sudore proprio elegit, arripuit, tenuit, cœpit, impleuit. Vnius cellulæ clausa angustijs, latitudine paradisi fruebat̃. Idẽ terræ solum, & orationis locus extitit & quietis. Ieiuniũ pro ludo habuit, inediam pro refectione. Et cũ eã non uescendi desyderium, sed humana confectio ad cibum traheret: pane & sale, & aqua frigida concitabat magis esuriẽ, q̃ restinguebat. Et quia pene oblitus sum, quod in principio debui dicere: Cum primũ hoc propositũ arripuit, aurum colli sui: quod quidẽ murenulam uulgus uocat: quod scilicet metallo in uirgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena cõtexit̃, absq̃ parẽtib⁹ uẽdidit, & tunicã fusciorẽ, quã a matre impetrare nõ poterat induta, pio negociatiõis auspitio, se repẽte dño cõsecrauit: ut intelligeret uniuersa cognatio, nõ posse aliud

ei extor

A et extorqueri, quæ iã sæculũ dãnasset in uestibus. Sed (ut dicere cœperam⁹) ita se semp moderate habuit, & intra cubiculi sui secreta custodiuit: ut nũq̃ pedẽ, pferret in publicũ, nũq̃ uiri nosset alloquiũ. Et qd magis sit admirãdũ, sororẽ uirginẽ amaret potius, q̃ uideret. Operabat manib⁹ suis, sciens scriptũ esse: Qui nõ opat, nõ manducet. Spõso aut orãs loquebat, aut psallẽs. Ad martyrũ limina pene inuisa, pperabat. Et cũ gauderet, pposito suo: in eo uehemẽtius exultabat, qd se nullus cognosceret. Cũq̃ p oẽm annũ, iugi ieiunio pasceret, biduo triduoq̃ sic pmanens: tũ uero in quadragesima, nauigij sui uela tendebat: oẽs pene hebdomadas uultu lætãte cõiungẽs. Et quod impossibile forsitan est hoibus ad credendũ: deo aũt pstante possibile est: ita ad quinquagenariã puenit ætatẽ: ut nõ doloret stomachus, nõ uiscerũ cruciaret iniuria, nõ sicca humus iacẽtia mẽbra cõfringeret, nõ sacco asperata cutis, fetorẽ aliquẽ situ q̃ cõtraheret: sed sana corpore, anima sanior, solitudinẽ putaret esse delitias: & in urbe turbida, inueniret eremũ monachorũ. Et hæc qdẽ tu meli⁹ nosti, a qua pauca didicim⁹: & cui⁹ oculis durities de genub⁹ camelo⁹, in illo sancto corpusculo præ orãdi frequẽtia obcalluisse pspecta est. Nos qd scire possum⁹, explicamus. Nihil illius seueritate iucundius, nihil suauitate tristius, nihil tristicia suauius. Ita pallor in facie est: ut cũ continentiã indicet, nõ redoleat ostẽtationẽ. Sermo silens, & silentiũ loquẽs. Nec citus, nec tardus incessus. Idẽ semp habitus. Neglecta mũdicies, & inculta uestis: cultus ipse, sine cultu. Sola uitæ suæ æqualitate, pmeruit: ut in urbe pompæ, lasciuiæ, delitiarũ, in qua humilẽ esse miseria est, & boni eã pdicent, & mali detrahere nõ audeãt. Viduæ eam imitent & uirgines. Maritatæ colant, noxiæ timeant, suscipiant sacerdotes.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcella primæ nobilitatis puella, septimo a nuptijs mẽse uiduata fuerat. Deinde Cerealẽ cõsulẽ nuptias illi⁹ ambientẽ, ptinaciter reiecit, decreta iam in reliquã uitã uiduali castimonia. Monachæ uitã, prima nobiliũ fœminarũ ausa est Romæ, pfiteri, ac multas ad idẽ institutũ p traxit. A diuo Hieronymo diuinas litteras diligẽtissime didicit, cũ esset Romæ: absenti sæpe scripsit, & eũ opibus suis adiuuit. Hui⁹ mulieris opa, factio Origenistarũ, quæ Hierosolymis cœperat inualescere, prodita atq̃ extincta est. Perijt feliciter paucis dieb⁹ post urbẽ Romã a Gotthis direptã. Scribit ad Principiã uirginẽ, Marcellæ quondã cõtubernalem ac discipulam.

¶ SCHOLIA.

B Hortaris spõte currẽtẽ.) Prouerbialiter dictũ est, ubi qs eũ incitat, q̃ satis ardet sua spõte. Addit se dolere, qd inciteẽ tãtopere, quasi grauatim alioq̃ factur⁹. Stẽmata p cõsules.) Stemmata sunt insignia nobiliũ, imagines, statuæ, coronæ. Erat hæc ex pconsulib⁹ & prætorio præfectis pgenita. ¶ Suasq̃ longæuus.) Id est, senex. Hac spe cõplures puellæ nubũt senibus, ut illis extinctis, nubãt iã diuites, cui uelint. ¶ Maritũ quererẽ.) Quasi senex nõ sit marit⁹, qppe nõ idoneus gignẽdis liberis. ¶ Orbis populus fuit.) Quod nulla illic nõ esset puincia. ¶ Palmaq̃ uitiorũ) Id est, nusq̃ plura uitia. ¶ Malignitatis & infamiæ.) Malignitas opponit candori, cũ sinistre & inique interpretamur. Infamiã posuit p infamatiõe, hoc est illata famæ nota. Rubri maris.) Nã illic potissimũ nascunt margarita: quæ grana uocat, ob similitudinẽ, qd in conchis ceu grana reperiant. Sic & Horatius baccas uocat: nisi forte p granis mauis germina. Fragrare musco mure.) Hunc alias, peregrinum murẽ uocat, cuius odor & hodie in delitijs est. Quidã habebãt, murice, sed mẽdose. Legendũ arbitror, uel musco, uel mure. Nã muscus græcis paruũ murẽ significat, μύσκος a μῦς. Quod si probas musco mure: mure addidit, ne de musco acciperem⁹ adhærente saxis & arborib⁹. ¶ Nõ mẽbra nudaret.) De multicijs sentit, quæ qm̃ pellucebãt, nõ tegebãt corp⁹, sed lasciuius ostentabãt. ¶ Et ipsas graues.) Nõ quaslibet uiduas, sed pbatæ uitæ, quod multæ essent, cũ q̃bus nõ esset tutũ habere cõsuetudinẽ ei, quæ decreuisset caste uiuere.

Pugnat cõtra tineas.) Quippe quæ in scrinijs tantũ habeat uestiũ sericarũ, ut uix possit a tineis defendere. ¶ Et uile in populis.) Vile cõtemptum dixit, præsertim in populis, hoc est Romæ, in maxia totius orbis frequẽtia. Nonnulli codices pro uile, habebant uelatæ, sed uile magis placet Illud Enniani aptari potest.) Significat molestiam quam attulerunt Origenistæ. Est autem initium carminis Enniani, ex tragœdia Medea. In quo Medeæ optat pedisequa, ut nunq̃ uenissent in Colchidem argonautæ. Vsurpatur aliquoties a Cicerone, ueluti prouerbiale, quoties sentit originem mali, hinc aut hinc profectam. Carmen integrum sic habet: Vtinam ne in nemore Pelio, securibus Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Neue inde nauis inchoandæ exordiũ Cœpisset, quæ nũc nominatur Argo, & cætera. Porro uersus hos ob id adduxit, quod hæresis ea uenerit in Italiã ab ultramarinis regionib⁹: sicuti testatur alibi. A qua non fuit alienus Ruffinus. Nauim igit eã quæ aduexerat hæreticos, confert cũ Argo naui, quæ aduexerat argonautas in perniciẽ Medeæ. Turritæ nomẽ accepit.) Magdalũ em̃, hebræis turris dicit. Magdalenæ turrita siue munita. ¶ In sua reciperet.) Sic erat scriptũ in uetustis & minus deprauatis exemplarib⁹, atq̃ ita legũt Græci, εἰς τὰ ἴδια, id est, in propria: quasi dicas, in numerũ rerũ suarũ. Quãq̃ ad sensum non admodũ refert, suã legas, an suam. ¶ Meditationẽ mortis.) Nã mors abducit animã a corpore: & philosophia abducit animũ a rebus corporeis ac sensibilib⁹ ad intelligibilia & æterna. Vnde fit, ut anim⁹ philosophi, assuetus abesse a corporeis rebus & affectibus, nõ admodũ inuitus auellat a corpore, cũ mors aduenerit: Qd Christiani quoq̃ uocãt cõmori Christo. ¶ Quotidie morior pro uestra salute.) In epistola ad Corinthios

C prima. cap. 15. Ex græcorũ scholijs apparet hunc locũ bifariã legi, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, id est, per nostram gloriã, ut intelligas Paulũ iurare per suã gloriã, qua gloriabat in p̃dicatiõe euãgelij. Et, διὰ τὴν ὑμετέραν καύχησιν. i. ppter uestrã gloriã, hoc est, ut possitis gloriari de Christo, quod illius sitis & uos. Hieronymꝰ uidet pro καύχησιν legere, σωτηρίαν. Porro, noster Apostolus dixit, ppter Platonẽ ethnicũ quẽ modo citauerat. Et dñs iuxta antiqua exẽplaria.) In hoc loco nulla uarietas est in exẽplaribꝰ, nisi quod Lucas addit, quotidie. Vnde conijcio hæc uerba, iuxta antiqua exemplaria, referenda ad locũ Pauli, ut legamus ad hũc modũ: quotidie morior pro uestra salute, iuxta antiqua exemplaria, Et dñs &c. Nisi forte lector aliqs, uidens aliter citari a Hieronymo, cũ uulgata habeat ædition, addidit in marginali spacio: iuxta antiqua exẽplaria, eaq; uerba post scriba parũ attentꝰ in contextũ retulit. Disertissimiq; præceptũ Satyrici.) Nempe Persij, quo uidet impendio delectatus Hieronymus. Offerens hostiã rationabilẽ.) Quod immolaret seipam, ueluti nõ pecudẽ brutã, sed uictimã rationalẽ, λογικήν, ut admonuimus alias. Quasi in naturã uersum.) Aristoteles scripsit assuetudinẽ, uelut alterã esse naturã. Hoc soli contigit Hieronymo, ut diuinas scripturas penitus imbiberet, & inculcaret. Cæteri fere latini, scribendo didicerunt. Libauit, didicit.) Mire sed uauit gradus. Libamus degustantes: discimus, quod iam ꝓbauimꝰ: possidemꝰ, quod memoriæ infiximus.

Quod appellant philosophi, τὸ πρέπον.) Id est, decens siue decorũ. Est aũt caput artis, ut inquit Fabius, decere qd facias. Sũt em̃ quædã eiusmodi, ut neminẽ deceãt, nisi certũ hoiem, ut eleganter docet Quintilianus. cap. de pronunciatione. Ne transuersum quidẽ unguem.) Id est, ne minimo quidẽ spatio: quod alijs uerbis dicũt, pedem latũ, & unguem latũ. Rus electũ.) Nõ quoduis rus, sed electũ, quod maxime semotũ esset ab hominũ frequẽtia. Ab huiusmodi secessibꝰ, oia fere monasteria nata sunt. Obuiare epistolis.) Obuiare pro obuiabat, ἑτέρωσις est, ut sit modus uerbi pro modo. Aut obuiare solet, ut sit eclipsis.

In tanta tranqllitate.) Hic aperit quod paulo superiꝰ dixit opertius, utinã ne in nemore Pelio. Nauim plenã blasphemiarũ.) Prouerbialiter dictũ ẽ, sic em̃ Homerꝰ Iliados. τ. Εἰ γὰρ ἀμφοτέροισιν ὀνείδεα μυθήσεσθαι, πολλὰ μάλ' ὀὐδ' ἅλις νηῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἀροίτο. Lucianus simili figura dixit, ὅλας ἀμάξας βλασφημιῶν, id est, tota plaustra cõuitiorũ. Nã id græce sonat βλασφημία. Protinus patella operculum.) Et hoc prouerbium est, quod alibi sic extulit, Dignũ patella cooperculũ, cũ discipulus cõtingit dignus præceptori: cuiusmodi est & illud: Similes habent labra lactucas. Verberet nares.) Circulatores & scurræ circũforanei, fingunt in specta manu se diuinaturos, deinde nõ obseruanti & alibi intento, pugnũ in nares impingũt, atq; ita risum mouent populo. Et obtorto fuste.) Iubebat ut quispiã fustẽ morderet, uelut & hoc ad diuinationẽ pertineret, deinde intorquebat apprehensum dentibꝰ, nõ sine magno malo tenentis. Librorum περὶ ἀρχῶν.) Id est, de principijs. Nam hic titulus eius libri, quẽ ab Origene scriptũ uerterat Ruffinus. Hic palã ostendit se de Ruffino & illius factionis cæteris loqui. Tunc discipulus ὄλβιος.) Id est, beatus. Notat nescio quẽ, ipsum opinor Ruffinũ, qui in eã hæresim inductus est, a magistro quopiã. Vnde subijcit, uere sui nominis, id est, uere beatꝰ, nisi incidisset in magistrũ hæreticũ. Siquidẽ impegisset dixit, ꝓ incidisset. Tũc nostrorũ διαλήψων cõtradictio.) Quidã codices ita scriptũ habebãt, q̃ uox nihil ad hunc locũ facit: fortasse legẽdũ nostrox διαλλαγῶν cõtradictio. Diallagæ, cõciliatio est siue amicitia, seu fœdus: ut intelligas Hieronymũ nõ agnouisse amicũ, aut collegã Ruffinũ, sic em̃ ille uocabat hũc, posteaq; sensisset eũ cum hæreticis cõspirasse. In nõnullis erat διδασκτικῶν, quod epitheton Paulus tribuit episcopis, ob docẽdi munus. Idq; mihi quoq; maxime ꝓbat, p̃sertim cũ sequat ꝓtinus, pharisæox schola Iam ad culmina.) Clanculũ supponitur ignis, deinde paulatim inualescens, occupat summa tecta, quæ culmina uocat. Quẽ diu Roma habere nõ meruit.) Sedit em̃ tres annos & dies pauculos, cui successit Innocẽtius, eius nois primus, ad quẽ scribit & alias. Ne orbis caput.) Romã intelligit, quæ sub Innocẽtio capta ac direpta fuit. Quæ emendata manu scorpij.) Ruffinũ intelligit, propter latens uenenũ. Nã scorpius ui nocere non potest, sed obrepit: & cætero corpore innoxius, in cauda gerit uenenũ. Huiusmodi fuit illorũ doctrina, sicuti clarius narrat in epitaphio Paulæ. Cæterũ emẽdata dixit ἱρωνικῶς, cũ manus emẽdatoris esset scorpius, hoc est uenenũ. Caput horũ & causa bonorũ.) Intexuit hemistichiũ Maronis. Vt Barnabas quoq;.) Habes in epistola ad Galathas. cap. 2. de simulatiõe Petri, cui Barnabas quoq; assensus est, resistẽte Paulo. Innuit Ruffinũ priꝰ amicũ. Dũ hæc agũt in lebꝰ,) Iebus est Hierusalẽ, eadẽ Salẽ, Solyma, & Helia. Nocte Moab capta est.) Verba sũt Esaiæ. ca. 15. Quia nocte uastata est Ar, Moab cõticuit. Est aũt Moab ciuitas Arabiæ, sic olim dicta ab uno filioq; Lot, postea mutatũ ẽ nomẽ Areopoli. Idẽ est uocabulũ totiꝰ puincie Moabiticæ: ueq; ipa ciuitas nomẽ hoc ceu ꝓpriũ possedit, dicta רַבַּת מוֹאָב rabba Moab. i. grãdis Moab. Quis cladẽ illiꝰ noctis.) Versus sunt Maronis ex secũdo Aeneidos, cuiꝰ & illud hemistichiũ, Sit mihi fas audita loq.

AD PRINCIPIAM VIRGINEM MARCELLAE VIDVAE EPITAPHIVM.

Saepe & multũ flagitas uirgo Christi Principia: ut memoriã sanctæ fœminæ Marcellæ, litteris recolã: & bonũ, quo diu fruiti sumus, etiã cæteris noscẽdũ imitãdũq; deseribam. Satis doleo, qd hortaris spõte currentẽ: & me arbitraris indigere p̃cibus, qui nec tibi qdem in eius dilectiõe concedã: multoq; plus accipiã, cũq; tribuã beneficij, tantarũ recordatiõe uirtutũ. Nã ut hucusq; reticerẽ, & bienniũ præterirẽ silentio, non fuit dissimulatiõis, ut male existimas, sed tristiciæ incredibilis: quæ ita meũ oppressit animũ: ut melius iudicarẽ tacere impræsentiarũ, cũq; nihil dignũ illius laudibus dicere. Neq; uero Marcellã tuã, imo meã: & (ut uerius loquar) nostrã: omniũq; sanctorx, & ꝓpriæ Romanæ urbis inclytũ decus: institutis rhetorũ p̃dicabo: ut exponã illustrẽ familiam, alti sanguinis decus, & stẽmata p̃ꝓconsules & p̃fectos prætorio

A torio decurrentia. Nihil in illa laudabo, niſi qđ proprium eſt: & eo nobilius, quod opibus & nobili-
tate cõtempta: facta eſt paupertate & humilitate nobilior Orba patris morte: uiro quoq; poſt
nuptias ſeptimo mẽſe priuata eſt. Cũ q; eã Cærealis (cuius clarum inter cõſules nomẽ eſt) ꝓpter
ætatẽ & antiquitatẽ familiæ: & inſignẽ (quod maxime uiris placere cõſueuit) decorẽ corporis: ac
morũ tẽperantiã ambitioſius peteret, ſuaſq; lõgæuus polliceret diuitias: & nõ quaſi in uxorẽ, ſed
quaſi in filiã uellet donationẽ trãſſundere: Albinaq; mater tã clarũ ꝑſidiũ uiduatæ domus ultro
appeteret, illa reſpondit: Si uellem nubere, & nõ æternæ me cuperẽ pudicitiæ dedicare: utiq; mari-
tũ quererẽ, nõ hæreditatẽ. Illoq; mandãte, poſſe & ſenes diu uiuere, & iuuenes cito mori: elegãter
luſit. Iuuenis qdẽ poteſt cito mori, ſed ſenex diu uiuere nõ poteſt. Qua ſentẽtia repudiatus, exem-
plo cæteris fuit: ut eius nuptias deſperarent. Legimus in euãgelio ſecundũ Lucã: Et erat Anna ꝓ-
phetiſſa filia Phanuelis de tribu Aſer: Et hæc ꝓuectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratq; cũ ui-
ro ſuo annis ſeptẽ a uirginitate ſua: & erat uidua annis octogintaquatuor: nec recedebat de tem-
plo: Ieiunijſq; & obſecrationibus dño ſeruiens nocte ac die. Nec mirũ, ſi uidere meruit ſaluatorẽ:
quẽ tãto labore quærebat. Cõferam⁹ ſeptẽ ãnos, ſeptẽ menſib⁹, ſperare Chriſtũ & tenere, natum
cõfiteri, & in crucifixũ credere, paruulũ nõ negare, & uirũ gaudere regnantẽ. Nõ facio ullam inter
ſanctas fœminas differẽtiã: qđ nõnulli inter ſanctos uiros & eccleſiarũ principes, ſtulte facere cõ-
ſueuerũt, ſed illo tendit aſſertio: ut quarũ unus eſt labor, unũ & premiũ ſit. Difficile eſt in maledi-
ca ciuitate, & in urbe, in qua orbis quondam populus fuit, palmaq; uitiorum, ſi honeſtis detra-
herent, & pura ac mũda macularent: nõ aliquã ſiniſtri rumoris fabulã cõtrahere. Vnde quaſi rem
difficillimã, & pene impoſſibilẽ optat ꝓpheta, potiuſ cq; ꝑſumit, dicẽs: Beati immaculati in uia: q
ambulãt in lege dñi. Immaculatos in uia huius ſæculi appellat, quos nulla obſcœni rumoris aura
macularit: q opprobriũ nõ acceperint aduerſus ꝓximos ſuos. De quibus Saluator in euangelio:
Eſto, inquit, beneuolus: ſiue bene ſentiẽs de aduerſario tuo, dũ es in uia cũ illo. Quis unc̃ de hac
B muliere: qđ diſpliceret, audiuit, & crederet? Quis credidit, ut nõ magis ſeip̃m malignitatis & infa-
miæ cõdemnaret? Ab hac primũ cõfuſa gẽtilitas eſt: dum oĩbus patuit: quæ eſſet uiduitas Chri-
ſtiana, quã & cõſciẽtia & habitu ꝓmittebat. Illæ em̃ ſolẽt purpuriſſo & ceruſſa ora depingere, ferî
cis nitere ueſtib⁹, ſplẽdere gẽmis, aurũ portare ceruicib⁹, & auribus ꝓforatis, rubri maris p̃cioſiſſi-
ma grana ſuſpẽdere, fragrare muſco mure, maritos ita plãgere: ut tãdẽ dñatu eorꝝ, ſe caruiſſe lætẽ
tur: quærãtq; alios: nõ q̃bus iuxta dei ſententiã ſeruiant, ſed q̃bus imperẽt. Vnde & pauperes eli-
gũt: ut nomẽ tantũ uirorꝝ habere uideant: q patiẽter riuales ſuſtineãt: ſi muſſitauerint, ilico ꝓſcri-
endi. Noſtra uidua talib⁹ uſa eſt ueſtib⁹, q̃bus arceret frigus, non mẽbra nudaret: aurũ uſq; ad a-
nuli ſignaculũ repudiãs: & magis in uẽtrib⁹ egenorꝝ, c̃ in marſupijs recõdens. Nuſc̃ ſine matre,
Nullũ clericorꝝ, aut monachorꝝ (qđ amplæ domus interdũ exigebat neceſſitas) uidit abſq; arbi-
tris. Semp in comitatu ſuo uirgines, ac uiduas, & ip̃as graues fœminas habuit: ſciens ex laſciuia
puellarũ, ſæpe de dñarꝝ moribꝰ iudicari: & qualis quæq; ſit, taliũ cõſortio delectari. Diuinarũ ſcri-
pturarꝝ ardor erat incredibilis: Semp q; cãtabat: In corde meo abſcondi eloquia tua, ut nõ peccẽ
tibi. Et illud de ꝑfecto uiro: Et in lege dñi uolũtas eius: & in lege eius meditabit die ac nocte. Me-
ditationẽ legis nõ in replicãdo, quæ ſcripta ſunt: ut Iudæorꝝ exiſtimãt phariſæi, ſed in opere intel-
ligẽs: iuxta illud Apl̃ici: Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue qđ agitis: oĩa in gloriã dñi faciẽtes. Et ꝓ-
phetæ uerba, dicentis: A mandatis tuis intellexi: ut poſt c̃ mandata cõpleſſet: tũc ſe ſciret mereri
intelligentiã ſcripturarꝝ. Quod & alibi legimus: Quia cœpit Ieſus facere & docere. Erubeſcit em̃
c̃uis p̃dara doctrina, quã ꝓpria reꝑhendit cõſcientia. Fruſtraq; eius lingua p̃dicat paupertatẽ, &
docet eleemoſynas: q Crœſi diuitijs tumet: Viliq; opertus pallio: pugnat cõtra tineas ueſtiũ ſeri-
carum. Moderata ieiunia, carniũ abſtinentia: uini odor magis, c̃ guſtus: ꝓpter ſtomachum &
frequentes infirmitates. Raro ꝓcedebat ad publicũ, & maxime nobilium matronarũ uitabat do-
mos: ne cogeret uidere qđ cõtẽpſerat: apoſtolorꝝ & martyrũ baſilicas ſecretis celebrans orationi-
bus: & quæ populorꝝ frequentiã declinarent. Matri intantũ obediens: ut interdum faceret, quod
nolebat. Nã cum illa ſuum diligeret ſanguinẽ, & abſq; filijs & nepotibus, uellet in fratris liberos
uniuerſa conferre: iſta pauperes eligebat: & tamen matri contraire non poterat: monilia, & quic-
qd ſupellectilis fuit, diuitibus peritura cõcedens: magiſq; uolens pecuniã perdere, c̃ parentis ani-
mũ cõtriſtare. Nulla eo tpe nobiliũ fœminarꝝ nouerat Romæ ꝓpoſitũ monachorꝝ: nec audebat

C ꝓpter rei nouitatē:ignominioſum(ut tunc putabaꝫ)& uile,in populis nomē aſſumere.Hæc ab Alexandrinis ſacerdotibꝰ,papaq; Athanaſio,& poſtea Petro:qui ꝑſecutionē Arrianæ hæreſcos declinātes,quaſi ad tutiſſimū cōmunionis ſuæ portū Romā cōfugerāt:uitā beati Antonij adhuc tūc uiuētis,monaſteriorū q; in Thebaide Pachumij,& uirginū ac uiduarū didicit diſciplinā.Nec erubuit ꝓfiteri,qd' Chriſto placere cognouerat.Hāc multos poſt ānos imitata eſt Sophronia & aliæ:qbꝰ rectiſſime illud Ennianū aptari poteſt: Vtinā ne in nemore Pelio.Huiꝰ amicitijs fruita eſt Paula uenerabilis.In huiꝰcubiculo nutrita Euſtochiū uirginitatis decꝰ:ut facilis æſtimatio ſit: q̄lis magiſtra,ubi tales diſcipulæ.Rideat forſan infidelis lector,me in mulierculaꝝ laudibꝰimmorari:q ſi recordeꝫ ſanctas fœminas,comites dñi ſaluatoris:quæ miniſtrabāt ei de ſua ſubſtantia: & tres Marias ſtantes ante crucē,Mariāq; ꝓprie Magdalenæ:quæ ob ſedulitatē& ardorē fidei, turritæ nomē accepit:& prima ante apl̄os,Chriſtū uidere meruit reſurgentē:ſe potius ſupbiæ,q̄; nos condēnabit ineptiarū:q uirtutes nō ſexu,ſed animo iudicamꝰ:cōtemptæq; nobilitatis ac diuitiarū maiorē gloriā ducimꝰ.Vnde & Ieſus Iohannē euangeliſtā amabat plurimū:q ꝓpter generis nobilitatē,erat notus pōtifici,& Iudæorū inſidias,nō timebat:Intantū,ut Petrū introduceret in atriū,& ſtaret ſolus apl̄oꝝ ante crucē: matrēq; ſaluatoris in ſua reciperet:ut hæreditatē uirginis dñi:uirginē matrē,filius uirgo ſuſciperet.Annis igiꝫ plurimis,ſic ſuā tranſegit ætatē,ut ante ſe uetulā cerneret,q̄; adoleſcētulā fuiſſe meminiſſet : laudans illud Platonicū,q philoſophiā meditationem mortis eſſe dixit. Vnde & noſter Apl̄us:Quotidie morior ꝓpter ueſtrā ſalutē.Et dñs iuxta antiqua exēplaria:Niſi qs tulerit crucē ſuā quotidie,& ſecutus fuerit me,nō poteſt meꝰ eſſe diſcipulꝰ:Multoq; ante ꝓ ꝓphetā ſpūſſctūs:Propter te mortificamur tota die:æſtimati ſumꝰ,ut oues occiſiōis.Et poſt multas ætates illa ſentētia:Memēto ſemꝑ diē mortis,& nūq; peccabis. Diſertiſſimiq; p̄ceptū ſatyrici: Viue memor lœti,fugit hora:hoc qd'loquor,inde eſt.Sic ergo(ut dicere cœperamus)ætatē duxit:& uixit,ut ſemꝑ ſe crederet eſſe moriturā.Sic induta eſt ueſtibꝰ:ut meminiſſet ſepulchri:offerēs hoſtiā rationabilē,uiuā,placentē deo.Denicq; cū & me Romā,cū ſanctis pontificibꝰ Paulino & Epiphanio eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas:quorū alter Antiochenam Syriæ:alter Salaminiā Cypri rexit eccleſiā:& uerecūde nobiliū fœminaꝝ oc̄los declinarē:ita egit ſecūdū Apl̄m,importune oportūe: ut pudorē meū ſua ſuꝑaret induſtria.Et qa alicuiꝰ tūc nois eē exiſtimabar ſuꝑ ſtudio ſcripturarū:nūq; cōuenit,qn de ſcripturis aliqd interrogaret: nec ſtatim acqeſceret,ſed moueret ecōtrario quæſtiones:nō ut cōtenderet,ſed ut quærēdo diſceret eaꝝ ſolutiōes,quas opponi poſſe intelligebat.Quid in illa uirtutū,qd ingenij,qd ſanctitatis,qd puritatis inuenerim:uereor dicere,ne fidē credulitatis excedā,& tibi maiorē dolorē incutiā,recordāti quāto bono caruerīs.Hoc ſolū dicā:qd'qcqd in nobis longo fuit ſtudio cōgregatū,& meditatiōe diutur na,quaſi in naturā uerſum:hoc illa libauit,didicit,atq; poſſedit.Ita ut poſt ꝓfectionē noſtrā,ſi in aliquo teſtimonio ſcripturaꝝ eēt oborta cōtētio:ad illā iudicē pergereꝫ.Et qa ualde prudēs erat: & nouerat illud,qd' appellāt philoſophi,τὸ πρέπον.i.decere,qd'facias:Sic ad interrogata rñdebat: ut etiā ſua, nō ſua diceret:ſed uel mea, uel cuiuſlibet alteriꝰ:ut in eoipſo qd'docebat,ſe diſcipulā fateretꝫ.Sciebat em̄ dictū ab Apl̄o: Docere aūt mulieri nō ꝑmitto:ne uirili ſexui,& interdum ſacerdotibus,de obſcuris & ambiguis ſciſcitantibus facere uideretꝫ iniuriā.In noſtrū locū,ſtatim audiuimus te illius adhæſiſſe conſortio,& nūq; ab illa,ne trāſuerſum qdē unguē,ut dicit,receſſiſſe. Eadē domo,eodē cubiculo uſam:ut oībus in urbe dariſſima notū fieret,& te matrē,& illā filiā reperiſſe.Suburbanus ager uobis,ꝓ monaſterio fuit:& rus electum pro ſolitudine.Multoq; ita uixiſtis tpe:ut ex imitatiōe ueſtri,cōuerſiōe multarū,gauderemꝰ Romā factā Hieroſolymā.Crebra uirginū monaſteria,monachoꝝ innumerabilis multitudo:ut ꝓ frequētia ſeruientiū deo,qd' priꝰ ignominiæ fuerat,eſſet poſtea gloriæ.Interim abſentiā noſtri,mutuis ſolabamur alloquijs:& qd' carne nō poteramus,ſpū reddebamus:Semꝑ obuiare epiſtolis,ſuꝑare officijs, ſalutationibꝰ p̄uenire.Nō multū ꝑdebat abſentia:quæ iugibꝰ ſibi litteris iūgebaꝫ.In hac tranqllitate,& dñi ſeruitute,hæretica in his ꝓuincijs exorta tēpeſtas,cūcta turbauit:& in tātā rabiem concitata eſt: ut nec ſibi,nec ulli bonorū parceret.Et quaſi parū eſſet,hic uniuerſa mouiſſe:nauem plenā blaſphemiarum Romano intulit portui. Inuenitq; protinꝰ patella operculū: & Romanæ fidei puriſſimū fontē,cœno lutoſa ꝑmiſcuere ueſtigia.Nec mirū,ſi in plateis,& in foro reꝝ uenaliū,ficꝰtario/lus ſultoꝝ uerberet nares:& obtorto fuſte,dētes mordētiū q̄tiat:cū uenenata ſpurcaq; doctrina

Romæ

A Romæ inuenerit,quos induceret. Tũc librorũ περὶ ἀρχῶν infamis interp̃tatio:tũc diſcipul⁹ ὁλβίους uere noſ ſui,ſi in talẽ magiſtrũ nõ impegiſſet. Tũc noſtrorum διδασκαλικῶν contradictio, & pharĩ ſæorũ turbata eſt ſchola. Tũc ſancta Marcella,quæ diu cohibuerat,ne p̃ æmulationẽ quippiã facere uideret:poſtq̃ ſenſit fidem apoſtolico ore laudatã,in plæriſq; uiolari: ita ut ſacerdotes quoq;,& nõnullos monachorũ,maximeq; ſæculi hoĩes,in aſſenſum ſui traheret,ac ſimplicitati illuderet epiſcopi,qui de ſuo ingenio cæteros æſtimabat:publice reſtitit,malens deo placere,q̃ hoĩbus. Laudat ſaluator in euangelio uillicum iniquitatis:quod cõtra dñm q̃dem fraudulẽter, attamen pro ſe prudẽter fecerit. Cernẽtes hæretici de parua ſcintilla maxima incẽdia cõcitari:& ſuppoſitã dudũ flammã,iã ad culmina p̃ueniſſe:nec poſſe latere,quod multos deceperat:petũt & impetrãt eccleſiaſticas epiſtolas:ut cõmunicantes eccleſiæ,diſceſſiſſe uideretur. Nõ multũ tẽpus in medio:ſuccedit in pontificatũ,uir inſignis Anaſtaſius:quẽ diu Roma habere nõ meruit: ne orbis caput,ſub tali epiſcopo truncaret̃:Imo idcirco raptus atq; tranſlatus eſt:ne ſemel latã ſententiã,precibus ſuis flectere conaret̃. Dicente dño ad Hieremiam: Ne oraueris pro populo iſto:neq; depreceris in bonũ: Quia ſi ieiunauerint,nõ exaudiã p̃ces eorũ:Et ſi holocauſta & uictimas obtulerint,nõ ſuſcipiam eas.In gladio emĩ & fame & peſtilẽtia ego cõſumã eos. Dicas, quid hæc ad laudẽ Marcellæ? Dãnationis hæreticorũ hæc fuit principiũ:dum adducit teſtes,q̃ prius ab eis eruditi:& poſtea ab hæretico fuerãt errore correpti:dũ oſtendit multitudinẽ deceptorũ:dũ impia περὶ ἀρχῶν ingerit uolumina:quæ emẽdata manu ſcorpiĩ,monſtrabant̃:dum accĩti frequentibus litteris hæretici:ut ſe defenderẽt,uenire nõ ſunt auſi:tãtaq; uis cõſcientiæ fuit: ut abſentes dãnari,q̃ præſentes coargui maluerint.Huius tã glorioſæ uictoriæ origo Marcella eſt:tuq; caput horũ & cauſa bonorũ,ſcis me uera narrare:quæ noſti,uix de multis pauca me dicere,ne legenti faſtidiũ faciat odioſa replicatio:& uidear apud maliuolos ſub occaſione laudis alterius,ſtomachũ meũ digerere.Pergã ad reliqua.De occidẽtis partibus ad orientẽ turbo trãſgreſſus,minitabat̃ plurimis magna naufragia. Tũc impletũ eſt:Putas ueniẽs filius hoĩs fidẽ inueniet ſuper terrã? Refrigerata charitate multorũ,pauci qui amabãt fidei ueritatẽ,noſtro lateri
B iungebãtur:quor; publice petebat̃ caput:cõtra quos opes oẽs parabãtur:ita ut Barnabas quoq; duceret̃ in illã ſimulationẽ,imo apertũ parricidiũ:qd̃ nõ uiribus,ſed uolũtate cõmiſit.Et ecce uniuerſa tẽpeſtas,dño flante deleta eſt:expletũq; uaticiniũ pphetale:Auferes ſpiritũ eor;,& deficient,& in puluerẽ ſuũ reuertẽtur.In illa die peribunt oẽs cogitatiões eor;.Et illud euangelicum:Stulte hac nocte auferet̃ anima tua a te:quæ aũt præparaſti cui⁹ erũt? Dũ hæc agũtur in Iebus,terribilis de occidente rumor affertur,obſideri Romã & auro ſalutẽ ciuiũ redimi: ſpoliatoſq; rurſum circũdari: ut poſt ſubſtãtiã,uitã quoq; p̃derẽt.Hæret uox,& ſingultus intercipiũt uerba dictãtis.Capit̃ urbs,quæ totũ cœpit orbẽ:imo fame perit,anteq̃ gladio,& uix pauci qui caperent̃ inuẽti ſunt. Ad nefandos cibos erupit eſurientiũ rabies,& ſua inuicẽ mẽbra laniarũt: dũ mater non parcit lactenti infantiæ:& recipit utero, quẽ paulo ante effuderat.Nocte Moab capta eſt,nocte cecidit murus eius.Deus uenerũt gentes in hæreditatẽ tuã,polluerũt templum ſanctũ tuũ.Poſuerũt Hieruſalẽ in pomorũ cuſtodiã:poſuerũt cadauera ſanctorũ tuorũ eſcas uolatilib⁹ cœli:carnes ſanctorũ tuorũ beſtĩs terræ.Effuderũt ſanguinẽ eor;:ſicut aquã in circũitu Hieruſalẽ,& nõ erat q̃ ſepeliret. Quis cladẽ illius noctis,q̃s funera fando explicet,aut poſſet lachrymis æquare dolorẽ? Vrbs antiqua ruit,multos dñata per annos.Plurima perq; uias ſparguntur inertia paſſim Corpora, p̃q; domos,& plurima mortis imago. Cũ interim,ut in tãta cõfuſiõe rerũ,Marcellæ quoq; domũ,cruentus uictor ingreditur.Sit mihi fas audita loqui:imo a ſanctis uiris uiſa narrare: qui interfuere præſentes:qui te dicũt in periculo quoq; ei fuiſſe ſociatã.Intrepido uultu excepiſſe dicit̃ introgreſſos. Cũq; poſceret̃ aurũ,& defoſſas opes,uili excuſaret tunica:nõ tamen fecit fidem uolũtariæ paupertatis. Cæſam fuſtibus flagelliſq;,aiunt non ſenſiſſe tormenta:ſed hoc lachrymis,hoc pedibus eorum proſtratã egiſſe:ne te a ſuo conſortio ſepararent:ne ſuſtineret adoleſcentia,quod ſenilis ætas timere non poterat.Chriſtus dura corda molliuit:& inter cruentos gladios,inuenit locum pietas. Cũq; & illam,& te ad apoſtoli Pauli baſilicã barbari deduxiſſent:ut uel ſalutẽ uobis oſtenderent,uel ſepulchrum: in tantã lætitiã dicitur erupiſſe:ut gratias ageret deo,quod te integrã ſibi reſeruaſſet:quod pauperẽ illã non feciſſet captiuitas,ſed iueniſſet:qd̃ egeret quotidiano cibo:qd̃ ſaturata Chriſto,nõ ſentiret eſuriẽ:

quod

C qđ & uoce & ope loqueret: Nuda exiui de utero matris meæ, nuda & redeã: Sicut dño uiſum eſt, ita & factũ eſt: Sit nomẽ dñi benedictũ. Poſt aliquot dies ſano: integro, uegetoq; corpuſculo obdormiuit in dño: & te pauptatulæ ſuæ: imo p te pauperes reliqt hæredes: claudẽs oc̃los in manib9 tuis: reddẽs ſpiritũ in tuis oſculis: dũ inter lachrymas tuas illa rideret cõſcientia uitæ bonæ, & p̃mijs futurorũ. Hæc tibi Marcella uenerabilis, & tibi Principia filia: una & breui lucubratione dictaui: nõ eloquij uenuſtate, ſed uoluntate in uos animi gratiſſimi: & deo, & legentibus placere deſyderans.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paula & Euſtochium, quæ iam demigrarant in Bethlehem, his litteris adhortantur Marcellam, nobilem fœminam: ut Roma, quam Babylonem uocant, relicta, ad loca ſancta ſeſe cõferat, fruitura tot Chriſti monumentis. Stilus palam indicat mulieres in hac epiſtola diui Hieronymi opera uſas fuiſſe.

SCHOLIA.

SVs artium repertricem.) Id eſt, Mineruam. Græci ſic efferũt, ὗς τὴν ἀθήνην, id eſt, ſus Mineruam. Et apte mulieres religioſæ ſunt uſæ periphraſi, ne uiderentur ethnicum agnoſcere numen. Cõfuſionis urbẽ.) Babel em̃ cõfuſionẽ ſonat. Vnde Babylon dicta. Rohoboth.) רְחֹבוֹת ſiquidẽ Hebræis ſignificat plateas, ſiue latitudines: ut intelligas uiam latam, per quã multi eunt in pditionẽ. Sennaar in quo &c.) Legis Geneſis. cap̃. undecimo. Porro שִׁנְעָר lingua Hebræorum ſonat, fetor eorũ: ut intelligas ſuperbia maxime deũ offendi, ut cõtra, gratiſſimus odor eſt humilitas. Poſt gurgitem grauem Chobar.) Grauem uocat, qui illic captiuus inter captiuos erat. Non rigatur ut Aegyptus deorſum.) Negant in Aegypto pluere: ſed regionem irrigari Nilo, ſtatis anni uicibus exundante. Holera languentiũ cibos.) Alluſit ad illud Paulinum: Qui infirmus eſt, holus mãducet. Allophylo quondam hoſte.) Allophylus græcis alienigena eſt: ſentit autem Philiſtæum, a Dauid confectum. Vnde decantatum eſt in choris: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem milia. Legis primo regum libro, capite decimooctauo. Frontis audaciã.) Significat Goliad ſuperbum, a Dauid in fronte percuſſum. In Ornæ Iebuſæorum regis.) Dauid iuſſu domini per Gad, emit ab Orna aream, ibiq; cõſtruxit altare domino: quo in loco poſtea cõdita Hieroſolyma, quõdam Iebus dicta a Iebuſæis, qui eam incolebant. Sed his expulſis, Dauid eam totius Iudeæ metropolim eſt fabricatus. Lege paralipomenõ cap̃. 21. Sed in gentibus.) Quia alienam emit aream. Regem Salem.) Quidam ita putant, olim Melchiſedec regem eius urbis fuiſſe, quæ tum dicta fuerit Salem: unde & Hieruſalem. Eadem dicta fuit Iebus, a Iebuſæis. Et ſanguis Chriſti de cruce ſtillans.) Hieronymus enarrãs quintũ caput epiſtolæ Paulinæ ad Epheſios, refert ſeſe hoc a quodam apud populum concionante audiſſe, remq; magno omnium aſſenſu fuiſſe exceptam, etiam ſi negat hoc cum cæteris Pauli uerbis quadrare. Sermo Apoſtolicus.) Incertum an Paulus e propheta ſumpſerit hæc uerba, qui non extet, an ipſe prophetico afflatus ſpiritu hæc dixerit. Myſterium noſtrum.) Id eſt, Chriſtianorum. Vernaculum autem dicitur ei loco, quo natum eſt aliquid. Primũ nomẽ calcata.) Id enim, hebræis ſonat Iebus. Secundum pax.) Salem pacem ſonat hebræorum lingua. Tertium uiſio pacis.) Hieruſalem. Et factus eſt in pace locus eius.) Pſalmo ſeptuageſimo quinto ſecundum litteram dictum eſt de ciuitate Hieruſalẽ, ut eum enarrans locum teſtatur Hieronymus. Apud hebræos enim haberi: Et factum eſt in Salem umbraculũ eius. Siquidem in hac natus eſt Solomon, qui geſſit figuram Chriſti. Rex regum & do.) Hæc uerba Paulus in epiſtola ad Timotheum prima. cap̃. ſexto, tribuit deo. Metropoli uindicatur.) Id eſt, attribuit̃, μητρόπολις autem primaria ciuitas, ueluti mater omnium, non a menſura ut putat Iſidorus. Sudariũ conuolutum.) Iohannes, cap̃. uigeſimo: oſtendit ſudarium quo tectum fuerat caput, repertum fuiſſe ſeparatim a cæteris linteaminibus, conuolutum. Quãq; hoc loco nonnulli codices habebant, caput ſudario conuolutũ. Summam, ut dicitur, manum.) Ita uocant perfectionem. Ab artificibus ſtatuarũ ſumptum, qui primum fingunt rude ſimulacrum: deinde dolant, poſtremo poliunt, quæ ſumma manus uocatur. Nõ athenis, ſed libyæ.) Quædam exemplaria ſcriptum habebant, Lilybei. Neutrum admodum quadrat: forte legẽdum: Lileæ, quæ ciuitas eſt in Phocide. Athenæ ſunt in meditullio græciæ, Phocenſes ita græci ſunt, ut abſint ab Athenis: quẽadmodũ Roma germana eſt Italia, Sicilia Italia eſt ueluti græciſſans. Abſq; Athenis noſtris.) Ita uocat Hieroſolymã: unde nata ſit Chriſtiana religio. Quod q dam non intelligentes, locum hunc ita deprauarũt in nonnullis codicibus, abſq; athenis quemq; noſtrũ. Si in religione proceſſerit.) Apparet hic Anglos eo tempore nuper Chriſti fidem accepiſſe, nec omnes adhuc fuiſſe Chriſtianos. Nam proceſſerit, dixit, pro profecerit, & prouectior fuerit. Fertilẽ monachorum.) In huius enim ſolitudinibus, maximi monachorum greges erant, ut oſtendimus alibi. Syria Cœle.) Eſt campeſtris Syriæ pars, quæ cœle, id eſt, caua dicitur, græce κοίλη. Continentia ſupercilij.) Continentiam uocat abſtinentiam a cibis & uoluptatibus. Supercilium appellat arrogãtiam: quæ huiuſmodi fere, quoniam ad cerimonias pertinent, comitari ſolent. Neminem ſubleuant.) Id eſt, nemini proſunt, ſi alioqui parum ſit pius. Et defertur, in eundem ſenſum dixit, id eſt, datur, priuilegium aut honos habetur. Hæc forma monachorum plurimum ab huius temporis monachis abeſt, apud quos ab inæqualibus æqualia exiguntur, & ex his æſtimatur omnis fere religio, atq; ex his etiam leuioribus, puta cultu, aut colore. Suo domino ſtat unuſquiſq;.) Retulit uerba Pauli, q neminẽ uoluit iudicari, ex cibo, aut potu, aut ſimili re quapiam quæ poſſit eſſe cõmunis bonis & malis. Miſerorũ pœnis.) Vel quod ex, pſcriptorũ, aut mulctatorũ opib9 ædificabant̃. Vel qđ dãnati, in huiuſmodi ſubſtructiõib9 laborare cogebant̃. Quid de muliere purpurata,) Locus eſt in Apocalypſi, ca. 17. ubi, ppemodũ q ſi

quis

A qs is fuit, depinxit urbem Romam, ſub typo mulieris inſidentis beſtiæ, cui ſeptē erant capita, quæ ſeptē mōtes interpretatur. Roma autem ſeptícollis eſt. ¶ Laçarū faſcijs colligatum.) Eſt in tribu Iuda, decimoquinto a cæſarea lapide, Bethania, ubi monſtrabantur aquæ ſalubres. Ad lauacrum domini.) Nuuius per ſe lympidus & amœnus & ſalubribus aquis, ꝙ diu non miſcetur mari mortuo. Sed hunc puriorem factum imaginatur, poſteaꝙ in eo baptiçatus eſt dominus, quaſi nō amnis purgauerit Chriſtū, ſed Chriſtus amnem. In Dauid orare Mauſoleo.) Id eſt, ſepulchro. Hæc erant loca, quæ tum in Iudæa oſtendebātur, ueterū ſanctorum & Chriſti ueſtigijs inſignia. Ad Abraham Iſaac.) Horum ſepulchra oſtendebantur in Arbe, quæ eadem dicitur Chebron. Eſt in tribu Iuda. Trium quoꝙ illuſtrium fœminarum.) Ni fallor intelligit, Iudith, Heſter, & Deboram. Vel tabernacula, uel memorias.) Oſtendebaī quercus Abrahæ, uſqꝙ ad Cōſtantini principis imperium: & Mauſoleū eiuſdem in Chebron, de quo ſupra meminimus. Ea abeſt ab Helia, duobus & uiginti ferme mil. paſ. Hic cum eccleſiam extruxiſſent Chriſtiani, tamen a finitimis gentibus Terebinthus ſuperſtitioſe colebatur, quod ſub ea arbore angelos accepiſſet hoſpitio. Rurſus ſecundo ab hac Terebintho lapide, oſtendebatur tabernaculū Abrahæ. Fontem in quo Philippus.) Iuxta Bethſuram in tribu Beniamin oſtendebatur fons e terra bulliens, qui ab eadem abſorbebatur terra: in quo Eunuchū Cādacis reginæ a Philippo baptiçatū putāt, cuiꝰ rei mētio fit in actis apoſtolicis. Samariā pgere.) Quæ poſtea Sebaſte dicta eſt: In hac habebanī reliquiæ Iohānis baptiſtæ, & cæterorū, quos hic memorat. Ingredi ſpeluncas.) Nā id accidit in Samaria. Hiſtoria refertur tertio regum libro. caꝑ. 18. Inde cernitur Cana.) Eſt in tribu Aſſur, in Galilæa gētium. Nam eſt & altera eiuſdem nominis, non eiuſdem cognominis. Pergemus ad Itabyriū.) Hunc ita ſeptuaginta uerterūt. Thabor mōs eſt, in medio Galileæ mira rotunditate ſublimis. In hoc trāſfigurauit ſe Ieſus: & Petrus errās, dixit: Domine faciamus hic tria tabernacula. Ad mare ueniemus Geneçareth.) Nam iuxta hoc legitur id miraculi peractum. Oppidum Naim.) Aberat a monte Thabor duobus paſſ. mil. ad meridiem. Hermon & Endor fontes haud procul abſunt a monte Thabor. Hiſtoria refertur iudicū. caꝑ. 4. de Siſara deuicto a Iahel & Debora. Capharnaum quoꝙ.) Oppidum eſt haud procul a ſtagno Geneçareth, in Galilæa, ubi domin⁹ complura prodidit miracula: & idcirco ſubiecit; Et omīs pariter Galilæa. Nā in hac plurima cōmonſtrabātur Chriſti ueſtigia. Silo.) Huc miſit cæcum, ut reciperet oculos. Quo loco poſtea conſtructa eſt eccleſia. Bethel.) Hic dormiuit Iacob, cum iret Meſopotamiam: quo loco poſtea conſtructa eſt ædes ſacra, ut alibi teſtatur Hieronymus. Nam Bethel ſonat domus dei.

B

¶ PAVLA ET EVSTOCHIVM MARCELLAE
¶ VT COMMIGRET BETHLEHEM.

MEnſuram charitas non habet: & impatientia neſcit modum: & deſyderium non ſuſtinet. Vnde & nos oblitæ uirium noſtrarum: & non quid poſſimus, ſed quid ueli/mus tantum cogitantes, magiſtram cupimus docere diſcipulæ: & ut eſt uulgare prouerbium, Sus artium repertricem. Tu quæ primam ſcintillā noſtro fomiti ſubiecíſti: quæ ad hoc ſtudium nos & ſermone hortata es & exemplo: & quaſi gallina congregaſti ſub alas pullos tuos: nunc nos libere abſqꝙ matre uolitare pateris: & accipitris pauere formidinem: & ad omnem umbram præteruolantium auium formidare? Igitur quod ſolum abſentes facere poſſumus, querulas fundimus preces: & deſyderium noſtrum, non tam fletibus, ꝙ eiulatibus conteſtamur: ut Marcellam noſtram nobis reddas, & illam mitem, illam ſuauem, illam omni melle & dulcedine dulciorem: non patiaris apud eas eſſe rigidam, & triſtem rugare frontem, quas affabilitate ſua, ad ſimile uitæ ſtudium prouocauit. Certe ſi ſunt meliora quæ poſcimus, non eſt impudens deſyderium. Si cunctæ ſcripturarū uoces noſtræ ſententiæ congruūt: non facimus audacter ad ea te prouocantes, ad quæ tu nos ſæpiſſime cohortata es. Prima dei uox ad Abraham: Exi, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & uade in terram quam monſtrauero tibi. Iubetur patriarchæ, ad quem primum de Chriſto facta eſt repromiſſio: ut relinquat Chaldæos: relinquat confuſionis urbem, & Rohoboth, id eſt, latitudinē eius: relinquat cāpum Sēnaar, in quo ſuperbiæ uſqꝙ ad cœlum erecta turris eſt: & poſt fluctus huius ſæculi, poſt flumina ſuper quæ ſederunt ſancti, & fleuerunt cum recordarentur Sion, poſt gurgitem grauem Cobar: de quo Eçechiel capillo uerticis ſubleuatus, Hieruſalem uſqꝙ tranſfertur: habitet terram repromiſſionis: quæ non rigatur, ut Aegyptus deorſum, ſed deſurſum: nec facit holera languentium cibos: ſed temporaneum & ſerotinum de cœlo expectat imbrem. Hæc terra montuoſa, & in ſublimi ſita: quantū a delitijs ſæculi uacat: tanto maiores habet delitias ſpūs. Veniꝙ & Maria mater domini, poſtꝙ ad eam angeli facta eſt promiſſio: & uterum ſuum intellexit eſſe domū filij dei: derelictis campeſtribus ad montana perrexit. De hac urbe, allophylo quondam hoſte ſuperato, & diabolicæ percuſſa frontis audacia: poſtꝙ ille in faciem corruit,

exultātium

C exultantium animarum turba proceſſit: & concinens chorus decem milium, Dauid noſtri uictoriam prædicauit. In hac angelus gladium tenens, & totam impietatis deuaſtans urbem: in Orne Iebuſæorum regis area, tẽplum domini deſignauit: iam tunc ſignificans eccleſiam Chriſti, nõ in Iſrael: ſed in gentibus conſurgentem. Recurre ad Geneſim: & Melchiſedec regem Salem, huius principem inuenies ciuitatis: qui iam tunc in typo Chriſti panem & uinum obtulit: & myſterium Chriſtianum, in ſaluatoris ſanguine & corpore dedicauit. Tacita forſitan mente reprehendes: cur non ſequamur ordinem ſcripturarum, ſed paſſim: & ut quicque obuiam uenerit, turbidus ſermo perſtringat. Et in principio teſtatæ ſumus, dilectionem ordinem nõ habere: & impatientiam neſcire meſuram: Vnde & in canticocanticorum, quaſi difficile præcipitur: Ordinate in me charitatem: & nunc eadem dicimus: nos non ignoratione, ſed affectu labi. Deniq; ut multo ordinatius aliquid proferamus: antiquiora repetenda ſunt. In hac urbe, imo in hoc tunc loco, & habitaſſe dicitur, & mortuus eſſe Adam. Vnde & locus, in quo crucifixus eſt dominus noſter, Caluaria appellatur: ſcilicet, quod ibi ſit antiqui hominis caluaria condita: ut ſecundus Adam, & ſanguis Chriſti de cruce ſtillans: primi Adam & iacentis protoplaſti peccata dilueret. Et tunc ſermo ille Apoſtoli compleretur: Excitare qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Quantos hæc urbs ꝓphetas, quantos emiſerit ſanctos uiros: longum eſt recenſere. Totum myſterium noſtrum, iſtius prouinciæ urbiſq; uernaculũ eſt. In tribus nominibus, trinitatis demonſtrat fidem. Iebus, Salem, & Hieruſalem appellatur. Primum nomen calcata, ſecundũ pax, tertiũ uiſio pacis. Paulatim quippe peruenimus ad finem: & poſt cõculcationem, ad pacis uiſionem erigimur: ex quo Solomon: id eſt, pacificus, in ea natus eſt, & ſanctus eſt in pace locus eius. Et in figura Chriſti, ſub etymologia urbis, dñs dñantium, & rex regũ nomen accepit. Quid referemus de Dauid, & tota progenie eius, quæ in hac ciuitate regnauit. Quãto em̃ Iudea cæteris ꝓuincijs: tãto hæc urbs, cũcta ſublimior eſt Iudæa. Et (ut coactius diſſeramus) totius ꝓuinciæ gloria, Metropoli uindicat̃: & quicqd in membris laudis eſt, oñe referẽt̃
D ad caput. Iamdudum te cupientẽ in uerba prorumpere, ipſi litterarum apices ſentiunt: & uenientem contra, charta intelligit quæſtionem. Reſpondebis quippe, & dices hoc olim fuiſſe, quando dilexit dñs portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob: & fuerunt fundamenta eius in montibus ſanctis: licet & hæc poſſint altius interpretari. Poſtq̃ uero conſurgentis dñi uox illa pertonuit: Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta: & ruinã eius flebiliter ꝓphetauit, dicens: Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis ꝓphetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties uolui congregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alis, & noluiſti: Ecce dimittetur uobis domus ueſtra deſerta: & poſtq̃ uelum templi ſciſſum eſt: & circũdata ab exercitu Hieruſalẽ, & dñico cruore uiolata: tunc ab ea angelorum præſidia & Chriſti gratiam receſſiſſe. Deniq; etiam Ioſephũ qui uernaculus ſcriptor eſt Iudæorum, aſſerere: illo tempore quo crucifixus eſt dñs: ex adytis templi, uirtutum cœleſtium erupiſſe uoces, dicentiũ: Tranſmigremus ex his ſedibus. Ex quibus & alijs apparere, ubi abundauit gratia, ibi ſuperabundaſſe peccatum: & poſtq̃ audierunt apoſtoli: Euntes docete omnes gentes: Et ipſi apoſtoli dixerunt: Oportebat quidem uobis primum annunciare uerbum dei: quoniam autem noluiſtis, ecce tranſimus ad gentes: tunc omne ſacramentum Iudeæ: & antiquam dei familiaritatem, per apoſtolos in natiões fuiſſe trãſlatam. Valida quidem quæſtio, & quæ poſſet etiam eos qui ſcripturarum aliquid attigerunt, cõcutere, ſed perfacile ſoluitur. Nunc̃ eam fleret dominus corruentem, niſi diligeret. Fleuit & Lazarum: quia amabat eum. Et hoc tamen prima fronte cognoſcito, non loci, ſed hominum fuiſſe peccatum. Verum quia interfectio populi, captiuitas ciuitatis eſt: propterea urbem deletam, ut populus puniretur. Ideo templum ſubrutum, ut typicæ hiſtoriæ tollerentur. Cæterum quantũ ad locum pertinet, per profectus temporum multo nunc auguſtior eſt, q̃ ante fuit. Venerabãtur quondam Iudæi ſanctaſanctorum, quia ibi erant Cherubim, & propiciatorium, & arca teſtamenti, manna, uirga Aaron, & altare aureum. Nonne tibi uenerabilius uidetur ſepulchrum domini? Quod quotieſcũq; ingredimur, toties iacere in ſindone cernimus ſaluatorem: & paululum ibidem commorantes, rurſum uidemus angelum ſedere ad pedes eius, & ad caput ſudarium cõuolutum. Cuius ſepulchri gloria, multo ante q̃ excideretur a Ioſeph, ſcimus Eſaiæ uaticinio

A cinio prophetatum,dicentis:Et erit requies eius honor:quod ſcilicet ſepulturæ dñi locus,eſſet ab omnibus honorandus.Sed dicis quomodo in Apocalypſi Iohannis legimus: Et occidet illos(haud dubium quin ꝓphetas) beſtia quæ aſcendit ex abyſſo, & corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnæ,quæ uocaꝫ ſpiritaliter Sodoma & Aegyptus:ubi & dñs eorũ crucifixus eſt:Sic em̃ ait.Ciuitas magna,in qua crucifixus eſt dñs,nulla eſt alia niſi Hieruſalẽ. Vbi autem crucifixus eſt dñs,ſpiritaliter Sodoma appellaꝫ & Aegyptus.Ergo Hieruſalem Sodoma eſt & Aegyptus,in qua crucifixus eſt dñs.Primũ te ſcire uolumus,oẽm ſanctam ſcripturam nõ poſſe ſibi eſſe contrariã,& maxime unum aduerſum ſe nõ diſcrepare librũ:& ut plus adiȷciamus,eundẽ eiuſdẽq; libri locum in Apocalypſi, de qua nunc teſtimonium ꝓtuliſti.Ante decem circiter uerſiculos ſcribiꝫ: Surge & metire tẽplũ dei,& altare,& adorãtes in eo.Atrium aũt quod eſt foris tẽplum,eiȷce foras,& ne metiaris illud,quoniã datum eſt gentibus:& ciuitatẽ ſanctam calcabunt mẽſibus quadraginta duobus.Si em̃ Apocalypſis multo poſt paſſionẽ dñi ſcripta eſt a Iohãne,& in ea Hieruſalem ſancta ciuitas appellatur,quomodo rurſum ſpiritaliter Sodoma uocatur & Aegyptus? Nec ſtatim potes dicere,ſanctam dici Hieruſalem cœleſtem quæ futura eſt, & Sodomã quæ corruit appellari:quia de futura diciꝫ,quod beſtia quæ aſcenſura eſt de abyſſo,faciet aduerſus duos prophetas bellũ,& uincet illos & occidet,& corpora eorũ iacebunt in platea ciuitatis magnæ.De qua ciuitate & in fine eiuſdẽ libri ſcribitur:Et ciuitas in quadro poſita eſt:& longitudo eius & latitudo tanta eſt,quanta & altitudo:& menſus eſt ciuitatẽ de arundine aurea,per ſtadia duodecim milia:Longitudo & latitudo & altitudo eius æqualia ſunt.Et menſus eſt muros eius centũquadraginta quatuor cubitorum,menſura hominis,quæ eſt angeli.Et erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide,Ipſa uero ciuitas auro mũdo &c. Vbi quadrum eſt,ibi nec longitudo,nec latitudo appellari poteſt.Et quæ eſt iſta menſura:ut tanta ſit longitu
B do & latitudo,quanta altitudo eius,& muri de lapide iaſpide:& tota ciuitas de auro mundo,& fundamẽta,& plateæ eius de lapidibus precioſis:& duodecim portæ fulgentes margaritis? Cũ ergo hæc nõ poſſint carnaliter accipi(abſurdũ quippe eſt per duodecim milia ſtadiorũ tantã ciuitatis longitudinẽ & latitudinẽ,quantã & altitudinem p̃dicari):ſpiritaliter intelligẽda ſunt ſingula:& ciuitaſ magna quã uidelicet prius ædificauit Cain,& nominauit eã ex uocabulo filȷ ſui, hic mundus intelligendus eſt:quẽ accuſator fratrũ ſuoꝝ diabol⁹ & fratricida Cain,periturus extruxit uitȷs,ſceleribus cõdidit,iniqtate cõpleuit:quæ ſpiritaliter appellaꝫ Sodoma,& Aegypt⁹. De qua Sodoma ſcribiꝫ:Reſtitueꝫ Sodoma in antiquũ:quod ſcilicet ita reſtituend⁹ ſit mũdus, ut ante fuit.Nec em̃ poſſumus credere rurſum ædificandã Sodomam & cæteras,Gomorrã ſcilicet & Adamã & Seboim,ſed in perpetuos cineres relinquẽdas.Aegyptũ autẽ nũq; pro Hieruſalem legimus:ſed ſemꝑ pro hoc mundo.Et quia longũ eſt de ſcripturis innumerabilia exẽpla cõgerere,unum teſtimoniũ ꝓferamus,ubi manifeſtiſſime mũdus hic,Aegypt⁹ appellaꝫ.In epiſtola canonica Iudas apoſtoli frater Iacobi ſcribit,dicens:Cõmonere aũt uos uolo,ſciẽs ſemel oia:quoniã Ieſus populũ de terra Aegypti ſaluans,ſecundo eos qui nõ crediderunt,perdidit.Et ne putares de Ieſu dici filio Naue,ſtatim ſequiꝫ:Angelos uero q̃ nõ ſeruauerunt ſuum principatum,ſed dereliquerunt ſuum domiciliũ,in iudiciũ magni diei,uinculis æternis ſub caligine reſeruauit.Et ut credas ubicũq; ſimul Aegyptus & Sodoma & Gomorra nominantur,nõ loca,ſed mundũ hunc interpretari,ſtatim ſubiungit exemplum:Sicut Sodoma & Gomorra & finitimæ ciuitates,ſimili modo fornicatæ:& abeuntes poſt carnẽ alteram,factæ ſunt exẽplum,ignis æterni pœnam ſuſtinentes.Et quid neceſſe eſt plura cõquirere:cum poſt paſſionẽ & reſurrectionem dñi Matthæus euãgeliſta cõmemoret:Et petræ ſciſſæ ſunt,& ſepulchra aperta,& plurima corpora dormientiũ ſanctorũ ſurrexerunt:& egrediẽtes de ſepulchris poſt reſurrectionem ſuam, ingreſſi ſunt ſanctam ciuitatem,& apparuerunt multis.Nec ſtatim Hieroſolyma cœleſtis,ſicut plærique ridicule arbitrantur,in hoc loco intelligitur:cum ſignũ nullum eſſe potuerit apud homines dñi reſurgentis,ſi corpora ſanctorum in cœleſti Hieruſalem uiſa ſunt. Cum ergo & euangeliſtæ,& oẽs ſcripturæ Hieroſolymam ſanctam nominent ciuitatem: & pſalmiſta præcipiat: ut adoremus in loco,ubi ſteterunt pedes eius: ne patiaris eam appellari Sodomam & Aegyptum,per quã dñs iurare uetat:quia ſit ciuitas magni regis.Maledictam terrã nominant,quod

C cruorem dñi hauſerit. Et quomodo benedicta loca putãt: in quibus Petrus & Paulus, Chriſtiani exercitus duces ſanguinem fudere pro Chriſto? Si ſeruorum & hominũ glorioſa ꝓfeſſio eſt, cur dñi & dei nõ ſit glorioſa confeſſio? Et martyrum ubiq; ſepulchra ueneramur: & ſanctam faꝛuillam oculis apponẽtes, ſi liceat, etiam ore contingimus: & monumẽtum, in quo dñs conditus eſt, quidam exiſtimant negligendum? Si nobis non credimus, credamus ſaltem diabolo & angelis ejus: qui quotieſcũq; ante illud de obſeſſis corporibus expelluntur, quaſi in conſpectu tribunalis Chriſti ſtantes contremiſcunt, rugiunt, & ſe dolent crucifixiſſe, quem timeant. Si poſt paſſionem Chriſti (ut ſcelerata uox cõcrepat) hic deteſtabilis locus eſt: quid ſibi uoluit Paulus Hieroſolymã feſtinare, ut ibi faceret pentecoſtẽ? Qui retinentibus ſe locutus eſt, dicẽs: Quid facitis flentes & conturbantes cor meum? Ego eñ non ſolum ligari, ſed & mori in Hieruſalẽ paꝛatus ſum pro nomine dñi Ieſu. Quid cæteri ſancti & illuſtres uiri: quorum uota & oblationes poſt prædicationem Chriſti ad fratres, qui erant Hieroſolymis deferebantur? Lõgum eſt nũc ab aſcenſu domini, uſq; ad præſentem diem, per ſingulas ætates currere, qui epiſcoporum, qui martyrum, qui æloquentiũ in doctrina eccleſiaſtica uirorum uenerint Hieroſolymã: putantes minus ſe religionis, minus habere ſciẽtiæ, nec ſummã (ut dicit) manum accepiſſe uirtutũ: niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis: de quibus primũ euangeliũ de patibulo coruſcauerat. Certe etiã ſi prælaꝛus orator, reprehendendũ neſcio quem putat, quod litteras græcas non Athenis, ſed Lilybæi: latinas nõ Romæ, ſed in Sicilia didicerat: quod uidelicet una quæq; prouincia habeat aliquid propriũ, quod alia æque habere nõ poſſit: cur nos putamus abſq; Athenis noſtris, quẽcq; ad ſtudiorũ faſtigia perueniſſe? Nec hoc dicimus, quod renuamus regnũ dei intra nos eſſe: & ſanctos uiros etiam eſſe in cæteris regionibus: ſed quo hoc aſſeramus, uel maxime eos qui in toto orbe ſunt primi, huc pariter congregari: ad quæ nos loca nõ ut primi: ſed ut extremi ueniꝰmus: ut primos in eis omniũ gentiũ cerneremus. Certe flos quidã & præcioſiſſimus lapis, inter eccleſiaſtica ornamenta, monachorũ & uirginum chorus eſt. Quicũq; in Gallia fuerit primus, huc properat. Diuiſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religiõe proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo,
D quærit locum fama ſibi tm̃, & ſcripturarũ relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ, qd Aethiopum populos, ipſamq; iuxta Aegyptũ, fertilẽ monachorũ, Pontum, & Cappadociã, Syriã Cœlen, & Meſopotamiã cunctaq; orientis examina? Quæ iuxta ſaluatoris æloquium, dicentis: Vbicũq; fuerit corpus, illuc congregabunt aquilæ: cõcurrũt ad hæc loca, & diuerſarum nobis uirtutum ſpecimẽ oſtendunt. Vox quidẽ diſſona, ſed una religio. Tot pene pſallentiũ chori, quot gentiũ diuerſitates. Inter hæc quæ uel prima in Chriſtianis uirtus eſt, nihil arrogant ſibi de continentia ſupercilij. Humilitatis inter oẽs contentio eſt. Quicũq; nouiſſimus fuerit, hic primus putatur. In ueſte nulla diſcretio, nulla admiratio. Vtcũq; placuerit incedere, nec detractionis eſt nec laudis. Ieiunia quoq; neminẽ ſubleuant, nec deferẽt inediæ, nec moderata ſaturitas condemnatur. Suo dño ſtat unuſquiſq; aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne a domino iudicetur. Et quod in plæriſq; ꝓuincijs familiare eſt: ut genuino dente ſe laceꝛent, hic penitus non habetur. Procul luxuria, procul uoluptas: tanta in ipſa urbe orationum loca: ut ad ea pagranda dies ſufficere non poſſit. Verum ut ad uillulam Chriſti, & Mariæ diuerſorium ueniamus (Plus eñ laudat unuſquiſq; quod poſſidet): quo ſermone: qua uoce ſpeluncã tibi poſſum⁹ ſaluatoris exponere? Et illud præſepe, in quo infantulus uagijt, ſilentio magis, cẽq; infimo ſermone honorãdum eſt. Vbi ſunt latæ porticus? Vbi aurata laquearia? Vbi dom⁹ miſerorum pœnis, & damnatorũ labore ueſtitæ? Vbi inſtar palatij opibus priuatorum extructæ baſilicæ: ut uile corpuſculũ hominis p̃cioſius inambulet, & quaſi mundo quicq; poſſit eſſe ornatius, tecta magis ſua uelint aſpicere cẽq; cœlũ? Ecce in hoc paruo terræ foramine, cœlorũ conditor natus eſt: hic inuolutus pãnis, hic uiſus a paſtoribus, hic demonſtratus a ſtella, hic adorat⁹ a magis. Et hic puto locus ſanctior eſt Tarpeia rupe, quæ de cœlo ſæpius fulminata oſtendit, quod dño diſpliceret. Lege Apocalypſim Iohannis: & quid de muliere purpurata, & ſcripta in eius fronte blaſphemia, ſeptem montibus, aquis multis, & Babylonis cantetur exitu, contuere. Exite (inquit dñs) de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis ei⁹ nõ accipiatis. Fugite de medio Babylonis, & ſaluate unuſquiſq; animam ſuam. Cecidit eñ cecidit

Babylon

A Babylō magna:& facta eſt habitatio dæmonū,& cuſtodia ſpūs imūdi.Eſt qdē ibi ſancta eccle
ſia,ſūt trophea aplōr,& martyr:eſt Chriſti uera cōfeſſio,eſt ab aplo prædicata fides,& gētilita
te calcata,in ſublime ſe q̄tidie erigēs uocabulū Chriſtianū:ſed ipa ambitio,potētia,magnitudo
urbis,uideri & uidere,ſalutari & ſalutare,laudare & detrahere,uel audire uel proloq: & tātā fre
quētiam hominū ſaltē inuitū uidere,a ꝓpoſito monachorū & quiete aliena ſunt. Aut em̄ ui/
demus uenientes ad nos,& ſilentium perdimus:aut non uidemus,& ſuperbiæ arguimur.Inter/
dū q; ut uiſitantibus reddamus uicem,ad ſuperbas fores pergimus:& inter linguas rodētium
miniſtrorum,poſtes ingredimur auratos. In Chriſti uero(ut ſupra diximus)uillula tota ruſtici
tas:& extra pſalmos ſilentium eſt.Quocū q; te uerteris,arator ſtiuam tenens,alleluia decantat.
Sudans meſſor pſalmis ſe auocat,& curua attondens uitem falce uinitor,aliquid Dauidicū ca
nit.Hæc ſunt in hac prouincia carmina:hæ(ut uulgo dicitur)amatoriæ cantiones. Hic paſtorū
ſibilus,hæc arma culturæ. Verū quid agimus,nec qd deceat cogitātes,ſolū quod cupim⁹ hoc ui/
demus? O quādo illud tēpus aduenier,cū anhelus nunciū uiator apportet, Marcellam noſtrā
ad Palæſtinæ littus appulſam:& toti monachorum chori,tota uirginum agmina cōcrepabunt?
Obuiam iam iam q; geſtimus occurrere:& nō expectato uehiculo,cōcitū pedibus ferre corpus.
Tenebimus manus,ora cernem⁹:& a deſyderato uix auellemur amplexu.Ergo ne erit illa dies:
quando nobis liceat ſpeluncā ſaluatoris intrare? In ſepulchro dñi flere cum ſorore,flere cū ma
tre? Crucis deinde lambere lignū,& in oliueti monte cum aſcendente dño,uoto & animo ſuble
uari? Videre exire Laçarū faſcijs colligatum,& fluenta Iordanis ad lauacrū dñi puriora.Inde
ad paſtorū caulas pergere,in Dauid orare Mauſoleo? Amos prophetam etiā nūc buccina pa/
ſtorali in ſua conſpicere rupe clangentē? Ad Abraham Iſaac & Iacob:trium quo q; illuſtriū fœ/
minarū,uel tabernacula ꝓperare,uel memorias? Videre fontem,in quo a Philippo eunuchus
eſt tinctus? Samariam pergere,& Iohannis baptiſtæ,Heliſæi quo q; & Abdiæ pariter cineres
adorare? Ingredi ſpeluncas,in quibus perſecutionis,& famis tempore prophetarum agmina
ſunt nutrita? Ibimus ad Naçareth:& iuxta interpretationem nominis eius,florem uidebimus
B Galilææ.Haud procul inde cernitur Cana,in qua aquæ in uinum uerſæ ſunt.Pergemus ad Ira/
byrium,& tabernacula ſaluatoris,non ut Petrus quondā uoluit cū Moyſe & Helia: ſed cū pa/
tre cernem⁹ & ſpiritu ſancto.Inde ad mare ueniemus Geneçareth:& de quinq; & ſeptē panib⁹
uidebimus in deſerto quinq; & quatuor hominū milia ſaturata. Apparebit oppidum Naim,
in cuius portis uiduæ filius ſuſcitatus eſt. Videbitur & Hermonim & torrens Endor,in quo ſu/
peratur Siſara.Capharnaum quo q; ſignorū dñi familiaris,& omnis pariter Galilæa cernetur.
Et tūc comitante Chriſto cū ꝑ Silo & Bethel & cætera loca,in quibus eccleſiæ,quaſi quædā ui/
ctoriarū dñi ſunt erecta uexilla:ad noſtrā ſpeluncā redierimus,canemus iugiter, crebro flebi/
mus,indeſinenter orabimus:& uulneratæ iaculo ſaluatoris in cōmune dicem⁹:Inueni quē quæ/
ſiuit anima mea:tenebo eum,& non dimittam illum.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Marcellam uiduam,iam monachorū inſtitutū ſequentē,hortatur,ut Roma relicta Bethlehem ſe con
ferat:per contentionē oſtendens,& quantū habeat Roma moleſtiarū,& quantū commoditatū habeat
rus Bethlehemiticum.

SCHOLIA.

AMbroſius quo chartas.) Hic prius Marcionites fuerat,ſed ab Origene correctus, eccle
ſiæ diaconus,& orthodoxus eſt factus, uir locuples, nec inelegantis ingenij: cuius ſum/
ptu & hortatu Origenes per multa dictauit uolumina,teſtat Hieronymus in Catalogo
ſcriptorum. Adamantius.) Ab adamante lapide,qui nulla ui domari frangiue poteſt.
Vnde & ab indomita ui nomē habet apud græcos. Id cognominis olim tributum eſt Di/
dymo grāmatico,ob indefatigabilem ſcribendi inſtantiā,ab hoc trāſlatū eſt in Origenē. Et Chalcen/
ter⁹ noſter.) Chalcēterū uocat, ab inteſtinis æreis,ueluti prædurū,χαλκὸς æs ſeu ferrū,& ἔντερα uiſcera,
inde χαλκέντερος.Porro ſuū uocat,nō qd' dogmata ſequat,ſed qd' ingenio delectet. Nūc tremul⁹ in cy
belē.) Qm̄ anus eſt,qppe mater omniū deorū. Vnde tremore corpis,uelut ob ſeniū repſentabat. Sed
innocētes cibos.) Quia nō laniantur pecudes & aues. Ita Prudētius in carmine Lyrico. Sint fera gētib⁹
indomitis prandia de nece quadrupedū. Nos holeris coma nos ſiliqua,fœta legumine multimodo paue
rit innocuis epulis. Brumales niues.) Bruma pars eſt hyemis,cum dies ſunt breuiſſimi. Ligna non
coemā.) Ob teporē regionis,quæ uix hyemē ullā ſentit. Vilius non algebo.) Id eſt,hic mihi minoris

C conſtabit,ut nõ ſentiam frigus,& minore igni fuerit opus. ¶ Arena ſeuiat.) Propter gladiatores qui in arenã producebantur,ut mutuo laniatu perirẽt. ¶ Circus inſaniat.) In circo agitabantur certamina,uarij generis,magno ſumptu. Vnde inſaniã uocat,inſanit em̃ qui modũ nõ ſeruat. Theatra luxurient.) Hic agebanť comœdiæ & tragœdiæ,magna oſtentatione barbaricarũ opum. Et quia de noſtris dicẽ dũ.) Noſtris,id eſt,monachis,q nobiles matronas,ſolent quotidie uelut officij cauſa inuiſere. Vnde & ſenatũ matronarũ dicit,quod ille quoq; ſuã haberent maieſtatẽ. Et Heliogabalus, mulierũ ſenatũ inſtituerat,quẽ appellabat ſenatulũ,in quo matrẽ uoluit præſidere. Miſerorũ pœnis & dãnatorũ labore.) Vel quod ex mulctis ædificanť,uel quod damnati cogũtur illic laborare. At nunc principes nõnũq; ex innocentiũ ciuiũ expilatiõe ſubſtruũt ſua palatia. Tecta ſua magis.) Pingebant teſtudines auro,gemmis,coloribus,cũ cœlum pulchrius ſit pictũ ſtellis,quod cõmune tectũ eſt omnibus mortalibus. Sanctior rupe Tarpeia.) In hac erat ſuperbũ illud Capitoliũ,quod aliquoties fulmine tactũ eſt,cũ in eo Iupiter præſideret. Tota ruſticitas eſt.) Quidã habebãt tuta,ſed tota:mihi magis probatur,hoc eſt,mera ruſticitas,Sic em̃ Hieronymus & alias aliquoties loquitur. Quamq; tuta quoq; quadrat,quia dixerat de miniſtris rodentibus. Porro ruſticitatem ſimplicitatem appellat,abſq; faſtu nobilium.

¶HIERONYMVS MARCELLAM INVITAT AD RVS BETHLEHEMITICVM.

AMbroſius,quo chartas,ſumptus,notarios miniſtrãte: tã innumerabiles libros uere Adamantius, & Chalcenterus noſter explicauit,in quadam epiſtola quã ad eundem de Athenis ſcripſerat:refert nũq; ſe cibũ Origene præſente ſine lectiõe ſumpſiſſe:nũq; iniſſe ſomnũ, niſi unus e fratrib9 ſacris litteris perſonaret.Hoc diebus egiſſe uel noctibus,ut & lectio orationẽ exciperet,& oratio lectionẽ.Quid nos uentris anialia, tale unq; fecimus? Quos ſi uel ſecunda hora legentes inuenerit,oſcitamus: manu faciem defricantes,continemus ſtomachum:& quaſi poſt multum laborem,mundialibus rurſum negocijs occupamur. Prætermitto prandia, quibus mens onerata premitur. Pudet dicere frequentiam ſalutandi, qua aut ipſi quotidie ad alios pergimus: aut ad nos uenientes, cæteros expectamus. Deinceps itur in uerba, ſermo teritur, lacerantur abſentes,uita aliena deſcribitur: & mordentes inuicem, conſumimur ab inuicem. Talis nos cibus occupat & dimittit. Cum uero amici receſſerint, ratiocinia ſupputamus. Nunc ira perſonam leonis nobis imponit: D nũc cura ſuperflua in annos plurimos duratura præcogitat. Nec recordamur euangelij,dicentis:Stulte hac nocte auferent animã tuã a te:quæ autẽ præparaſti,cuiꝰ erunt? Veſtes nõ ad uſus tantũ,ſed ad delitias cõquirũtur. Vbicũq; compendiũ eſt,uelocior pes,citus ſermo,auris attentior.Si damnũ(ut ſæpe in re familiari accidere ſolet)fuerit nunciatũ,uultus mœrore deprimit. Lætamur ad nummũ,amiſſo obolo contriſtamur. Vnde cũ in uno hoie,animorũ tam diuerſa ſit facies,propheta dñm deprecatur,dicens: Dñe in ciuitate tua,imaginẽ eorũ diſſipa.Cũ enim ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei,conditi ſimus:ex uitio noſtro pſonas nobis plurimas ſupinducimus.Et quomodo in theatralibus ſcenis,unus atq; idem hiſtrio,nũc Herculẽ robuſtus oſtendit:nunc mollis in Venerẽ frangitur,nunc tremulus in Cybelẽ:ita & nos(qui ſi de mundo non eſſemus,odiremur a mũdo)tot habemus perſonarũ ſimilitudines quot peccata. Quapropter quia multa iam uitæ ſpatia tranſmiſimus fluctuãdo:& nauis noſtra,nunc procellarũ concuſſa turbine,nũc ſcopulorũ illiſionibus pturbata eſt,cũ primũ licet,quaſi portũ quendã,ſecreta ruris intremus.Vbi cibarius panis,& holus noſtris manibus irrigatũ,& lac delitiæ ruſticanæ,uiles quidẽ,ſed innocẽtes cibos præbent.Ita uiuentes,nõ ab oratione ſomnus,nec ſaturitas a lectiõe reuocabit.Si æſtas eſt,ſecretũ arboris umbra præbebit.Si autũnus,ipſa aeris temperies,& ſtrata ſubter folia,locũ quietis oſtendũt. Vere ager floribus pingit,& inter querulas aues, pſalmi dulcius cãtabunť.Si frigus fuerit & brumales niues,ligna nõ coemã,& calidi9 uigilabo,uel dormiã. Certe quod ſciã,uilius nõ algebo. Habeat ſibi Roma ſuos tumultus,arena ſæuiat,circus inſaniat,theatra luxurient: & quia de noſtris dicendũ eſt,matronarum quotidie uiſitetur ſenatus. Nobis adhærere dño bonũ eſt,& ponere in dño deo ſpem noſtrã:ut cũ paupertatẽ iſtã cœlorũ regna mutauerint,erũpam9 in uocẽ. Quid em̃ mihi eſt in cœlo,& a te quid uolui ſuper terrã? Quo ſcilicet cũ tanta reperiamus in cœlo: parua & caduca quæſiſſe nos doleamus in terra. Verũ ut ad uillã,& ad Mariæ diuerſoriũ ueniamus. Plus laudat em̃ unuſqſq; quod poſſidet:quo ſermone:qua uoce,tibi ſpeluncã ſaluatoris exponã? Et illud præſepe,in quo infantulus uagijt, ſilentio magis,q; infimo ſermone honorandũ eſt. Vbi ſunt latæ porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miſerorũ pœnis,& damnatorũ labore ueſtitæ? ubi inſtar palatij priuatorũ ex-

A tructæ basilicæ: ut uile corpusculū hominis prectosius inambulet: & quasi mūdo quicq̄ possit esse ornatius: tecta sua magis uelint aspicere q̄ cœlum. Bethlehem ecce in hoc paruo terræ foramine, cœlorum conditor natus est. Hic inuolutus pannis: hic uisus a pastoribus: hic demōstrat⁹ a stella: hic adoratus a magis: & puto sanctior locus est rupe Tarpeia: quæ de cœlo sæpi⁹ fulminata, ostendit qd deo displiceat. Est quidem ibi sancta ecclesia, sunt trophea apostolorū & martyrum: est Christi uera cōfessio, est apostolorū prædicata fides: & gentilitate calcata, in sublime quotidie erigitur uocabulū Christianū. Sed ambitio, potentia, magnitudo urbis, uideri & uidere, salutari & salutare, laudare & detrahere, uel audire uel proloqui, & tantā hominū frequentiā uidere: a proposito monachorū, & a quiete aliena sunt. Aut em̄ uidemus ad nos ueniētes, & silentiū perdimus. Aut si non uidemus, supbiæ arguimur. Interdum ut uisitantibus reddam⁹ uicem: ad superbas fores pergimus. Inter linguas rodentium ministrorum, postes ingredimur deauratos. In Christi ergo uilla (ut supra diximus) tota rusticitas est. Extra psalmos silētiū est. Quocūq; te uerteris, arator stiuā tenens alleluia decantat. Sudans messor, psalmis se auocat: & curua attondens uites falce uinitor, aliquid Dauidicum canit. Hæc sunt in hac prouincia carmina: hæ (ut uulgo dicitur) amatoriæ cantiones. Vale.

ARGVMENTVM ET SCHOLIA IN EPISTO. SEQVENTEM.

HVsit in hac epistola, sanctis quibusdam iocis. Eustochiū in natali diui Petri, Xeniola quædā misit Hieronymo. Ea mystica interpretatiōe, trahit ad morū institutionē, cuiusmodi deberent esse Christianorum ioci, ut pietatem saperent pariter & eruditionem.

Et quoniā mel.) Leuitici, capite. 2. uetat deus ullum mel aut fermentū adoleri in sacrificio. Rursus alibi iubet, ut nullū sacrificiū offeratur absq; sale. Festiuius est solito cōdiendus.) Nam in diebus festis, lautius solito prandetur. Cardinem.) Iocandū, sed Christiano more. Cū amaritudinib⁹.) Exodi. 12. Cum lactucis agrestibus, quæ subamarū quiddam habēt. Armillis in Eçechiele.) Cap. 16. Inter reliqua ornamenta mystica, quæ illic cōmemorat, Et dedi, inquit, armillas in manibus tuis. Quidā codices hoc loco pro armatur habebāt ornatur. Baruch epistolas accepit.) Habes apud Hieremiā, capite trigesimo sexto. Baruch iussu Hieremiæ scribit epistolā & defert ad populū. Pristini libelli.) Significat libellum de uirginitate quē scripsit ad eandem, qui quoniam mordacior est: multorū cōflauit odiū Hieronymo, sicuti testatur ipse. Nouacula rex prophanus.) Pro nouacula, nostra æditio habet, scalpello scribæ. Locus est. cap. 36. quē modo citauimus, quemadmodū rex epistolā, siue ut habetur uolumen, discissam scalpello cōiecerit in ignem. Alluſit aūt Hieronymus tacite ad illud Pauli ad Corinthios: Epistola nostra uos estis scripta in cordibus. Et paulopost: Quoniā epistola estis Christi, ministrata a nobis & scripta nō atramēto, sed spū dei uiui &c. Ad similitudinē ephraim.) Ita legis Oseæ, cap. 7. Et factus est Ephraim, quasi columba seducta, nō habens cor. Verū ne uidear.) Quoniam nō fecerat mentionem cerasorū. Virginali uerecūdia.) Quædā matureſcentia uiresc̄t, quædā flaueſcunt: cerasum, morū & cornum rubesc̄t maturitate, mox nigresc̄t, præter hæc etiā oliuæ. Vt ea nūc a Lucullo.) Statim putresc̄t cerasa, & ut dixi grat⁹ ille rubor, nō manet, nisi recētib⁹, nec adest nisi maturis. De Lucullo ita Plinius libro decimo qnto. cap. 25. Cerasi ante uictoriā Mithridaticā. L. Luculli nō fuere in Italia. At ubis āno sexcentesimo octogesimo, is primū inuexit e Ponto: annisq; centū uiginti, trans Oceanū in Britanniā usq; puenere, eadē in Aegypto nulla cura potuere gigni. Canistrū ficis plenū.) Ita legis Hieremiæ. cap. 24. de duob⁹ calathis, quorū alter habebat ficus bonas bonas. i. ualde bonas: alter malas malas. i. ualde malas. Siquidē huiusmodi cōduplicatiōe uerbi, epitasin faciūt Hebræi. Cōtra templū dei sunt.) Id est, e regiōe tēpli, ut intelligas fruct⁹ pietatis. Loc⁹ est, quē modo indicaui: quāq̄ ibi uterq; calathus añ tēplū ostēdit. In eo qd allatū est.) Quidā sic habebāt: In eo quo allatū est, id quod allatū nō est predicam⁹. Qm̄ de calatho fit in pphetis mētio, de cerasis nō fit, sed de ficis. Vnde ex occasiōe calathi, laudat ficos nō allatos, p cerasis allatis. Alij sic habebāt, In eo qd allatū ē, id qd allatū nō est, prædicam⁹.

AD EVSTOCHIVM DE ACCEPTIS AB EA MVNVSCVLIS.

PArua specie, sed charitate sunt magna: munera accepisse a uirgine, armillas, epistolā & colūbas. Et qm̄ mel in dei sacrificijs nō offert: nimia dulcedo arte mutata est: & quadā (ut ita dicā) piperis austeritate cōdita. Apud deū em̄ nihil uoluptuosum, nihil tantū suaue placet, nisi qd in se habet mordacis aliqd ueritatis. Pasca Christi cū amaritudinib⁹ manducat. Festus est dies, & natalis beati Petri, festiuius est solito cōdiēdus: ita tñ, ut scripturarū cardinē, iocularis sermo nō fugiat. Nec a p̄scripto palæstræ nostræ longius euagemur. Armillis in Eçechiele armat Hierusalē. Baruch epistolas accipit ab Hieremia. In colūbæ specie spūssanctus allabit. Itaq; ut te aliquid & piperis mordeat, & pristini libelli etiā nūc recorderis, caue ne operis ornamēta dimittas: quæ ueræ armillæ sunt brachiorū: ne epistolā pectoris tui scindas, quā a Baruch traditā nouacula rex pphan⁹ incidit: ne ad similitudinē Ephraim per Oseæ audias: Facta es insipiens, ut columba. Nimium respondebis austere, & quod fe-

C sto nõ cõueniet diei. Talibus ipsa muneribus prouocasti: dum dulcibus amara sociatã sunt: & a nobis paria recipies: laudẽ amaritudo comitabitur. Verũ ne uidear dona minuisse: accepim⁹ & canistrum cerasis refertũ: talibus & tam uirginali uerecũdia rubentibus: ut ea nunc a Lucullo delata existimarẽ. Siquidẽ hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunto primus Romã pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit. Igit᷑ quia in scripturis, canistrũ ficis plenũ legimus, Cerasa uero nõ inuenimus: in eo quo allatũ est: id quod allatũ nõ est, prædicamus. Optamusq; te de illis pomis fieri, quæ cõtra tẽplũ dei sunt: & de qbus de⁹ dicit: Quia bona bona ualde. Nihil qppe saluator mediũ amat. Et sicuti frigidũ nõ refugiens, calidis delectat᷑; ita tepidos in Apocalypsi euomere se loquit᷑. Vnde nobis sollicitius prouidendũ est: ut solennẽ diẽ, nõ tã ciborũ abũdantia, cq̃ spũs exultatiõe celebremus. Quia ualde absurdum est, nimia saturitate uelle honorare martyrẽ: quẽ scias deo placuisse ieiunijs. Ita tibi semp comedẽdũ est, ut cibũ & oratio sequat᷑, & lectio. Quod si aliquibus displicet: apostoli uerba cantato: Si adhuc hominibus placerem, Christi ancilla non essem.

ARGVMENTVM ET SCHOLIA.

Xeniola missa a Marcella, sibi & Paulæ filiæq; hui⁹, per iocũ interpretat᷑ allegoricos. Offertis muscaria.) Ea cõficiũtur uel e pennis auiũ, uel e chartis, ad abigẽdas muscas. Quia muscæ morituræ.) Sic Ecclesiastes. ca. 10. Muscæ morientes, perdũt suauitatẽ unguenti. In peruersum licet.) Id est, in malã partem. Nũc em̃ eadẽ interpretatur, ut cõueniant & in peccatorem qualem se uideri uult.

AD MARCELLAM DE ACCEPTIS MVNVSCVLIS.

VT absentiam corporũ, spũs cõfabulatiõe solemur: facit unusquisq; quod prævalet. Vos dona transmittitis: nos epistolas remittimus gratiarũ. Ita tñ: ut quia uelatarũ uirginũ munus est, aliqua in ipsis munusculis esse mysteria demõstremus. Saccus, orationis signũ atq; ieiunij est, Sella, ut foras pedes uirgo nõ moueat. Cerei, ut accenso lumine, sponsi expectet᷑ aduẽtus. Calices, mortificationẽ carnis ostendũt, & semp animũ ad martyriũ præparatũ. Calix quippe dñi inebriãs, cq̃ p̃clarus est. Quod aũt & matronis offertis muscaria, parua, paruis animalibus euentilãdis: elegans significatio est, debere luxuriã cito restinguere: qa muscæ morituræ, olei suauitatẽ luxuriosæ cito cũ isto iterituræ mũdo, oleũ uitæ suauioris exterminãt. Hic typus sit uirginũ: hæc figura matronarũ: In puersum licet, munera uestra cõueniãt. Sedere aptũ est ociosis, in sacco iacere pœnitẽtib⁹, calices habere potãtib⁹. Licet & ꝑpter nocturnos met⁹: & anios semp malo cõsciẽtiæ formidãtes, cereos q̃q; accẽdisse sit gratũ.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulũ Cõcordiensem centesimũ agentẽ ãnũ, & tamẽ adhuc integro uirentiq; corpore laudat, & libros aliquot ab eo petit cõmodato. Est aũt festiuis iocis, nec minus sanctis plena epistola.

SCHOLIA.

Gigantũ adduxit impietas.) Locus est Geneseos. ca. 6. In hebræo pro Gigantib⁹, cadentes habẽt נְפִילִים. Symmach⁹ uertit uiolẽtos. Illis tẽporib⁹ ætas hois erat, centũ uiginti ãni. Tãtũ em̃ datũ est pœnitẽdi ꝑ spatiũ. Sed crescẽtibus indies uitijs, diluuiũ insecutũ est. Purgati baptisma mũdi.) Nã ut nos baptismo purgati renouamur, ita tũc mũdus diluuio purgatus uidebat᷑. Et gemino bellũ.) Versus est Horatianus, ex arte poetica, pene puerbiali ioco usurpatus, quoties rem lõgius repetimus q̃ oportet. Veluti si quis bellũ troianũ scripturus, exordiatur nõ a ꝓximis belli causis, hoc est ab Helena rapta, sed a partu Ledæ, quæ iuxta fabulas duo peperit oua ex Iouis cõcubitu: e quorũ altero prodierũt Castor & pollux, ex altero Helena, quæ postea ꝑbuit belli materiã. Ad Christi similitudinẽ.) Cãdidus em̃ apparuit Christus trib⁹ discipulis. Et agnus dei uocat⁹ est.

Exempla meditaris.) Eleganter usus est uerbo meditaris. Iam em̃ ceperat esse, quod in resurrectione futurus erat, hoc est incorrupto corpore semp̃q; florenti. Memoriæ tenacitatẽ.) Nam hanc primum impetit senectus, teste Plinio. Frigid⁹ sanguis.) Ita Vergilius: Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis. Et Aristoteles putat in frigidis plus esse animi, minus ingenij. Quamq̃ idem scribit, qbus sanguis est crassior, is minus esse ingenij: Asinis aut̃ crassissimus est, homini subtilissimus. Per curuos ceræ.) Nam olim in ceratis tabulis, stilo æreo scribebant. Resurrectionis uirorem.) Nonnulli codices habebant, uigorem: utraq; lectio quadrat. Sed uirorem magis probo. Viuentes præmoriuntur.) Deficientibus oculis, putrescentibus dentibus, aut etiam elabentibus: obsurdescentibus auribus, euanescente memoria, quid aliud est homo, q̃ uiuum cadauer? Et Plinius negat hos annos uitæ imputandos esse. In aliena ætate mentiris.) Mire usus est uerbo mẽtiris in bonã partẽ ꝓ imitaris. Id mollius est in rebus, q̃ in personis. Vtsi dicas, impudens loquacitas, mẽtitur æloquẽtiã. Et alienã ætatẽ uocat, nõ alterius hois, sed ut Vergilius, Alienis mensibus æstas, id est, nõ suis: ueluti qui senex amat, aliena ætate amare dicit᷑. Cõmẽtarios Fortunatiani.) Is natiõe Afer, episcop⁹ Aquileiẽsis, in euãgelia titulis ordinatis, breui rusticoq; sermone scripsit cõmẽtarios. Ingenita leuitas.) Est illi nationi natiuũ ac gentilicĩũ malũ, leuitas ac facilitas, & erudita uanitas. Vanitas mẽdacitas ẽ. Vñ Iuuenalis. Et qcqd græcia mẽdax. Huic si accedat,

A cedat, eruditio, q̃duis possit, attollere. Aurelij uictoris.) Hic decimꝰ tertiꝰ Romanæ urbis episcopꝰ fuit. Epistolas Nouatiani.) Hic Romanæ urbis presbyter fuit: sed Nouatianorũ hæresim secutus. Schismati cum uocat, quod aduersus Cornelium sacerdotalem cathedram conatus sit inuadere. Bibamus Antidotũ.) Antidotꝰ em̃ ꝓprie aduersus uenena dat̃. Nouatus eiꝰ hæresis author, sancti Cypriani presbyter fuit. Is negabat post baptismũ relapsos in peccatũ esse recipiẽdos ad pœnitẽtiã. Aduersus hunc scripsit Cyprianus. Paulo seni paulũ.) Sentit Pauli monachi uitã. In deijciendo stilo.) At alij laborant in erigẽdo stilo: cũ huic laborãdũ fuerit, ut peius diceret. Alia cõdita.) Id est, reposita: significãs non esse uulgaria, neq; qbuslibet cõmunia. Ita Vergilianus pastor suũ pignus cõmẽdat. Nec dũ illis labra admoui, sed cõdita seruo. Spũs sanctus afflauerit.) Apta usus est metaphora, afflauerit. Spiritus em̃ est flare. Cũ addat nauigabũt, id ait, quod nisi per mare mitti nõ poterant.

HIERONYMVS AD PAVLVM CONCORDIENSEM.

HVmanæ uitæ breuitas, dãnatio delictorũ est. Et in ipso sæpe lucis exordio: mors secuta nascentẽ, labentia quotidie in uitiũ sæcula ꝓfitet̃. Nã cũ primũ paradisi colonũ, uiperinis nexibus ꝓpeditũ, coluber deduxisset ad terras: æternitas mortalitate mutata, in nõgentos & eo amplius annos, secundã quodãmodo immortalitatem maledicti hois distulerat elogiũ. Exinde paulatim recrudescente peccato, totiꝰ orbis naufragiũ gigantũ adduxit impietas. Post illud (ut ita dixerim) purgati baptisma mũdi, in breue tempus hominũ uita cõtracta est. Hoc quoq; spatiũ, sceleribus nostris semp cõtra diuina pugnantibus, pene perdidimꝰ. Quotus em̃ q̃sq; aut centenariã trãsgredit̃ ætatẽ, aut nõ ad eã sic ꝓuenit, ut ꝓuenisse pœniteat: secundũ qd̃ in libro psalmorũ scriptura testat̃: Dies uitæ nostræ septuaginta anni: si aũt multũ, octoginta: quicqd reliquũ est, labor & dolor. Quorsum, ais, ista tam alto repetita principio: & ita procul cœpta: ut merito quis Horatiano de nobis possit sale ludere. Et gemino bellũ Troianũ orditur ab ouo? Videlicet ut senectutẽ tuã, & caput ad Christi similitudinẽ candidũ, dignis uocibus p̃dicemus. Ecce iam centenus ætatis circulus uoluit̃: & tu semp p̃cepta dñi custodiens: futuræ beatitudinẽ uitæ per p̃sentia exẽpla meditaris. Oculi puro lumine uigent: pedes imprimũt certa uestigia: auditus penetrabilis, dentes candidi, uox sonora, corpus solidũ, & succi plenũ, cani cum rubore discrepãt, uires cũ ætate dissentiunt. Nõ memoriæ tenacitatẽ, ut in plærisq; cernimus, antiquior senecta dissoluit. Nõ calidi acumẽ ingenij, frigidꝰ sanB guis obtũdit. Nõ cõtractã rugis faciẽ, arata frons asperat. Nõ denicq; tremula manus ꝓ curuos ceræ tramites errantẽ stilũ ducit. Futuræ nobis resurrectionis uirorẽ in te dñs ostendit: ut peccati sciamus esse: quod cæteri adhuc uiuẽtes p̃moriunt̃ in carne. Iusticiæ, q d̃ tu adolescẽtiã in aliena ætate mẽtiris. Et cũq; multis istã corporis sanitatẽ, etiã pctõribus euenire uideamꝰ: tamẽ illis hoc diabolus ministrat, ut peccẽt: tibi dñs præstat, ut gaudeas. Doctissimi quiq; Græcorũ: de q̃bus pro Flacco agens luculenter Tullius ait: Ingenita leuitas & erudita uanitas: regum suorũ ac principũ laudes, accepta mercede, dicebãt: Hoc ego nũc faciens, preciũ posco ꝓ laudibus. Et ne putes modica esse quæ dẽ cor: margaritũ de euãgelio postularis. Eloquia dñi, æloqa casta: argẽtũ igne examinatũ: ꝓbatũ terræ, purgatũ septuplũ: scilicet cõmẽtarios Fortunatiani: & propter noticiã psecutionũ Aurelij Victoris historiã: similq; epistolas Nouatiani: ut dũ schismatici hois uenena cognoscimus: libentius sancti martyris Cypriani bibamus antidotũ. Misimus interim te tibi: id est, Paulo seni Paulũ seniorẽ, in quo ꝓpter simpliciores quosq; multũ in deijciẽdo sermone laborauimus. Sed nescio quõ: etiã si aqua plena sit: tamen eundem odorẽ lagena seruat, quo dum rudis esset, imbuta est. Si hoc munusculũ placuerit, habemus etiã alia cõdita: quæ cũ plurimis orientalibus mercibus ad te, si spũsanctus afflauerit, nauigabunt.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

SVstochiũ ex omnibꝰ Paulæ liberis, ꝓpetuã uirginitatẽ est amplexa: solaq; matri Bethlehem demigranti comes fuit. Sub huiꝰ igit̃ persona, qm̃ apud Romanos primæ nobilitatis fuit, uirgines oẽs docet, quõ sit uiuendũ. Et sicut est boni præceptoris officiũ, non solum indicat formã, quam oporteat sequi, uerũetiã, ꝓdit & aperit technas ac fucos uirginũ, monachorũ, & clericorũ, qui sub pretextu castimoniæ, uẽtri & auariciæ seruiebãt. Lusit aũt in his depingẽdis paulo liberius, cũq; delicatæ quorũdã aures ferre possent. Vñ alibi scribit libellũ hũc Romæ (nã illic scripsit) fuisse lapidatũ: & in epistola ad Demetriadẽ, indicat multos hoc offensos fuisse. Et Rufinus inter cætera crimina, hoc quoq; uiro sanctissimo impingit, qd̃ institutionẽ uirginis ꝓfessus, omniũ oia crimina ꝓdidisset. Meminit huiꝰ & Seuerꝰ Sulpitiꝰ in dialogo quodã, sed cũ laude. Verũ hic liber cũq; male tractat malos monachos & clericos, tã male uicissim ab illis tractatus fuit. Adeo nãq; mẽdosum repperimus, ut pro unico uitio exprobrato, decem mẽdas induxisse uideant̃.

SCHOLIA.

Ne respexeris inqt.) Alluſit ad historiã Lot fugiẽtis e Sodoma. Nõ eos q foris sunt.) Ita diuꝰ Paulꝰ ap-

C pellat alienos a professione Christi. Quid mihi de his quæ foris sunt iudicare? Escæ eius electæ.) Apud Habacuc capite p̃mo, Diabolus piscatori cõfert, qui illicit esca homines & attrahit uelut hamo. Nam esca proprie dicitur, quod hamo præfigitur, unde dictũ est & inescare. Et deuorato luda.) Iam em̃ pactus erat de prodendo Christo. Verba Christi ad Petrum sunt, Lucæ capite uigesimo secundo. Timeamus illã prophetiam.) Est apud Amos, cap̃.8. In illa die uirgines deficiẽt pulchræ. Porro καλὸς græcis & bonũ significat & pulchrũ. Descende, sede in terra.) Verba sunt Esaiæ. cap̃.47. Nudabit & posteriora.) Ita cõminat deus Hieremiæ. cap̃.13. Diuaricasti pedes tuos omni transeunti.) Locus est apud Ezechielẽ. cap̃.16. Et usq; ad uerticẽ polluetur.) Ita Hieremias. cap̃.2. Filij quoq; Mempheos & Taphneos cõstuprauerũt te usq; ad uerticem. Vnde ego nudabo & reuelabo fœmora & posteriora tua cõtra faciem tuam, & apparebit ignominia tua. Et Sirenæ nidificent.) Locus est apud Esaiam. ca. 34. ϗϗ de uocabulis portentorum nõ nihil uariant interpretes. Et ante hominẽ suũ.) Hic locus in omnibus quæ uiderim exẽplaribus erat deprauatus. Quædam habebãt, & quidẽ uetustiora: Et ante homi nem suũ, iam carne p̃mortua. Quædã ita: Et ante hominẽ, sua iam carne præmortuũ. Alia rursum: Et añ omnem esum, iam carne præmortua. Fortasse legendũ: Intra sinum, iam carne p̃mortua, aut intra homi nem suũ, iam carne premortua: ut intelligas libidinem in sola mente uiuere, cũ in carne sit mortua. Aut ante hoiem suũ. i. ante senectã. Inde nascũtur Moabitæ.) Nempe ex incestu. Locus est Deutero nomij. cap̃.23. ubi deus uetat ne Israelitæ fœdus, aut pacem ineant unq; cũ Moabitis & Ammonitis, neue sinant illos uenire in ecclesiã, quod illis ex Aegypto ueniẽtib⁹, nõ occurrerint cũ pane & aqua: quodq; Balaam, aduersus illos cõduxerint, ut malediceret populo. Panis Collyrida.) Locus est tertio Regũ libro, capite uigesimo nono. Nõnulli codices habebãt, Collyre. Est autem Collyra genus panis, siue crusti, a quo diminutiuũ Collyris. Vnde Collyridas in Leuitico legimus, quæ frixa est farina, aut alio quouis humore cohærens. Cõditum ei merum.) Mulsum significat, quod olim erat in delitijs, uel potius quod græci uocãt, οἶνον ἀρωματίτην uulgo Hippocraticum appellãt. Cõtusione mutatas.) Cõfundunt em̃ contusas carnes ac miscent, ut sorberi quoq; possint, & nõ uideãtur esse carnes. Maran in dulcedinẽ.) Nã מָרָה Mara hebræis sonat amaritudinẽ. Loc⁹ est Exodi decimoqnto. Nec nõ & illos.) Locus est libro Regũ. 4. ca. 6. Diuina respõsa.) Nõ quod interrogãti sint dicta, sed quod simpliciter oracula respõsa dicãtur. Sup sydera inimicus supbus. Nam ita minatur apud Esaiã. ca. 14. In cœlũ cõscendã: su p̃ astra dei exaltabo soliũ meũ. Et ludentib⁹ pedib⁹.) Ita depinxit lasciuũ & fractũ puellarũ incessum: quod alibi quoq; ludere pedib⁹ uocat. Aliæ uero sterilitatem præbẽt.) Videt deesse, sibi. Vt intelligas sterilitatẽ nõ a natura datã, sed pharmacis accersitã, quo citra periculũ cõceptus, fornicẽtur: & hic nõdũ natũ uocat, nõdũ cõceptũ. Nã cõceptus abortio occidit, de quo mox dicet. Volũt uiuere.) Quidã co

D dices habebãt, uideri. Viuere aũt hic uocat, uoluptarie uiuere, sicuti Catullus. Viuam⁹ mea Lesbia. Por ro lepide ac festiue dixit, quod illas tetricas & illepidas appellare soleãt, quæ seuerius uiuãt. Miserã & Manicheam uocãt.) Miserã ob sordes, Manicheã quod Manichei cũ turpissima cõmitterẽt flagitia, tamen nec carnibus, nec ouis uescebantur. Negabant enim ullo mortuo corpore uescendum esse, quod inde substantia diuina recessisset. Nec uinum bibebant, quod dicebant esse fel principis tenebrarum. Vuis tamen uescebantur, ut testatur Augustinus in libro ad Quoduultdeum. Et cõsequẽter.) Id est, congrue & merito. Sic enim aliquoties Hieronymus utitur hoc aduerbio. Purpura tantum in ueste tenuis.) Depingit uirginem delicatam & sibi parum cõstantem, cum quædam castimoniã præ se ferant, quædam lasciuiam indicent. Purpura tenuis, id est, minus ardẽs, cũ pulla uestis magis cõueniat ueræ uirgini. Et laxius, ut crines.) Cũ oporteat uirginẽ comam radere, hæc tantũ laxius alligat: ita tamẽ, ut hac occasione capillos ostentet. Soccus uilior.) Soccus delicatũ erat calciamentũ: uirgines oportebat nudis incedere pedibus. At illæ soccis utebantur, nisi quod paulo uilioribus. Et per humeros hiacynthina lena.) Hic quoq; locus in oibus erat deprauatissimus. Forte legẽdum: Et per humeros lena forte uolitãs. Nam lena palliũ est fœmineũ ac delicatum. Forte uolitans dixit, quod nõ esset astricta sicut cæteris, sed temere uolitaret, neglectum magis ϗ sanctimoniã indicans. Succinctæ manicæ.) Obijcitur apud Maronẽ Troianis ueluti delicatũ, quod tunicæ haberẽt manicas. Hæc uirgo hoc tantum distabat, quod manicas haberet, non pendulas, sed astrictas brachijs. Solutis genibus.) Nam hoc quoq; putabãt ad uirginitatẽ ptinere, cũ sit lasciuum. Animaduerte lector, ita depinxit hãc uirginem, ut quod minus ad rem pertineret, in hoc esset aliqua uirginis imago, uelut in socco uiliore, in laxius alligato capite. In his uero quæ propius ad rem pertinebãt, ut in sermone, in cibo, in incessu, appareret impudicus animus.

Vnde in ecclesias Agapetarũ pestis.) Ἀγαπητὴ græce significat dilectam. Eo uerbo Paulus libẽter utitur. Vnde hac uoce isti abutebãtur ad prætexendum turpe cõmerciũ suum. Vnde meretrices uniuiræ.) Vniuiræ, quas græci uocãt μονογάμους. Vt sub nomine uirginali lucrosius.) Proderat em̃ illis uirginis titulus ad lucrũ, nõ ad sanctimoniã: atq; hæc lectio magis probatur, quod alias simile quiddã scripsit Hieronymus. Et ita quædã habebãt exemplaria. Vide nũ legẽdũ, Lurcosius, hoc est perditius, aut certe licentius pereant. Nam citius quod in plærisq; scriptum erat, mihi nõ probatur, neq; multo magis arridet Lurcosius. Lucrosius, ut dixi, maxime ꝓbo Frater sororẽ.) Mirum est, ut isti qui grammaticẽ, ceu rem triuialem & humilem aspernantur, & sophisticis argutijs freti, nihil nõ posse sese putãt, inuertant omia. Locus hic ita distinguẽdus est, ne repetam, quot modis fuerit cõfusus. Frater sororem uirginẽ deserit, cœlibem spernit uirgo germanũ, Fratrẽ querit extraneũ. Atq; hunc locũ nominatim Seuer⁹ Sulpitius citat. Explosis igitur & exterminatis.) Ausim deierare, & exterminatis, subditicia esse uerba: & aut addita esse, ab audaculo quopiã, aut ꝓ his scripsisse Hieronymũ, & exibilatis. Vtrũq; translatũ est a Theatris, in qbus fabula quæ populo displicuisset, sibilis & strepitu pedũ, ejiciebat. Caueas bastarnarũ.) Bastarnæ aues sũt olim in delitijs habitæ, sicuti ꝓdices. Nomẽ & hodie apd uulg⁹ obtinẽt.

Ordo

A Ordo ſemiuirorũ.) Aut eunuchos intelligit, quorũ miniſterio nobiles matronæ gaudebant: aut mini
ſtros molles ac delitijs effœminatos. Caſtæ uocantur & nonnæ.) Ita nunc quoq; uulgo uocãtur mona
chæ uirgines. Apparet hoc uerbi ab Aegyptijs, in uulgi ſermonem ueniſſe. Solent em̃ aliquoties res, ei⁹
gentis ſortiri uocabula, in qua præcipuæ fuerint, aut unde natæ ſint. Aegyptus autem præter cæteras p
uincias, monachorum gregibus abundabat. Quorum lingua, puto monachos & ſanctos, Nonnos fuiſſe
uocatos: monachas & uirgines Nõnas. Nam meminit Suidas Nonni cuiuſdam Aegyptij, qui Parthenũ
Theologum, uerſibus ſit interpretatus. Et parthenos græce uirginẽ ſonat, quaſi uirgo ſcripſerit in uirgi
nem. Denicq; in hac eadẽ epiſtola aliquanto inferius, cũ de monachorũ agit generibus, Aegyptijs utitur
uocabulis. Et poſt cœnam dubiã.) Retulit uerba Terẽtij ex Phormione, Cœna dubia apponitur. Du
biã uocat opiparam, ubi dubites quid ſumas potiſſimũ. Libidinum pompa.) In pompa circũferũtur,
quæ delectent oculos. Et libidines, ſuam habent pompã, cum oſtendunt cõmoda matrimonij, & animo
ſubijciunt uaria cõiugij delectamenta. Omnes adulterantes.) Ita legis Oſeæ cap. 7. Omnes adulterã
tes, quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Nam ad eum modũ, deſcribit æſtus impiorum. Sed habẽt aliũ
felicem æſtum & pij, cum diuinæ ſcripturæ flagrant amore, In imagine perambulat.) Alluſit ad uerba
pſalmi. 38. Verũtamen in imagine pertranſit homo: Sed & fruſtra conturbatur. In imagine perambulãt,
qui ſecundum ſpiritũ uiuunt, non ſecundum carnem. Iuxta ſpiritum & animum, ad dei imaginem cõdi
ti ſumus, qui ſpiritus eſt & inuiſibilis: iuxta carnem, ad pecudum accedimus ſimilitudinem. Mulieris
iſta lex eſt, non mea.) Quaſi uirgo mulier non ſit, quod dicat Paulus: Diuiſa eſt mulier & uirgo. Eſto
cicada noctiũ.) Cicadæ nõ canũt, niſi ferueſcente ſole: mane ueſperi, & noctu mutæ ſunt: & cum canũt,
ſtridore quodam lugubri ſtrepũt. At pij noctu maxime canunt. Et cicadæ rore paſcũtur, Pij lachrymis.
Poſtcq; de duritia nationũ.) Alluſit ſimul & ad euangelicum illud, Potẽs eſt deus de his lapidib⁹ ſuſci
tare filios Abrahæ, & ad locum prophetæ. Pertranſeunt quippe mũdi huius turbines.) Alluſit ad my
ſticas rotas Eçechielis. Cõſuant tunicas.) Matres cogũtur parare tunicas proli. At Chriſti tunica fuit
inconſutilis, ſimplicitatem ſignificãs uere Chriſtiani hominis, nihil curantis, niſi bonam mentẽ. At quæ
nupſit, hanc perdidit tunicam, diſtracta in uarias curas. Fletu lugentes quod nati ſunt.) Quamcq; fere
conſentiunt exemplaria, quæ quidẽ ipſe uiderim, tamen quoniã omnino nõ cõſiſtit hæc lectio, non du
bitem mutare ad hunc modum: Quos uagitus delectat infantiũ, in ipſo lucis exordio fletu lugentium
quod nati ſunt. Aut, flentium quod nati ſunt. Sic & Plinius, A fletu uitam auſpicamur. Nam prima uox
naſcentis hominis, ploratus eſt. Et ad ſimilitudinem dei unione fœcunda.) Quid dignum imprece
mur ſophiſticis Theologis, qui nihil non deprauarunt? Non ſuccurrentibus exemplaribus, ita legendũ
B arbitror: Nullo extrinſecus, coherente germine, ſed ad conchæ ſimilitudinem, dei unione fœcunda. Si
quidem gemma eſt unio, quam & margaritum uocant. Ea naſcitur in conchis puriſſimis, non aliunde cõ
cepta, quam ex ipſis conchis, quibus coheret. Plinius e rore cœleſti concipi putat, ac miram habere cũ
cœlo cognationem. Lege Plinij caput trigeſimũ quintum libri noni. Porro quod ait: Dei unione: aut in
terpretando dixit per appoſitionem, fœcunda unione, qui deus eſt: aut unione dei, cui coniuncta fuit
infuſione diuinæ naturæ: ſimulq; fit, alluſio ad uocem unionis, quæ gemmam ſignificat. Paulo poſt, me
mor huius ſimilitudinis, lego inquit de ſpinis roſam, de terra aurum, de concha margaritum. Quod
phibuerat.) Quod, nempe habere caligas. Caliga calciamẽti genus eſt: Nam hoc caligarũ genus quo
nunc utimur, ueteres neſciebant. Prohibet Chriſtus, ne calciamentũ haberent apoſtoli. Et tamẽ Petrus
in actibus ab angelo iubetur calciare ſe caligis ſuis. Vnde hæc non ad litteram accipienda ſunt, ſed eate
nus, ut intelligamus omnium rerum corporearum ſollicitudinem abijciendam, ijs qui uelint apoſtolico
fungi munere. Nũquid qui arat tota die arabit?) Locus eſt apud Eſaiam, capite uigeſimo octauo, quẽ
trahit ad matrimonium & uirginitatem: ut intelligas arandi & ſerendi tempus præteriſſe, nũc eſſe tem
pus colligendi fructus. Fructus autem matrimonij uirginitas. Neq; em̃ audiendi ſunt.) Quidam opi
nati ſunt Paulo uxorem fuiſſe, quã in epiſtolis ſororem appellãs, ſaluere iubet, & cõmendat. Nouellæ
oliuarum.) Quidam codices habebant, ſicut nouellatio oliuarum. Vt de typicis taceant.) Innuens il
la aliud ſignificare, cq; ſonent. Atq; ita duplici repellit argumẽto, primum quod typum habeant: deinde
quod una cum Moſaica lege deſierint, ſicuti bellum & alia plæraq;. Diuiſa eſt mulier & uirgo.) Et hic
ſecus citat, cq; nos uulgo legimus, ut indicatũ eſt alibi. Et Ambroſij noſtri.) Noſtrũ addidit, quod Ter
tullianus Afer fuerit, ut & Cyprian⁹: Damaſus, Hiſpanus: Ambroſius, Italus, aut ſi mauis Gallus. The
riſtrum ſiue Theriſtriũ.) Veſtis eſt genus, cuius meminit Iulius pollux. Apparet fuiſſe ueſtem æſtiuã.
Nam θέρος æſtatem ſignificat. Populus meus intra.) Locus eſt apud Eſaiam, cap. 26. Daniel in cœna
culo.) Eſt apud ipſum, capite ſexto. Cœnaculum autem eſt pars domus ſuperior, quam uulgo ſolarium
uocant. Ne inanis gloriæ ardore.) Forte legẽdum eſt pro ardore nidore, ueluti fumo, qui ad tempus
delectet, non expleat animum, ut nidor carnium. Et digito monſtreris.) Alluſit ad Perſianum illud.
At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt. Facies eunuchinas.) Nam eunuchi, cum ueſtem
habeant uirilem, tamen imberbi mento, ſpeciẽ fœminæ præ ſe ferũt. Quod uideris catenatos.) Qui
cinguli loco, catenis ferreis utebantur ad oſtentationem ſanctimoniæ. Contra Apoſtolum.) Qui ſcri
pſerit indecorum eſſe uiro, ſi comam nutriat. Et nudi impatientia frigoris pedes.) Aut legendum:
Nudi patientia frigoris pedes, aut tumidi impatiẽtia frigoris pedes. Talem olim Antonium.) De his
tacito noie ſignificauit in epiſtola ad Ruſticum monachũ. Calamiſtri ueſtigio.) Nam calamiſtro cir
cũuoluti, poſtea ſeruãt illius ueſtigiũ, iã criſpi redditi. Et altilis geranopopa.) Vix loc⁹ hic reſtitui poſ
ſit, citra ſuppetias exẽplariũ. Ex ueſtigijs mẽdoſæ ſcripturæ, puto ſic eſſe legẽdũ: Prãdiũ nidorib⁹ pbat,

altilis

C altilis, uulgo pipiço nominatur, ut intelligas id demũ prandiũ illi lautum esse, quod altilium habeat ni/
dorem. Et ob id pipiçonem uulgo dictum, quod pipi, uox sit auium cortalium, ut testatur & Aristopha
nes. Sed unde geranopopa? Nam quidam codices nõ habent. Forte legendum, γερανοπέπτα, geranope/
pta, a coquendis gruibus, quæ tum in delitijs erant. Thracij regis germanũ.) Germanus plus est, q̃ fra
ter, hoc est simillimus. Sentit autem Diomedem Thraciæ regem, qui hospitũ carne solitus est pascere
equos suos. Hũc Hercules cõfecit, si fabulis credimus. Quæ rubore frontis attrito.) Lego abstrito, aut
certe absterso. Parasitos uincunt mimorũ.) Mimos uocat sordidas & uulgares comœdias, in quibus
inducuntur parasiti abiectissime assentantes. Mi catella.) Imitatur blandimenta mulierculæ. Cum
ante annos plurimos.) Hæc est illa fabula, quam memoriter tenent omnes etiam ij qui ne uerbum
quidem unq̃ legerunt in scriptis Hieronymianis. Vapulauit, inquiunt, Hieronymus, quod Ciceronẽ
legerit. Ac mira quadam religione sic ab omnibus bonis abstinent litteris, ut nec attingant, ne forte im/
prudentes incidant in aliquod uerbum Ciceronis, & cum Hieronymo uapulent: & tũ sibi uidentur apo
stolis proximi, si quam spurcissime loquantur. At diuus Hieronymus cum Ruffino locum hunc obijciẽ
ti respondet, somniũ uocat, etiam si hic somniũ fuisse neget. Nec hoc unq̃ sensit Hieronymus Cicero/
nem non esse legendum: sed in hoc dũtaxat, ut diuina rectius intelligam⁹, & cõmodius tractemus. Alio
qui quid sibi uult, quod scribit ad Oratorem Magnum? At isti, cum uniuersam uitam in nugis sophisti/
cis & inanissimis quæstiuncularũ rixis consenescant, sibi placẽt, quod nihil attigerint bonoꝝ authorum.
Vnde recte statuit Leo decimus, qui cum hæc scriberem Romanã tenebat sedem, ne quis in scholis pu
blicis, quas uniuersitates uocãt, ultra quinq̃ annos sic in rhetoricis, aut poeticis litteris studium omẽ cõ/
sumeret, ut nihil attingeret salutarium litterarum. Verum quod uetuit in poeticis, idem uetuit in philo/
sophicis. Nos quoq̃ pueri quõdam libris aliquot istorũ stolidam superstitionẽ explosimus, qui prætex/
tu religionis politiores litteras, quia nõ didicerint, insectantur. His acceptum ferimus, quod authorum,
ut quisq̃ est lectu dignissimus, ita deprauatissimũ habemus. Horũ opera factum est, & ut in restituendo
Hieronymo, doctis aliquot plus sudoris impensum sit, q̃ ipse insumpserit scribendo. Quin insuper sacri
legi tantũ ac tam sacrum uirum, audẽt uocare poeticum, parumq̃ religiosum, quod non scribat quæstio
nes Scotico stilo. Quasi uero Paulus aut prophetæ, aut omnino quisq̃ ueterum ac uere Christum spirã
tium Theologorũ, ad istum scripserit modum. Ne ipse quidẽ Aristoteles homo gentilis, nec inter phi/
losophos probatæ uitæ, qui tantum auri reliquerit, ut a Plinio inter Crœsos & Crassos referatur: deinde
taliũ argutiarũ pater, unq̃ tam sophistice nugatus est, q̃ nugantur isti, qui se diuinarũ litterarum do/
ctores & interpretes uocant. Non delumbem matronarũ saliuam.) Delumbem uocat mollem & ef/
D fœminatam. Et saliuam gustum & opinionem, quam aliquis primis imbiberit annis. Sumptum est ab in/
fantibus, qui abhorrent a saliua, cui non assueuerint: & eum saporem putant esse suauissimum, quẽ pri
ma nutrix præmanso cibo indidit. Retulit autem Satyrici uerba. Omne quod nascitur.) Id est, quic/
quid est naturale, quicquid non est adulteratum artificio. Et eleganter dixit, adulterium linguæ. In ta
lem incidere quæstionem.) Quæstiones dicuntur etiam cruciatus quibus ueri confessio exprimitur.

Pannos trahit.) Pãnos uocat uestes tritas ac laceras. Cum ad Agapen.) ἀγάπη dilectio est siue cha
ritas. Sic & hodie apud uulgus Italiæ, Galliæ & nostrũ deniq̃, uocãt eleemosynam charitatem. Nec sine
causa uoluit hoc uerbo uti, cum describat, quam non amanter dent, quod uocãt dilectionem. Cœno/
bitæ.) κοινὸς cõmunis, βίος uita siue uictus. Id a Pythagora fluxisse tradunt, cuius est illud: Amicorũ cõ
munia esse omnia. Hanc uitam κοινόβιον appellabant teste Gellio. Anachoritæ.) Ἀναχωρεῖν secedere.

Vt nemo quid postulet, nemo nõ habeat.) Nõnulli codices habebãt: Vt nemo quid postulet, nemo
dehabeat: utrãq̃ lectionem quis nõ uideat esse mendosam? Sic autem legendum censeo, Vt nemo qd
postulet, habeat, id est, ut non sit necesse quicquam petere. Cõpletis opusculis.) Præscriptas operas
uocat opuscula, nisi mauis, opeculis. A pentecoste.) Pascale tempus quinquagesima est, quæ græce di
citur πεντεκόστη, cuius extremus dies est, quo datus fuit spiritus sanctus. A pasca uero usq̃ ad Ascensionẽ
dñi uetabat ieiunium ecclesiastica consuetudo, sicuti testãtur & decreta. Ex hoc loco palam patet, olim
cum ieiunarent Christiani solitos differre cibum, usq̃ ad uesperam. Et monachi, ne uiderẽtur ieiunare,
cibum capiebant in meridie, quod uulgo nunc faciunt in quadragesima ieiunantes. Tales Philo Plato
nici sermonis.) Hic Philo Iudæus fuit, de quo dictum est, illud teste Hieronymo ἢ φίλων πλατωνίζῃ, ἢ
πλάτων φιλωνίζῃ, hoc est, aut philo imitatur platonem, aut plato philonem. Et Iosephus Græcus Liui⁹.)
Scripsit eñ Græce, tametsi Iudæus natus, sed æloquentissime. Tantũ in aliena profecerat lingua. Esse/
nos refert.) Hic deprauarant pro essenos, esse nos debere. Esseni populus est interioris Iudeæ, uergen
tis ad occidentẽ: nouum philosophorũ genus. Cũ fœminis nullum commertiũ, palmulis uictitãt, pecu/
niam spernunt, conuenarũ affluxu, propagatur populus. Nemo tamen admittitur, ullius culpæ, uel leuis
simæ sibi conscius. Hæc ferme Plinius. Nec admodum diuersa tradunt Iosephus & Philo. Phygelo &
Alexandro.) Hi desciuerant a Paulo, sicut alibi monstrauimus. Cum angelo fabulatur.) Venuste
usus est uerbo familiari. Fabulantur enim inter se familiares, cũ liberius colloquuntur. Fac tibi Tomũ
grandem.) τόμους græci uocant uolumina: locus est apud Esaiam. capᵒ. octauo. Sume tibi librum gran/
dem, & scribe in eo stilo hominis, uelociter spolia detrahe, cito prædare. Ac paulopost sequitur: Et ac
cessi ad prophetissam, & concepit & peperit filiũ &c. Cum Maria mater dñi.) Exodi. 15. capᵒ. Maria
prophetissa soror Aaron tympanũ tenẽs, præcinit mulierũ choro, quod hic torquet ad Mariã uirginẽ.
ANTIDOTVS. Videtur in hac Satyrica mordacitate inuehi in uirgines & monachos ac clericos, &
argutius illorum uitam depingere. Verum quãdo neminẽ carpit nominatim, & malos reprehendit nõ
probos

A probos;illis imputãdum eſt,qui ſic uixerunt,nõ Hieronymo, qui illos ſuis depinxit coloribus.

¶ AD HAEC. Videt hic quoq; quædã duriꝰ dicere in matrimoniũ,cui Hieronymꝰ nõ admodũ fauit:imo tãto magis fauit,qđ uoluit eſſe cũ minime inquinatũ libidine,& uirginitati ſimillimũ. Nominatim illud dictũ durius: Tẽpus amplexandi,& tempus abſtinẽdi a complexibus. Significat in euangelij lege,tẽpꝰ eſſe abſtinendi a complexibus. Rurſum illud, Cõſuant tunicas & cætera:quaſi Chriſti tunicam non habeant, quæ nupſerint. Item illud: Et ut ſcias uirginitatem eſſe naturæ,nuptias poſt peccatũ. Significat coitum eſſe naturæ corruptæ,nõ conditæ. Sunt & alia quæ ſi quis inique excutiat,diſſentire uiderẽt a uulgata Theologorũ opinione, qui matrimoniũ faciũt unum e ſeptem ſacramentis. Verũ hæc oĩa ſi quo animo ſcripſit Hieronymus,eo legantur,nihil habent, quod quemcũ offendat.

HIERONYMVS AD EVSTOCHIVM DE CVSTODIA VIRGINITATIS.

AVdi filia & uide,& indina aurem tuam,& obliuiſcere populum tuũ,& domũ patris tui:& concupiſcet rex decorem tuum. In quadrageſimo quarto pſalmo deus ad animã loquitur humanã:ut ſecũdũ exemplũ Abrahæ,exiens de terra ſua,& de cognatione ſua,relinquat Chaldæos,qui quaſi dæmonia interpretãtur:& habitet in regione uiuentium,quã alibi propheta ſuſpirat,dicens:Credo uidere bona dñi,in terra uiuẽtiũ. Verũ nõ ſufficit tibi exire de terra tua,niſi obliuiſcaris populi tui,& domus patris tui:ut carne cõtempta,ſponſi iungaris amplexibus. Ne reſpexeris(inquit)retro:nec ſteteris in omni circa regione:ſed in monte ſaluũ te fac,ne forte comprehendaris. Non expedit apprehenſo aratro, reſpicere poſt tergum:nec de agro reuerti domũ:nec poſt Chriſti tunicã,ad tollẽdum aliud ueſtimentũ tecto deſcendere. Grande miraculũ:Pater filiã cohortatur,ne meminerit patris ſui. Vos de patre diabolo eſtis,& deſyderia patris ueſtri uultis facere:dicitur ad Iudæos. Et alibi: Qui facit peccatũ,de diabolo eſt. Tali primũ parente generati nigri ſumus:& poſt pœnitentiã, necdum culmine uirtutis aſcenſo dicimus. Nigra ſum,ſed ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ. Exiui de domo infantiæ meæ:oblita ſum patris mei,renaſcor in Chriſto. Quid pro hoc mercedis accipio? B Sequitur: Et concupiſcet rex decorem tuum. Hoc ergo illud magnũ eſt ſacramentum. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem ſuam,& adhærebit uxori ſuæ:& erunt ambo, iam non, ut ibi,in una carne,ſed in uno ſpiritu. Nõ eſt ſponſus tuus arrogans,nõ ſuperbus,æthiopiſſam duxit uxorem. Statim ut uolueris ſapientiã audire ueri Solomonis:& ad eum ueneris,confitebitur tibi cuncta quæ nouit:& inducet te rex in cubiculum ſuũ,& mirum in modum colore mutato,ſermo tibi ille conueniet: Quæ eſt iſta,quæ aſcendit dealbata? ¶ Hæc idcirco domina mi Euſtochiũ ſcribo(dominã quippe uocare debeo ſponſam dñi mei):ut ex ipſo principio lectionis agnoſceres,non me nunc laudem uirginitatis eſſe dicturum,quã probaſti optimã,& conſecuta es:nec enumeraturũ moleſtias nuptiarũ, quomodo uterus intumeſcat,infãs uagiat,cruciet pellex,domꝰ cura ſollicitet:& oĩa quæ putant bona, mors extrema præcidat (Habẽt emĩ & maritatæ ordinẽ ſuũ,honorabiles nuptias,& cubile immaculatũ):Sed ut intelligeres tibi exeũti de Sodoma,timendũ eſſe Lot uxoris exemplũ. Nulla eſt emĩ in hoc libello adulatio. Adulator qppe,blãdus inimicus eſt. Nulla erit rhetorici pompa ſermonis:quæ te etiã inter angelos ſtatuat: & beatitudine uirginitatis expoſita, mũdũ ſubijciat pedibus tuis. Nolo tibi uenire ſuperbiam de propoſito,ſed timorem. Onuſta incedis auro,latro tibi uitandus eſt. Stadium eſt hæc uita mortalibus:hic contendimus,ut alibi coronemur. Nemo inter ſerpentes & ſcorpiones ſecurus ingrediẽ. Et inebriatus eſt (inquit dñs) gladius meus in cœlo:& tu pacẽ arbitraris in terra: quæ tribulos generat,& ſpinas,quã ſerpẽs comedit? Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ:ſed aduerſus principatꝰ & poteſtates huius mũdi,& harũ tenebrarũ:aduerſus ſpũalia nequitiæ in cœleſtibꝰ. Magnis inimicorũ circũdamur agminibus,hoſtiũ plena ſunt oĩa. Caro fragilis & cinis futura poſt modicũ,pugnat ſola cũ pluribus. Cũ aũt fuerit diſſoluta,& uenerit princeps mundi huius,& inuenerit in ea nihil:tũc ſecura audies per prophetã: Non timebis a timore nocturno: A ſagitta uolante per diẽ:a negocio perambulãte in tenebris:ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille,& decem milia a dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Quod ſi eorum te multitudo turbauerit: & ad ſingula incitamenta uitiorum

cœperis

C cœperis æstuare:& dixerit tibi cogitatio tua:quid faciemus? respondebit tibi Helisæus:Noli timere quia plures nobiscum sunt,q̄ cum illis:& orabit,& dicet:Dñe aperi oculos puellæ tuæ,ut uideat:& apertis oculis uidebis igneum currum,qui te ad exemplum Heliæ in astra sustollat:& tunc læta cantabis:Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium:Laqueus contritus est:& nos liberati sumus.Quādiu hoc fragili corpore detinemur:q̄diu habemus thesaurū istum in uasis fictilibus:& concupiscit spiritus aduersus carnem:& caro aduersus spiritum,nulla est certa uictoria.Aduersarius noster diabolus,tanq̄ leo rugiens aliquem deuorare quærēs, circūit.Posuisti ait Dauid,tenebras:& facta est nox.In ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes,ut rapiant,& quærant a deo escam sibi.Non quærit diabolus homines infideles:non eos qui foris sunt,& quorum carnes rex Assyrius in olla succendit. De ecclesia Christi rapere festinat. Escæ eius secundum Habacuc electæ sunt. Iob subuertere cupit: & deuorato Iuda: ad cribrandos apostolos expetit potestatem. Non uenit saluator pacem mittere super terrā,sed gladium.Cecidit Lucifer,qui mane oriebatur:& ille qui in paradiso deliciarum nutritus est,meruit audire:Si exaltatus fueris ut aquila:inde detraham te,dicit dñs. Dixerat em̄ in corde suo:Super sydera cœli ponā sedē meā:& ero similis altissimo. Vnde quotidie ad eos qui per scalam, Iacob somniante, descendunt: loquitur deus: Ego dixi dij estis:& filij altissimi omnes.Vos autem sicut homines moriemini:& tanq̄ unus de principibus cadetis. Cecidit em̄ primus diabolus:& cum stet deus in synagoga deorum:in medio autem deos discernat,Apostolus eis qui dij esse desinunt,scribit: Vbi em̄ in uobis sunt dissensiones & æmulationes: nōne homines estis,& secundum hominē ambulatis? Si Apostolus uas electionis & separatus in euangelium Christi:ob carnis aculeos & incentiua uitiorum reprimit corpus suum, & seruituti subijcit,ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur,& tamen uidet aliam legem in mēbris suis repugnantem legi mētis suæ:& captiuum se in legem duci peccati: Si post nuditatem,
D ieiunia,fames,carcerem,flagella,supplicia,in semetipsum reuersus exclamat:Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius:tu te putas securā esse debere? Caue quæso,ne quādo de te dicat deus: Virgo Israel cecidit,& nō est qui suscitet eam.Audenter loquar: Cū omnia possit deus:suscitare uirginē nō potest post ruinā. Valet quidem liberare de pœna,sed nō uult coronare corruptā. Timeamus illā ꝓphetiā,ne in nobis etiā cōpleatur: Virgines bonæ deficiēt. Obserua qd dicat,& uirgines bonæ deficiēt,quia sunt & uirgines malæ. Qui uiderit,inqt,mulierē ad cōcupiscendū eā,iā mœchat⁹ est eā in corde suo. Perit ergo,& mēte uirginitas. Istæ sunt uirgines malæ,uirgines carne, nō spiritu:uirgines stultæ,quæ oleū nō habētes,excludūtur a spōso. Si aūt & illæ quæ uirgines sunt,ob alias tn̄ culpas,uirginitate corporū non saluantur:quid fiet illis,quæ prostituerunt membra Christi,& mutauerunt templum sanctiſpiritus in lupanar? Illico audiēt:Descende,sede in terra uirgo filia Babylonis: sede in terra,nō est soliū filiæ Chaldæorum:non uocaberis ultra mollis,& delicata. Accipe molam,mole farinam,discooperi uelamen tuum,denuda crura,transi flumina,reuelabitur ignominia tua,apparebunt opprobria tua. Et hoc post dei filij thalamos,post oscula fratruelis & sponsi, illa de qua quondam sermo propheticus concinebat:Astitit regina a dextris tuis,in uestitu deaurato,circūdata uarietate: nudabit̄, & posteriora eius ponentur in faciem ipsius:Sedebit ad aquas solitudinis,posito uase,& diuaricabit pedes suos omni transeūti,& usq; ad uerticem polluetur.Rectius fuerat hominis subijsse coniugium,ambulasse per plana,q̄ ad altiora tendentem,in profundum inferni cadere. Ne fiat obsecro ciuitas meretrix,fidelis Sion:ne post trinitatis hospitium,ibi dæmones saltent & sirenæ nidificēt,& hericij.Nō soluat̄ fascia pectoralis,sed statim ut libido titillauerit sensum:aut blandū uoluptatis incendiū,dulci nos calore perfuderit,erumpamus in uocem:Dñs auxiliator meus,nō timebo quid faciat mihi caro. Cum paululum interior homo inter uitia atq; uirtutes cœperit fluctuare,dicito:Quare tristis es anima mea:& quare cōturbas me? Spera in domino, quia cōfitebor illi,salutare uultus mei,& deus me⁹. ¶ Nolo sinas cogitationē crescere. Nihil in te Babyloniū,nihil cōfusionis adolescat. Dū paruus est hostis interfice:nequitia,ne çiçania crescāt,elidat̄ in semine.Audi psalmistā,dicentē:Filia Babylonis misera,beatus qui retribuet tibi retributionē tuā.Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia em̄ impossibile

est in

A est in sensum hominis non irruere innatũ medullarum calorem. Ille laudatur, ille prædicat' beatus: q ut cœperit cogitare sordida, statim interficit cogitat⁹, & allidit ad petrã: petra aũt Christ⁹ est. O quoties ego ipse in eremo constitutus: & in illa uasta solitudine: quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum: putabam me Romanis interesse delitijs. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis, situm æthiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & si quãdo repugnantẽ somnus imminẽs oppressisset: nuda humo, uix ossa hærentia collidebã. De cibis uero & potu taceo: cum etiam languentes aqua frigida utantur: & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehẽnæ metũ, tali me carcere ipse damnauerã, scorpionũ tantũ socius & ferarum: sæpe choris intereram puellarũ. Pallebant ora ieiunijs, & mens desyderijs æstuabat in frigido corpore: & ante hominẽ suum iam carne præmortua, sola libidinũ incẽdia bulliebãt: Itaq; omni auxilio destitutus: ad Iesu iacebam pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam: & repugnantẽ carnem, hebdomadarũ inedia subiugabã. Nõ depudesco infidelitatis meæ: quin potius plango me non esse, quod fuerim. Memini me damantẽ, diẽ crebro iunxisse cũ nocte: nec prius a pectoris cessasse uerberibus, cq; rediret dño increpante tranquillitas. Ipsam quoq; cellulam meam, quasi cogitationum mearum consciam pertimescebam. Et mihimet iratus & rigidus, solus deserta penetrabam. Sicubi concaua uallium, aspera montium, rupium prærupta cernebam: Ibi meæ orationis locus, ibi illud miserrimæ carnis ergastulum: & (ut ipse mihi testis est dñs) post multas lachrymas: post cœlo inhærẽtes oculos: nõnũ cq; uidebar mihi interesse agminibus angelorũ: & lætus gaudensq; cantabam: Post te in odore unguentorũ tuorũ curremus. Si aũt hoc sustinent illi, qui exeso corpore, solis cogitationib⁹ oppugnãtur: quid patit' puella, quæ delitijs fruitur? Nempe illud apostoli: Viuẽs mortua est. Si quid itaq; in me potest esse cõsilij, si experto creditur: hoc primũ moneo, hoc obtestor, ut sponsa Christi uinum fugiat pro uenemo. Hæc aduersus adolescentiã, prima arma sunt dæmonum. Non sic auaricia quatit, inflat superbia, delectat ambitio. Facile alijs carem⁹ uitijs: hic hostis nobis inclusus est. Quocũq; pergim⁹,
B nobiscũ portam⁹ inimicũ. Vinũ & adolescentia, duplex incendiũ uoluptatis. Quid oleũ flãmæ adijcimus? Quid ardenti corpusculo fomẽta igniũ ministramus? Paulus ad Timotheũ: Iã noli (inquit) aquã bibere: sed uino modico utere, propter stomachum tuum: & frequentes tuas infirmitates. Vide quibus causis uini potio concedatur: ut ex hoc stomachi dolor, & frequens me deatur infirmitas. Et ne nobis forsitan de ægrotationibus blandiremur, modicum præcepit esse sumendum: medici potius consilio, cq; apostoli: licet Apostolus sit medicus spiritalis: Et ne Timotheus imbecillitate superatus, euangelij prædicandi nõ posset implere discursus. Alioquin se dixisse meminerat: Vinũ in quo est luxuria: Et bonum est homini uinũ nõ bibere: & carnem nõ manducare. Noe uinum bibit, & inebriatus est. Post diluuiũ, rudi adhuc sæculo: & tunc primum plantata uinea, inebriare uinum forsitan nesciebat. Et ut intelligas scripturæ in omnibus sacramentũ (Margaritũ quippe est sermo dei: & ex omni parte forari potest): post ebrietatem nudatio femorũ subsecuta est, libido iuncta luxuriæ. Prius em̃ uenter extẽditur, & sic cætera mẽbra concitãtur. Manducauit em̃ populus, & bibit, & surrexerũt ludere. Lot amicus dei in monte saluatus: & de tot milib⁹ populi solus iustus inuẽtus, inebriatur a filiabus suis: & licet illæ putarent gen⁹ hominũ defecisse: & hoc facerent liberorũ magis desyderio, cq; libidinis: tamẽ sciebãt uirum iustum, hoc nisi ebrium nõ esse facturum. Deniq; quid fecerit, ignorauit: & cq; cq; uoluntas non sit in crimine, error in culpa est. Inde nascuntur Moabitæ: & Ammonitæ inimici Israel: qui usq; ad quartã & decimã progeniẽ, & usq; in æternum, nõ ingrediũtur in ecclesiam dei. Helias cum Ieçabel fugeret: & sub quercu iaceret lassus: ueniente ad se angelo suscitatur: & dicitur ei: Surge & manduca. Respexit, & ecce ad caput eius panis collyrida, & uas aquæ. Reuera nõ poterat deus cõditũ ei merũ mittere, & electos cibos, & carnes cõtusiõe mutatas. Helisæus filios prophetarum inuitat ad prandium: & herbis agrestibus eos alens, consonũ prandentium audit damorem: Mors in olla, homo dei. Non iratus est cocis (lautioris em̃ mensæ cõsuetudinem non habebat): sed farina desuper iacta, amaritudinem dulcorauit: eadem spiritus uirtute, qua Moyses mutauerat maram in dulcedinem. Necnon & illos qui ad eum comprehendẽdũ uenerant,

C oculis pariter ac mente cæcatos:cum in Samariam neſcios induxiſſet,qualibus eos epulis refici imperauerit,auſculta.Pone eis panem & aquã,manducent & bibant,& remittantur ad dñm ſuũ.Potuit & Danieli de regijs ferculis,opulentior menſa tranſferri:ſed Habacuc ei meſſorum prandium portat,arbitror ruſticanum.Ideoq; & deſyderiorum uir appellatus eſt:quia panem deſyderij non manducauit:& uinum cõcupiſcentiæ nõ bibit.Innumerabilia ſunt de ſcripturis diuina reſponſa,quæ gulam damnent,& ſimplices cibos probẽt. Verũ quia nunc nõ eſt propoſitũ de ieiunijs diſputare:& uniuerſa exequi,ſui & tituli ſit & uoluminis:hæc ſufficiant pauca de plurimis.Alioquin ad exemplum horum,poteris tibi ipſa colligere:quomodo primus de paradiſo homo,uentri magis obediens,cũq; deo,in hanc lachrymarum deiectus eſt uallem.Et ipm dominum Satanas fame tentauerit in deſerto.Et Apoſtolus clamitet:Eſcæ uentri,& uenter eſcis:deus autem hunc & illas deſtruet.Et de luxurioſis:quorum deus uenter eſt.Id enim colit unuſquiſq;,quod diligit.Ex quo ſollicite prouidendum eſt:ut quos ſaturitas de paradiſo expulit,reducat eſuries.Quod ſi uolueris reſpondere:te nobili ſtirpe generatam,ſemper in delitijs, ſemper in plumis,non poſſe a uino & eſculẽtioribus cibis abſtinere,nec his legibus uiuere.Diſtrictius reſpondebo.Viue ergo lege tua,quæ dei non potes.Non quod deus uniuerſitatis creator & dñs,inteſtinorum noſtrorum rugitu & inanitate uentris,pulmoniſq; delectetur ardore, ſed qd aliter pudicitia tuta eſſe non poſſit.Iob deo charus,& teſtimonio ipſius immaculatus & ſimplex: audi quid de diabolo ſuſpicetur:Virtus eius in lumbis,& poteſtas eius in umbilico. Honeſte uiri mulieriſq; genitalia,immutatis ſunt appellata nominibꝰ.Vnde & de lumbis Dauid ſuper ſedẽ eius promittitur eſſe ſeſſurus.Et ſeptuaginta quinq; animæ introierũt in Aegyptum, quæ exierunt de femore Iacob.At poſtq; colluctante dño, latitudo femoris eius emarcuit:a liberorum opere ceſſauit.Et qui paſca facturus eſt,accinctis mortificatiſq; lumbis,facere præcipitur.Et ad Iob dicit deus:Accinge ſicut uir lumbos tuos.Et Iohannes çona pellicea cingitur.Apoſtoli iubentur accinctis lumbis,euangelij tenere lucernas.Ad Hieruſalem uero,quæ reD ſperſa ſanguine,in campo inuenitur erroris,in Eçechiele dicit:Nõ eſt præciſus umbilicus tuus. Omnes igitur aduerſus uiros,diaboli uirtus,in lumbis eſt:Omnis in umbilico contra fœminas fortitudo.Vis ſcire ita eſſe ut dicimus?Accipe exempla.Sampſon leone fortior & ſaxo durior: qui & unus & nudus mille ꝓſecutus eſt armatos,in Dalilæ molleſcit amplexibus.Dauid ſecundum cor domini electus:& qui uenturum Chriſtum ſancto ſæpe ore cantauerat:poſtq; deambulans ſuper tectum domus ſuæ,Bethſabeæ captus eſt nuditate:adulterio iunxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende,quod nullus ſit etiam in domo,tutus aſpectus.Quapropter ad dominum pœnitens loquitur:Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci.Rex enim erat,aliũ non timebat.Solomon per quem ſe cecinit ipſa ſapientia:qui diſputauit a cedro libani uſq; ad hiſſopum,quæ exijt per parietem,receſſit a domino:quia amator mulierum fuit.Et ne quis ſibi de ſanguinis propinquitate cõfideret,in illicitum Thamar ſororis Amnon frater exarſit incendiũ. Piget dicere,quot quotidie uirgines ruant:quantas de ſuo gremio mater perdat eccleſia:ſuper quæ ſydera,inimicus ſuperbus ponat thronũ ſuum:Quot petras excauet,& habitet coluber in foraminibus earum. Videas plæraſq; uiduas anteq; nuptas,infelicem cõſcientiam mentita tantum ueſte ꝓtegere.Quas niſi tumor uteri,& infantum prodiderit uagitus,erecta ceruice,& ludentibus pedibus incedunt.Aliæ uero ſterilitatem præbent:& necdum nati hominis homicidium faciunt.Nõnullæ cum ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere,abortij uenena meditantur:& frequenter etiam ipſæ cõmortuæ,trium criminum reæ,ad inferos perducũtur,homicidæ ſui,Chriſti adulteræ,necdum nati filij parricidæ.Iſtæ ſunt quæ ſolent dicere.Oĩa mũda mundis.Sufficit mihi conſcientia mea.Cor mundum deſyderat deus.Cur me abſtineam a cibis:quos creauit deus ad utendum?Et ſi quando feſtiue & lepide uolunt uiuere:ubi ſe mero ingurgitauerint,ebrietati ſacrilegium copulantes,aiunt:Abſit,ut ego me a Chriſti ſanguine abſtineam.Et quam uiderint pallentem atq; triſtem,miſeram & Manichæam uocant.Et conſequenter:Tali enim propoſito ieiunium hæreſis eſt.Hæ ſunt,quæ per publicum notabiliter incedunt,& furtiuis oculorum nutibus:adoleſcentium greges poſt ſe trahunt,quæ ſemper audiunt per ꝓphetam:Facies meretricis facta eſt tibi,impudorata es tu.Purpura tãtum in ueſte tenuis:& laxius,

ut crines

A ut crines decidant,ligatum caput,ſoccus uilior,& per humeros hiacynthina lena forte uolitans: Succinctæ manicæ brachijs adhærentes,& ſolutis genubus fractus inceſſus:Hæc eſt apud illas tota uirginitas.Habeant iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos:ut ſub uirginali nomine,lucroſius pereant.Libenter talibus non placemus.Pudet dicere(prohnefas).Triſte,ſed uerum eſt:Vnde in eccleſias agapetarum peſtis introijt?Vnde ſine nuptijs aliud nomen uxorum?Imo unde nouum concubinarum genus?Plus inferam:Vnde meretrices uniuiræ?Eadem domo,uno cubiculo,ſæpe uno tenentur & lectulo:& ſuſpitioſos nos uocant,ſi aliquid exiſtimamus.Frater ſororẽ uirginem deſerit,cœlibem ſpernit uirgo germanum,fratrem quærit extraneum:& cũ in eodẽ propoſito eſſe ſe ſimulent:quærunt alienorum ſpiritale ſolatium:ut domi habeant carnale cõmertiũ.Iſtiuſmodi homines Solomon in Prouerbijs ſpernit,dicens:Alligabit quis in ſinu ignẽ: & ueſtimenta ei⁹non cõburentur?Aut ambulabit ſuper carbones ignis:& pedes illius nõ arde bunt?Exploſis igitur & exterminatis his quæ nolunt eſſe uirgines,ſed uideri:nunc ad te mihi omnis dirigatur oratio. ¶Quæ quanto prima Romanæ urbis uirgo nobilis eſſe cœpiſti:tanto tibi ampliùs laborãdum eſt:ne & præſentibus bonis careas,& futuris. Et quidem moleſtias nuptiarum,& incerta coniugij,domeſtico exẽplo didiciſti:cum ſoror tua Bleſylla ætate maior, ſed propoſito minor:poſt acceptum maritum,ſeptimo menſe uiduata eſt.O infelix humana conditio & futuri neſcia.Et uirginitatis coronam,& nuptiarũ perdidit uoluptatem.Et quãcũ ſecundum pudicitiæ gradum teneat uiduitas:tamen quas illã per momenta ſuſtinere exiſtimas cruces:ſpectantem quotidie in ſorore,quod ipſa perdiderit:& cum difficilius experta careat uoluptate,minorẽ cõtinentiæ habere mercedem?Sit tamen & illa ſecura,ſit gaudens. Centeſimus & ſexageſim⁹ fructus de uno ſunt ſemine caſtitatis. ¶Nolo habeas conſortiũ matronarũ:Nolo ad nobiliũ domos accedas:Nolo te frequẽter uidere,quod contẽnens,uirgo eſſe uoluiſti. Sic ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudicibus uiris,& in aliqua poſitis dignitate.Si ad imperatoris uxorem concurrit ambitio ſalutantium:cur tu facis iniuriam uiro tuo?Ad hominis conB iugem,dei ſponſa properas?Diſce in hac parte ſuperbiam ſanctam:ſcito te illis eſſe meliorem. Neq; uero earum tantum te cupio declinare congreſſus:quæ maritorum inflantur honoribus: quas eunuchorum greges ſepiũt:& in quarum ueſtibus attenuata in filũ auri metalla texũtur: ſed etiam eas fuge:quas uiduas neceſſitas fecit,non uoluntas:Non quod mortem optauerint maritorum:ſed quod datam occaſionem pudicitiæ,non libenter acceperint. Nunc uero tãtum ueſte mutata priſtina,non mutatur ambitio.Præcedit caueas baſternarum,ordo ſemiuirorũ: & rubentibus buccis,cutis farta diſtenditur: ut eas putes maritos non amiſiſſe,ſed quærere.Plena adulatoribus domus,plena conuiuis.Clerici ipſi quos & magiſterio eſſe oportuerat pariter & timori,oſculantur capita matronarum:& extenta manu,ut benedicere eos putes uelle, ſi neſcias,precia accipiunt ſalutandi. Illæ interim,quæ ſacerdotes ſuo uiderint indigere præſidio:erigũtur in ſuperbiam:Et quia maritorum expertæ dominatum,uiduitatis præferunt libertatem: caſtæ uocantur & Nonnæ:& poſt cœnam dubiam,apoſtolos ſomniant.Sint tibi ſociæ,quas ieiunia tenuant,qbus pallor in facie eſt,quas & ætas probauit & uita:quæ quotidie in cordibus ſuis canunt:Vbi paſcis?ubi cubas in meridie?Quæ ex affectu dicunt:Cupio diſſolui,& eſſe cũ Chriſto. ¶Eſto ſubiecta parentibus:imitare ſponſum tuum. Rarus ſit egreſſus in publicum.Martyres tibi quærantur in cubiculo tuo.Nunc̃ cauſa deerit procedendi:ſi ſemper quando neceſſe eſt,proceſſura ſis.Sit tibi moderatus cibus:& nunc̃ uenter expletus.Plures quippe ſunt:quæ cũ uino ſint ſobriæ:ciborum largitate ſunt ebriæ.Ad orationem tibi nocte ſurgenti, non indigeſtio ructum faciat,ſed inanitas. Crebrius lege,diſce c̃ plurima. Tenenti codicẽ ſomnus obrepat,& cadentem faciem,pagina ſancta ſuſcipiat.Sint tibi quotidiana ieiunia,& refectio ſatietatem fugiens. Nihil prodeſt biduo triduoq; tranſmiſſo,uacuum portare uentrem:ſi pariter obruatur:ſi compẽſetur ſaturitate ieiunium.Illico mens repleta torpeſcit,& irrigata humus,ſpinas libidinum germinat.Si quando ſenſeris exteriorem hominem florem adoleſcẽtiæ ſuſpirare:& accepto cibo,cum te in lectulo cõpoſitam, dulcis libidinum pompa cõcuſſerit:arripe ſcutum fidei:in quo ignitæ diaboli extinguuntur ſagittæ. Omnes adulterantes,quaſi diabanus corda eorum.At tu Chriſti comitata ueſtigijs:& ſermonibus eius intenta,dic:Nonne cor

C noſtrũ ardens erat in uia,cũ aperiret nobis Ieſus ſcripturas? Et illud:Ignitũ æloquiũ tuum,& ſeruus tuus dilexit illud.Difficile eſt humanã animã aliquid nõ amare:& neceſſe eſt,ut in quoſ cũq; mens noſtra trahatur affectus.Carnis amor,ſpiritꝰ amore ſuperat.Deſyderiũ deſyderio reſtinguitur.Quicqd inde minuit,hinc creſcit.Quin potius ſemp ingemina,& dicito ſup lectũ tuũ: In noctibus quæſiui quẽ dilexit anima mea.Mortificate ergo,inquit Apoſtolus,mẽbra ue ſtra quæ ſunt ſuper terrã. Vnde & ipſe poſtea cõfidenter aiebat: Viuo autem,iam nõ ego,uiuit uero in me Chriſtus.Qui mortificat mẽbra ſua,& in imagine perambulat:nõ timet dicere: Fa/ ctus ſum,ſicut uter in pruina.Quicquid in me fuerit humoris,excoctũ eſt,& infirmata ſunt in ieiunio genua mea:& oblitus ſum manducare panem meũ. A uoce gemitus mei adhæſerũt oſ/ ſa mea carni meæ.Eſto cicada noctiũ.Laua per ſingulas noctes lectum tuũ,lachrymis tuis,ſtra tum tuũ riga. Vigila & fito ſicut paſſer in ſolitudine:Pſalle ſpiritu,pſalle & ſenſu: Benedic ania mea dñm,& ne obliuiſcaris omnes retributiones eius:qui ꝓpitiatur cunctis iniquitatibus tuis: Qui ſanat oẽs infirmitates tuas,& redimit ex corruptiõe uitã tuã. Et qs noſtrũ ex corde dicere poteſt:Quia cinerẽ tãq; panẽ mãducabã,& potionẽ meã cũ fletu miſcebã? An nõ flendũ eſt,nõ gemendũ,cum me rurſus ſerpens inuitat ad illicitos cibos? Cũ de paradiſo uirginitatis eiectũ, tunicis uult ueſtire pelliceis:quas Helias ad paradiſum rediens,proiecit in terram? Quid mihi & uoluptati,quæ breui perit? Quid cũ hoc dulci & mortifero carmine ſirenaꝝ? Nolo illi ſubiacere ſentẽtiæ:qua in hoiem eſt illata dãnatio:In doloribus,& in anxietatibꝰ paries.Mulieris lex iſta eſt,nõ mea.Et ad uirum cõuerſio tua.Sit cõuerſio illius ad maritũ,quæ uirum non habet Chri/ ſtum:Et ad extremũ,morte morieris.Finis iſte coniugij:meũ propoſitum ſine ſexu eſt.Habeãt nuptæ ſuũ tẽpus,& titulũ.Mihi uirginitas in Maria dedicatur & Chriſto. Dicat aliquis:Et audes nuptijs detrahere,quæ a deo benedictæ ſunt? Non eſt detrahere nuptijs,cũ illis uirgini/ tas antefertur.Nemo malũ bono cõparat.Glorient & nuptæ,cũ a uirginibus ſint ſecundæ:Cre ſcite(ait)& multiplicamini,& replete terrã.Creſcat & multiplicet ille,qui impleturus eſt terram. Tuũ agmen in cœlis eſt. Creſcite & multiplicamini:hoc expletur ædictũ poſt paradiſum & nu

D ditatem,& ficus folia,auſpicantia pruriginem nuptiarum.Nubat & nubatur ille,qui in ſudore faciei comedit panem ſuum:cuius terra tribulos & ſpinas generat,& cuius herba ſentibus ſuffo catur.Meũ ſemen,cẽtenaria fruge fœcundũ eſt.Nõ oẽs capiunt uerbũ dei:ſed hi quibus datũ eſt.Alium,eunuchum neceſſitas faciat:me uoluntas. Tẽpus amplexandi,& tẽpus abſtinendi a cõplexibus:tẽpus mittendi lapides,& tẽpus colligendi.Poſtq; de duritia nationũ generati ſũt filij Abrahæ,cœperunt ſancti lapides uolui ſup terrã.Pertranſeunt quippe mundi iſtius turbi/ nes:& in curru dei,rotarũ celeritate uoluuntur.Cõſuant tunicas,qui inconſutã deſurſum tunicã perdiderunt:quos uagitus delectat infantiũ,in ipſo lucis exordio fletu lugẽtiũ quod nati ſunt. Eua in paradiſo uirgo fuit:poſt pelliceas tunicas,initiũ ſumpſit nuptiarũ. Tua regio paradiſus eſt. Serua quod nata es,& dic:Reuertere anima mea in requiẽ tuã.Et ut ſcias uirginitatem eſſe naturæ,nuptias poſt delictũ:uirgo naſcitur caro de nuptijs:in fructu reddens,quod in radice perdiderat.Exiet uirga de radice ieſſe,& flos de radice eius aſcendet. Virga mater eſt dñi,ſim/ plex,pura,ſyncera,nullo extrinſecus germine cohærẽte,& ad ſimilitudinẽ dei unione fœcunda. Virgæ flos Chriſtus eſt,dicẽs:Ego flos campi,& lilium cõuallium.Qui & in alio loco,lapis præ dicatur abſciſſus de monte ſine manibus:ſignificante ꝓpheta,uirginẽ naſciturũ eſſe de uirgine. Manus quippe accipiuntur ꝓ opere nuptiarũ,ut ibi:Siniſtra eius ſub capite meo:& dextera il/ lius amplexabitur me.In huius ſenſus cõgruit uoluntatẽ etiã illud:quod animalia quæ in arca Noe bina inducunt,immunda ſunt.Impar numerus eſt mũdus:Et Moyſes & Ieſus Naue nu dis in ſanctam terram pedibus iubentur incedere:Et diſcipuli ſine calciamentorũ onere,& uin/ culis pellium ad prædicationẽ noui euangelij deſtinantur.Et milites ueſtimentis Ieſu ſorte diui ſis:caligas nõ habebãt quas tollerẽt.Nec emꝫ poterat habere dñs, quod ꝓhibuerat ſeruis.Lau/ do nuptias,laudo cõiugiũ:ſed quia mihi uirgines generãt:lego de ſpinis roſam,de terra aurum, de concha margaritũ.Nũquid qui arat,tota die arabit? Nõne & laboris ſui fruge lætabit? Plus honorãtur nuptiæ,quãdo qd de illis naſcit,plus amatur.Quid inuides mater filiæ? Tuo lacte nutrita eſt,tuis educata uiſceribus,in tuo adoleuit ſinu. Tu illã uirginẽ ſedula pietate ſeruaſti.

Indignaris,

A Indignaris,quod noluit militis esse uxor,sed regis? Grande tibi beneficiũ præstitit.Socrus dei esse cœpisti.De uirginibus(inquit)Apostolus,p̃ceptũ dñi nõ habeo. Cur? Quia & ipse ut esset uirgo,non fuit imperij,sed ꝓpriæ uoluntatis.Neq; em̃ audiendi sunt,qui eum uxorẽ habuisse cõfingunt:cũ de continẽtia disserens & suadens perpetuã castitatẽ,intulerit: Volo aũt oẽs esse sicut meipsum. Et infra.Dico aũt innuptis & uiduis:Bonũ est illis,si sic permaneãt,sicut & ego. Et in alio loco:Nunquid non habemus potestatẽ circũducendi mulieres,sicut & cæteri apostoli? Quare ergo nõ habet dñi de uirginitate p̃ceptũ? Quia maioris est mercedis,qđ nõ cogit̃, & offertur.Quia si fuisset uirginitas imperata:nuptiæ uidebant̃ ablatæ.Et durissimũ erat contra naturã cogere:angelorũq; uitã ab hominibus extorquere:& id quodãmodo dãnare,qđ conditũ est.Alia fuit in ueteri lege felicitas.Beatus q habet semen in Sion,& domesticos in Hierusalẽ.Et,maledicta sterilis,quæ non pariebat:Et,filij tui sicut nouellæ oliuarum,in circũitu mensæ tuæ.Et repromissio diuitiarũ.Et,nõ erit infirmus in tribub9 tuis.Nunc dicit̃:Ne te lignũ arbitreris aridũ.Habes locũ,p filijs & filiabus,in cœlestibus sempiternũ.Nunc bñdicũtur pauperes:& Laçarus diuiti p̃fertur in purpura.Nũc qui infirmus est,fortior est.Vacuus erat orbis:&(ut de typicis taceã)sola erat benedictio liberorũ.Propterea & Abraham iam senex Cethuræ copulatur.Et Iacob mandragoris redimit̃:Et cõdusam uuluam in ecclesiæ figurã,Rachel pulchra conquerit̃.Paulatim uero increscẽte segete,messor immissus est.Virgo Helias,Heliseus uirgo,uirgines multi filij ꝓphetarũ.Hieremiæ dicit̃:Et tu ne accipias uxorem.Sanctificatus in utero,capti uitate propinqua,uxorẽ ꝓhibetur accipere. Alijs uerbis idipsum Apostolus loquit̃:Existimo hoc bonũ esse,ꝓpter instantẽ necessitatẽ,quoniã bonũ est homini sic esse.Quæ est ista necessitas,quæ aufert gaudia nuptiarũ? Tẽpus breuiatũ est: Reliquũ est:ut & qui habent uxores,sint quasi nõ habeãt.In ꝓximo est Nabuchodonosor.Promouit se leo de cubili suo.Quo mihi superbissimo regi seruitura cõiugia? Quo paruulos,quos,ꝓpheta cõplorat,dicens? Adhæsit linguæ lactentis ad faucẽ ipsius in siti.Paruuli postulauerũt panẽ,& q frangeret eis,nõ erat.Inuenieba
B tur ergo(ut diximus)in uiris tantũ hoc cõtinẽtiæ bonũ,& in doloribus iugiter Eua parturiebat. Postq̃ uero uirgo concepit in utero,& peperit nobis puerũ:cuius principatus in humeros eius, deũ,fortẽ,patrẽ futuri sæculi:soluta maledictio est.Mors per Euam:uita per Mariam.Ideo q; & diutius uirginitatis donũ fluxit in fœminas:quia cœpit a fœmina.Statim ut filius dei ingressus est super terrã:nouã sibi familiã instituit:ut qui ab angelis adorabat̃ in cœlo, haberet angelos & in terris.Tũc Holofernis caput,Iudith cõtinens amputauit.Tũc Aman,qui interpretat̃ iniq tas,suo cõbustus est igni.Tũc Iacob9 & Iohãnes relicto patre,rheti,nauicula,secuti sunt saluatorẽ:affectũ sanguinis & uincula sæculi,& curã domus pariter relinquentes.Tũc primũ auditum est:Qui uult uenire post me:abneget semetipsum:& tollat crucẽ suã,& sequat̃ me.Nemo enim miles cũ uxore pergit ad preliũ.Discipulo ad sepulturã patris ire cupienti,nõ permittitur. Vulpes foueas habẽt,& uolucres cœli nidos,ubi requiescant:filius autẽ hoĩs,nõ habet ubi caput suũ reclinet.Ne forsitan cõtristeris,si anguste manseris.Qui sine uxore est,sollicitus est quæ dñi sũt, quomodo placeat dño.Qui aũt cũ uxore est,sollicitus est,quæ sunt mundi:quomodo placeat uxori.Diuisa est mulier,& uirgo.Quæ nõ est nupta,cogitat quæ sunt dñi:ut sit sancta corpore & spiritu.Nam quæ nupta est,cogitat quæ sunt mũdi:quomodo placeat uiro.Quãtas molestias habeãt nuptiæ,& quot sollicitudinibus uinciant̃,in eo libro quẽ aduersus Heluidium de beatæ Mariæ ꝑpetua uirginitate ædidimus:puto breuiter exp̃ssum.Nunc eadẽ replicare perlõgum est:Et si cui placet,de illo potest haurire fonticulo.Verũ ne penitus uidear omisisse: nunc dicã,quod cũ Apostolus sine intermissiõe orare nos iubeat:& q in cõiugio debitũ soluit orare nõ possit:aut oramus semp,& uirgines sumus: aut orare desinimus,ut cõiugio seruiamus.Et si nupserit(inqt)uirgo,nõ peccat: Tribulationẽ tamẽ carnis habebũt huiusmodi.Et in principio libelli præfatus sum,me de angustijs nuptiarũ,aut nihil omnino,aut pauca dicturũ:Et nũc eã dẽ admoneo:ut si tibi placet scire quot molestijs uirgo libera,quot uxor astricta sit:legas Tertullianũ ad amicũ philosophũ:& de uirginitate alios libellos,& beati Cypriani uolumen egregium:& Papæ Damasi sup hac re,uersu,prosaq; cõposita:& Ambrosij nostri quæ nup scripsit ad sororẽ opuscula.In qbus tãto se effudit æloquio:ut quicquid ad laudes uirginũ pertinet exquisierit,expresserit,ordinarit.Nobis diuiso tramite incedendum.Virginitatem nõ tantũ effe-

 rimus:sed

C rimus,ſed ſeruamus.Nec ſufficit ſcire,quod bonũ eſt:niſi cuſtodiatur attẽtius,quod electũ eſt: Quia illud iudiciũ eſt,hoc laboris:& illud cõmune cũ pluribus,hoc cum paucis.Qui ꝓſeueraue/ rit(inquit)uſq; in finẽ,hic ſaluus erit.Et multi uocati,pauci aũt electi.Itaq; obteſtor te corã deo, & Chriſto Ieſu,& electis angelis eius:ne uaſa tẽpli dñi,quæ ſolis ſacerdotibus uidere cõceſſum eſt,facile in publicũ ꝓferas:ne ſacrariũ dei,quiſq; ꝓphanus aſpiciat.Oça arcã quã non licebat tangere attingens,ſubita morte,ꝓſtratus eſt.Neq; em̃ uas aureũ,& argenteũ tã charũ deo fuit, q; tẽplum corporis uirginalis.Præceſſit umbra,nũc ueritas eſt.Tu qdem ſimpliciter loqueris,& ignotos quoſq; blanda nõ deſpicis:ſed aliter uident impudici oculi.Nõ norunt animæ pulchri tudinẽ cõſyderare,ſed corporũ.Eçechias theſaurũ dei,monſtrat Aſſyriis:ſed Aſſyrij non debue runt uidere,qd̃ cuperẽt.Denicq; frequẽtibus bellis Iudæa cõuulſa,uaſa primum dñi capta atq; trãſlata ſunt.Inter epulas & cõcubinarũ greges (quia palma uitiorũ eſt,honeſta polluere),Bal/ thaſar potat in phialis.Ne declines aurẽ tuã in uerba malitiæ. Sæpe em̃ indecẽs aliqd loquẽtes, tẽtant mẽtis arbitriũ,ſi libenter audias uirgo qd̃ dicit̃:ſi ad ridicula quæq; ſoluaris.Quicqd di/ xeris,laudant:quicqd negaueris,negant:facetã uocant & ſanctã,& in qua nullus ſit dolus. Ecce uere ancilla Chriſti,dicẽtes:Ecce tota ſimplicitaſ:Nõ ut illa horrida,turpis,ruſticana,terribilis:& quæ ideo forſitan maritũ nõ habuit:quia inuenire nõ potuit.Naturali ducimur malo.Adula/ toribus noſtris libẽter fauemus,& q̃q̃ nos reſpõdeamus indignos,& calidus rubor ora ꝓfun/ dat:attamẽ ad laudẽ ſuã,intrinſecus anima lætatur.Sponſa Chriſti arca eſt teſtamenti,intrinſe cus & extrinſecus deaurata,cuſtos legis dñi.Sicut in illa nihil aliud fuit,niſi tabulæ teſtamenti: ita & in te nullus ſit extrinſecus cogitatus. Sup hoc ꝓpiciatoriũ quaſi ſup cherubim,ſedere uult dñs.Mittit diſcipulos ſuos,ut in te ſicut in pullo aſinæ ſedeat.Curis te ſæcularibus ſoluat:ut pa/ leas & lateres ægypti derelinquẽs,Moyſen ſequaris in eremo:& terrã repromiſſionis introeas. Nemo ſit qui ꝓhibeat,nõ mater,nõ ſoror,non cognata,nõ germanus:Dñs te neceſſariã habet.

D Quod ſi uoluerint impedire,timeãt flagella Pharaonis:qui populũ dei ad colendũ eũ nolens dimittere,paſſus eſt ea quæ ſcripta ſunt.Ieſus ingreſſus in templũ,ea quæ templi nõ erant,proie cit. Deus em̃ çelotes eſt,& nõ uult patris domũ fieri ſpeluncã latronũ.Alioqui ubi æra numerã/ tur,ubi ſunt caueæ columbarũ,& ſimplicitas enecat̃,ubi in pectore uirginali ſæculariũ negocio/ rum cura æſtuat,ſtatim uelum templi ſcindit̃:ſponſus cõſurgit iratus,& dicit: Relinquet̃ uobis domus ueſtra deſerta.Lege euangeliũ:& uide quomõ Maria ad pedes dñi ſedens,Marthæ ſtu dio præferatur.Et certe ſedulo hoſpitalitatis officio:dño atq; diſcipulis eius,cõuiuium præpara bat.Martha(inquit)Martha ſollicita es,& turbaris erga plurima:pauca autẽ neceſſaria ſunt,ut unũ:Maria bonã partẽ elegit,quæ non auferetur ab ea.Eſto & tu Maria,cibis præferto doctri/ nam.Sorores tuæ curſitent,& quærant quomodo Chriſtũ hoſpitẽ ſuſpiciant. Tu ſemel ſæculi onere proiecto,ſede ad pedes dñi,& dic:Inueni eũ quẽ quærebat anima mea:tenebo eũ,& non dimittã:& ille reſpondeat: Vna eſt columba mea,perfecta mea: una eſt matri ſuæ,electa geni/ trici ſuæ:cœleſti uidelicet Hieruſalẽ. ¶ Semꝑ te cubiculi tui ſecreta cuſtodiãt,ſemꝑ tecũ ſpõſus ludat intrinſecus.Oras,loqueris ad ſpõſum:legis,ille tibi loquit̃:Et cũ te ſomnus oppreſſerit,ue niet poſt parietem,& mittet manũ ſuam per foramen,& tanget uentrẽ tuum. Et expergefacta conſurges,& dices: Vulnerata charitate ego ſum:& rurſus ab eo audies:Hortus concluſus ſo/ ror mea ſponſa:hortus cõcluſus,fons ſignatus.Caue ne domum exeas,& uelis uidere filias re/ gionis alienæ:quãuis fratres habeas patriarchas,& Iſrael parente læteris.Dina egreſſa,corrum pitur.Nolo te ſponſum quærere per plateas.Nolo te circũire angulos ciuitatis:dicas licet:Sur/ gam & circũibo ciuitatem,& in foro,& in plateis quæram quem dilexit anima mea,& interro/ ges:Nũ quẽ dilexit anima mea,uidiſtis?nemo tibi reſpõdere dignabitur.Spõſus in plateis,nõ poteſt inueniri. Arta & anguſta uia eſt,quæ ducit ad uitã.Deniq; ſequitur:Quæſiui eũ,& non inueni:uocaui eum,& non reſpondit mihi.Atq; utinã nõ inueniſſe ſufficiat. Vulneraberis,nuda beris,& gemebũda narrabis:Inuenerunt me cuſtodes,qui circũeunt ciuitatem:percuſſerũt me, & uulnerauerunt me,tulerunt theriſtrũ meũ mihi.Si autẽ hoc exiens patitur illa,quæ dixerat: Ego dormio,& cor meũ uigilat,& faſciculus ſtactes fratruelis meus mihi,in medio uberũ meo rum commorabitur:quid de nobis fiet,quæ adhuc adoleſcentulæ ſumus?quæ ſponſa intran/ te cum ſponſo remanemus extrinſecus?Zelotypus eſt Ieſus,non uult ab alijs uideri faciẽ tuã.

Excuſes

A Excuſes licet atq; cauſeris obducto uelamine,ora contexi,& quæſiui te ibi,& dixi:Annũcia mihi,quẽ dilexit anima mea:ubi paſcis,ubi cubas in meridie:nequando efficiar ſicut operta ſuper greges ſodaliũ tuorum:indignabitur,tumebit,& dicet:Si nõ cognoueris teipſam o pulchra inter mulieres:egredere tu in ueſtigijs gregũ,& paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorũ. Sis licet pulchra & inter oẽs mulieres ſpecies tua diligatur a ſpõſo:niſi te cognoueris,& omni cuſtodia ſeruaueris cor tuũ,niſi oculos iuuenũ fugeris:egredieris de thalamo meo,& paſces hædos, q ſtaturi ſũt a ſiniſtris. Itaq; mi Euſtochiũ filia,dña,cõſerua,germana(aliud em̃ ætatis,aliud meriti,aliud religionis,hoc charitatis eſt nomẽ):audi Eſaiam loquentẽ:Populus meus intra cubiculum tuum. Claude oſtium tuũ,abſcondere puſillum aliquantulũ:donec tranſeat ira dñi. Foris uagentur uirgines ſtultæ:tu intrinſecus eſto cũ ſponſo:quia ſi oſtium clauſeris:& ſecundũ euangelij p̃ceptũ in occulto oraueris patrẽ tuum:ueniet & pulſabit,& dicet:Ecce ego ſto ante ianuã, & pulſo. Si quis mihi aperuerit,introibo & cœnabo cũ eo,& ipſe mecũ:& tu ſtatim ſollicita reſpõdebis: Vox fratruelis mei pulſantis: Aperi mihi ſoror mea, p̃xima mea, p̃fecta mea. Neceſſe eſt,ut dicas: Diſpoliaui me tunica mea:quomodo induã illã? laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Ilico conſurge & aperi,ne te morante pertranſeat:& poſtea conqueraris,& dicas: Aperui ego fratrueli meo,fratruelis meus pertranſiuit. Quid em̃ neceſſe eſt,ut cordis tui oſtia clauſa ſint? Sponſo aperiantur Chriſto:claudantur diabolo,ſecundũ illud: Si ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcenderit ſuper te,ne dimiſeris locum tuum. Daniel in cœnaculo ſuo manebat in ſuperioribus(neq; em̃ manere poterat in humili):feneſtras apertas ad Hieruſalem habuit: Et tu habeto apertas feneſtras,ſed unde lumen introeat,unde uideas ciuitatẽ dñi. Ne aperias illas feneſtras,de quibus dicitur: Intrauit mors per feneſtras ueſtras. Illud quoq; tibi uitandum eſt,ne inanis gloriæ ardore capiaris. Quomodo(inquit Ieſus)poteſtis credere gloriã ab hominib9 accipientes? Vide quale malũ ſit,quod qui habuerit,nõ poteſt credere. Nos uero dicamus: Quo-
B niã gloriatio mea tu es. Et,qui gloriat̃,in dño glorieť. Et,ſi adhuc hoibus placerem,Chriſti ſeruus nõ eſſem. Et,mihi aũt abſit gloriari,niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti:per quẽ mihi mundus crucifix9 eſt,& ego mũdo. Et illud: In te laudabimur tota die,in dño laudabit̃ anima mea. Cũ facis eleemoſynã,deus ſolus uideat. Cũ ieiunas,læta ſit facies tua. Veſtis nec ſatis mũda, nec ſordida,& nulla diuerſitate notabilis:ne ad te obuiã p̃tereuntiũ turba cõſiſtat,& digito mõſtreris. Frater eſt mortu9,ſororis eſt corpuſculũ deducẽdũ:caue ne dũ hæc ſæpius facis,ip̃a moriaris. Nec ſatis religioſa uelis uideri,nec plus humilis q̃ neceſſe eſt,ne gloriã fugiẽdo quæras. Plures em̃ paupertatis miſericordiæ atq; ieiunij arbitros declinãtes,hoc ip̃o cupiunt placere,qd̃ placere contẽnunt:& mirũ in modũ laus dũ uitatur,appetit̃. Cæteris p̃turbationib9,q̃bus hominis mens gaudet,ægreſcit,ſperat,& metuit,plures inuenio extraneos. Hoc uitio pauci admodũ ſunt,q̃ caruerũt:& ille eſt optimus:q̃ quaſi in pulchro corpore,rara neuorũ ſorde reſpergit̃. Neq; uero moneo,ne de diuitijs glorieris,& ne de generis nobilitate te iactes,ne te cæteris p̃feras. Scio humilitatẽ tuã. Scio te ex affectu dicere: Dñe non eſt exaltatũ cor meũ,neq; elati ſunt oculi mei. Noui apud te,& apud matrẽ tuã,ſup̃biam p̃ quã diabolus cecidit,penitus locũ nõ habere. Vnde ad te ſup̃ ea ſcribere ſup̃fluũ ſit. Stultiſſimũ q̃ppe eſt docere,qd̃ nouerit ille,quẽ doceas. Sed ne hoc ip̃m tibi iactantiã generet,qd̃ ſæculi iactantiã contempſiſti:ne cogitatio tacita ſubrepat,ut quia in auratis ueſtibus placere deſiſti,placere coneris in ſordidis:& quãdo in conuentũ fratrũ ueneris uel ſororũ,humilius ſedeas:ſcabello te cauſeris indignã:uocẽ ex induſtria, quaſi cõfectã ieiunijs,tenues:& deficiẽtis mutata greſſum,humeris innitaris alterius. Sunt q̃p pe nõnullæ exterminãtes facies ſuas:ut appareãt hoibus ieiunãtes:quæ ſtatim,ut aliquẽ uiderint,ingemiſcunt,demittũt ſup̃ciliũ:& operta facie,uix unũ oculũ liberãt ad uidẽdũ. Veſtis pulla,cingulũ ſacceũ,& ſordidis manib9 pedibuſq;,uenter ſolus:quia uideri nõ poteſt,æſtuat cibo: His quotidie pſalmus ille canit̃: Dñs diſſipabit oſſa hominũ,ſibi placentiũ. Aliæ uirili habitu, ueſte mutata,erubeſcũt eſſe quod natæ ſunt:crinẽ amputant:& impudenter erigũt facies cunuchinas. Sũt quæ cilicijs ueſtiunt̃,& cucullis fabrefactis:ut ad infantiã redeant,imitant̃ noctuas & bubones. Sed ne tantũ uidear diſputare de fœminis:uiros quoq; fuge,quos uideris catenatos,quibus fœminei cõtra Apoſtolum crines,hircorum barba,nigrum pallium,& nudi patientia frigoris pedes. Hæc omnia argumenta ſunt diaboli. Talem olim Antonium,talem nuper

C Sophroniũ Roma cõgemuit. Qui postq̃ nobiliũ introierũt domos,& deceperũt mulierculas oneratas peccatis,semp discẽtes,& nũq̃ ad scientiã ueritatis ꝓueniẽtes,tristiciã simulant:& qua/si longa ieiunia,furtiuis noctiũ cibis ꝓtrahunt. Pudet dicere reliqua:ne uidear potius inuehi,q̃ monere. Sũt alij(de mei ordinis hoibus loquor)q ideo p̃sbyteriũ & diaconatũ ambiunt:ut mu lieres licẽtius uideant. Ois his cura de uestibus,si bene oleant,si pes,laxa pelle,nõ folleat. Crines calamistri uestigio rotant,digiti de anulis radiãt: & ne plãtas humidior uia spargat,uix impri/munt summa uestigia. Tales cũ uideris,spõsos magis existimato q̃ clericos. Quidã in hoc om/ne studiũ uitam q̃ posuerunt:ut matronarũ noia,domos,mores q̃ cognoscant. Ex qbus unũ q huius artis est princeps,breuiter strictim q̃ describã:quo facilius magistro cognito,discipulos recognoscas. Cũ sole festinus exurgit,salutandi ei ordo disponit,uiarũ cõpendia requirunt,& pene usq̃ ad cubicula dormientiũ,senex importunus ingredit. Si puluillũ uiderit,si mãtile ele/gans,si aliqd domesticæ supellectilis,laudat,mirat,attrectat,& se his indigere cõquerens:nõ tã impetrat,q̃ extorquet: quia singulæ metuunt ueredariũ urbis offẽdere. Huic inimica castitas, inimica ieiunia,prandiũ nidoribus ꝓbat,& altilis γεραιοπτηκος: uulgo pipiço nominat. Os bar barũ & procax,& in conuitia semp armatũ. Quocũq̃ te uerteris,primus in facie est: Quicquid nouũ insonuerit,aut auctor,aut exaggerator est famæ. Equi per horarũ momenta mutant:tã nitidi tanq̃ feroces,ut Thracij regis illum putes esse germanũ. Varijs callidus hostis pugnat insidijs:Sapientior erat coluber omnibus bestijs:quas creauerat dñs sup terram. Vnde & Apo stolus:Nõ,inquit,ignoramus eius astutias. Nec affectatæ sordes,nec exquisitæ munditiæ cõue/niunt Christiano. Si quid ignoras:si qd de scripturis dubitas:interroga eũ,quẽ uita cõmendat: excusat ætas,fama nõ reprobat: qui possit dicere:Desponsaui em̃ uos uni uiro,uirginẽ castã ex hibere Christo. Aut si nõ est qui possit exponere:melius est aliquid nescire secure,q̃ cũ periculo discere. Memento,quia in medio laqueorũ ambulas,& multæ ueteranæ uirgines,castitatis indu bitatæ,in ipso mortis limine coronam perdidere de manibus. Si quæ ancillulæ sunt comi/
D tes ꝓpositi tui:ne erigaris aduersus eas,ne infleris ut dña. Vnũ sponsum habere cœpistis:simul psallitis:Christi simul corpus accipitis:cur mẽsa diuersa sit? Prouocent & aliæ: Honor uirginũ sit inuitatio cæterarũ. Quod si aliquã senseris infirmiorẽ in fide:susципe,cõsolare,blandire,& pu dicitiã illius faclucrũ tuũ. Si qua simulat,fugiens seruitutẽ:huic aperte Apostolũ lege: Melius est nubere q̃ uri. Eas aũt uirgines & uiduas:quæ ociosæ & curiosæ domos circũeunt matrona/rũ:quæ rubore frontis abstrito,parasitos uincunt mimorũ,quasi quasdã pestes abijce. Corrũ/punt mores bonos,cõfabulationes pessimæ. Nulla illis nisi uentris cura est,& quæ uentri sunt ꝓ xima. Istiusmodi hortari solent,& dicere:Mi catella,rebus tuis utere,& uiue dũ uiuis:& nũquid filijs tuis seruas? Vinosæ atq̃ lasciuæ,qduis mali insinuãt,ac ferreas quoq̃ mentes ad delitias emolliũt. Et cũ luxuriatæ fuerint in Christo,nubere uolũt,habẽtes danationẽ,qd' primã fidem irritã fecerunt. Nec tibi diserta multũ uelis uideri,aut lyrici festiuo carminis metro ludere. Nõ delumbẽ matronarũ saliuã delicata secteris:quæ nunc strictis dẽtibus:nunc labijs dissolu/tis,balbutientẽ linguã in dimidiata uerba moderant,rusticũ putãtes omẽ,qd' nascit. Adeo il/lis adulteriũ etiã linguæ placet. Quæ em̃ cõmunicatio luci ad tenebras? Qui consensus Christo cũ Belial? Quid facit cũ psalterio Horatius? cũ euãgelijs Maro? cũ apostolis Cicero? Nõne scã daliçat frater,si te uiderit in idolio recũbentẽ? Et licet oia mũda mũdis,& nihil reijciendũ, qd' cũ gratiarũ actiõe pcipitur:tamẽ simul bibere nõ debemus,calicẽ Christi,& calicẽ dæmoniorũ. Referã tibi meæ infelicitatis historiã. Cũ ante ãnos plurimos domo,parentibus,sorore,cogna/tis,& qd' his difficilius est,cõsuetudine lautioris cibi,ꝓpter cœlorũ me regna castrassem:& Hiero/solymã militatur⁹ pgerẽ,bibliotheca,quã mihi Romæ sũmo studio ac labore cõfecerã,carere nõ poterã. Itaq̃ miser ego lecturus Tulliũ ieiunabã. Post noctiũ crebras uigilias,post lachrymas: quas mihi p̃teritorũ recordatio pctõrũ ex imis uisceribus eruebat,Plautus sumebat in man⁹. Si quando in memet reuersus ꝓphetas legere cœpissem,sermo horrebat incultus. Et qa lumen cæcis oculis nõ uidebã,nõ oculorũ putabã culpã esse,sed solis. Dum ita me antiquus serpens il luderet:in media ferme quadragesima medullis infusa febris,corpus inuasit exhaustum:& sine ulla requie(quod dictu quoq̃ incredibile sit)sic infelicia mẽbra depasta est,ut ossibus uix hære rem. Interim parantur exequiæ: & uitalis animæ calor, toto frigescente iam corpore,in solo

tantum

A tantũ tepẽte pectuſculo palpitabat:cũ ſubito raptus in ſpiritu ad tribunal iudicis ꝓtrahor:ubi tantũ luminis,& tantũ erat ex circũſtantiũ claritate fulgoris:ut ꝓiectus in terrã,ſurſum aſpicere non auderẽ.Interrogatus de conditione:Chriſtianũ me eſſe reſpondi.Et ille qui præſidebat: Mẽtiris ait:Ciceronian⁹ es,nõ Chriſtianus:Vbi eñ theſaur⁹ tuus,ibi & cor tuũ.Ilico obmutui & inter uerbera(nã cædi me iuſſerat)cõſcientiæ magis igne torquebar:illũ mecũ uerſiculũ reputans:In inferno autẽ qs cõfitebitur tibi?Clamare aũt cœpi & eiulans dicere:Miſerere mei dñe, miſerere mei.Hæc uox inter flagella reſonabat.Tandẽ ad ꝑſidentis genua ꝓuoluti q aſtiterãt, precabãtur ut ueniã tribueret adoleſcẽtiæ,& errori,locũ pœnitẽtiæ cõmodaret: exacturus dein de cruciatũ,ſi gentiliũ litterarũ libros aliquãdo legiſſem.Ego q in tanto cõſtrictus articulo:uellem etiã maiora ꝓmittere:deierare cœpi,& nomen eius obteſtans dicere:Dñe ſi unq̃ habuero codices ſæculares:ſi legero,te negaui.In hæc ſacramẽti uerba dimiſſus,reuertor ad ſuperoſ:& mirantibus cũctis,oculos aperio:tanto lachrymarũ imbre perfuſos:ut etiã incredulis fidem facerẽ ex dolore.Nec uero ſopor ille fuerat,aut uana ſomnia,quibus ſæpe deludimur.Teſtis eſt tribunal illud,ante quod iacui:Teſtis iudiciũ triſte,quod timui.Ita mihi nunq̃ cõtingat in talem incidere quæſtionẽ:liuentes habuiſſe ſcapulas,plagas ſenſiſſe poſt ſomnũ,& tanto dehinc ſtudio diuina legiſſe:quãto nõ ante mortalia legeram. Auariciæ tibi quoq; uitandũ eſt malum:nõ ut aliena nõ appetas(hoc eñ & publicæ leges puniũt):ſed quo tua,quæ ſunt aliena non ſerues. Si in alieno(inquit)fideles nõ fuiſtis:quod ueſtrum eſt,quis dabit uobis?Aliena nobis auri argẽtiq; ſunt põdera:noſtra poſſeſſio ſpiritualis eſt:de qua alibi dicit:Redẽptio animæ uiri,pro priæ diuitiæ.Nemo eñ poteſt duobus dominis ſeruire:aut eñ unũ odiet,& alterũ amabit:aut unũ patietur,& alterũ cõtemnet.Nõ poteſtis deo ſeruire,& mãmonæ,id eſt,diuitijs.Nam gentili Syrorũ lingua,mammona diuitiæ nũcupant.Cogitatio uictus,ſpinæ ſunt fidei.Radix auariciæ,cura gentiliũ.At dicis:Puella ſum delicata:& quæ manibus meis laborare non poſſum.Si ad ſenectã uenero:ſi ægrotare cœpero:quis mei miſerebit?Audi apoſtolis loquentẽ Ieſum:Ne cogitetis in corde ueſtro,quid mãducetis:neq; corpori ueſtro,qd induamini.Nõne anima plus eſt q̃ eſca,& corpus plus q̃ ueſtimentũ?Reſpicite uolatilia cœli:qm̃ non ſerunt,neq; metunt, B neq; cõgregant in horrea,& pater ueſter cœleſtis paſcit illa.Si ueſtis defuerit,lilia ꝓponant.Si eſurieris,audias,beatos pauperes & eſurientes.Si aliquis te afflixerit dolor,legito:Propter hoc complaceo mihi in infirmitatibus meis: & datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ,angelus ſatanæ, qui me colaphiçet,ne extollar.Lætare in omnibus iudicijs dei:Exultauerunt enim filiæ Iudæ in oibus iudicijs tuis dñe.Illa tibi ſemp in ore uox reſonet:Nudus exiui de utero matris meæ,nudus redeã.Et,nihil intulimus in hũc mundũ,neq; auferre qd poſſumus.At nũc plæroſq; uideas armaria ſtipare ueſtibus:tunicas mutare quotidie:& tamẽ tineas nõ poſſe ſuperare. Quæ religioſior fuerit,unũ exterit ueſtimẽtũ:& plenis arcis,pãnos trahit.Inficiũtur mẽbranæ cõlore purpureo.Aurũ liqueſcit in litteras,gẽmis codices ueſtiunt,& nudus ante fores eorũ Chriſtus emoritur. Cũ manũ egenti porrexerint,buccinãt. Cũ ad agapẽ uocauerint,præco cõducit.Vidi nuper(nomẽ taceo,ne ſatyrã putes)nobiliſſimã Romanarũ mulierẽ in baſilica beati Petri ſemiuiris antecedẽtibus,ꝓpria manu,quo religioſior putaretur,ſingulos nũmos diſpertire pauperib⁹ Interea(ut uſu noſſe perfacile eſt)anus quædã ãnis paniſq; obſita ꝑcucurrit:ut alterũ nũmũ accipiret:ad quã cũ ordine ꝓueniſſet,pugnus porrigitur,ꝓ denario: & tanti criminis reus ſanguis effũditur.Radix omniũ malorũ eſt auaricia:Ideo q; ab Apoſtolo idolorũ ſeruitus appellatur. Quære primũ regnum dei:& hæc oĩa apponent tibi. Nõ occidet fame animã iuſtã dñs.Iunior fui & ſenui,& nõ uidi iuſtũ derelictũ,neq; ſemen ei⁹ quærẽs panẽ.Helias coruis miniſtrantibus paſcit.Vidua Sareptana ipa cũ filijs nocte moritura,ꝓphetã paſcit eſuriens.Et mirũ in modũ capſace cõpleto,q alẽdus uenerat,alit.Petr⁹ apl̃us inqt:Argẽtũ & aurũ nõ habeo:qd aũt habeo hoc tibi do.In noĩe dñi Ieſu ſurge & ambula. At nũc multi:licet ſermone taceãt,ope loquunt: Fidẽ & miſericordiã nõ habeo:qd aũt habeo,argentũ & aurũ,hoc tibi nõ do.Habẽtes autẽ uictum & ueſtitũ,his contenti ſimus. Audi Iacob,quid ſua oratione poſtulet.Si fuerit dñs me⁹ mecũ,& ſeruauerit me in uia hac per quã ego iter facio:& dederit mihi panẽ ad manducãdũ,& ueſtitum ad ueſtiendum.Tantum neceſſaria deprecatus eſt: & poſt annos uiginti diues dñs,

& ditior

C & ditior pater,ad terram reuertitur Chanaan. Infinita de ſcripturis exempla ſuppeditant:quæ auariciam doceant eſſe fugiendam. Verum quia nunc ex parte de ea dicitur:& ſuo(ſi Chriſtus annuerit)uolumini reſeruatur:quid ante non plures annos Nitriæ geſtum ſit,referemus. Quidam ex fratribus parcior,magis q̄ auarior,& neſciens triginta argenteis dominum uenditum: centum ſolidos quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium(nam in eodem loco circiter quinq; milia,diuiſis cellulis habitabant)quid facto opus eſſet. Alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant:Alij dandos eccleſiæ:nonnulli parentibus remittendos. Macarius uero & Pambo & Iſidorus: & cæteri quos patres uocant: ſancto in eis loquente ſpiritu,decreuerunt infodiendos eſſe cum eodem,dicentes: Pecunia tua tecū ſit in perditionē. Nec hoc crudeliter quiſq̄ putet factum:tantus cunctos per totam ægyptum terror inuaſit:ut unum ſolidum dimiſiſſe,ſit criminis. Et quoniā monachorū fecimus mentionem: & te ſcio libenter audire,quæ ſancta ſunt:aurem pauliſper accōmoda. Tria ſunt in Aegypto genera monachorum. Primū cœnobitæ,quod illi ſauſes gentili lingua uocant:nos in cōmune uiuentes poſſumus appellare. Secundū anachoritæ,qui ſoli habitant per deſerta:& ab eo quod procul ab hominibus receſſerint,nuncupantur. Tertium genus eſt,quod remoboth dicunt:deterrimū atq; neglectū:& quod in noſtra prouincia,aut ſolum,aut primū eſt. Hi bini uel terni, nec multo plures ſimul habitant,ſuo arbitratu ac ditione uiuētes. Et de eo quod laborauerint, in medium partes cōferunt:ut habeant alimenta cōmunia. Habitant autem q̄ plurimi in urbibus,& caſtellis:& quaſi ars ſit ſancta,nō uita:quicquid uendiderint maioris eſt precij. Inter hos ſæpe ſunt iurgia:quia ſuo uiuentes cibo,non patiūtur ſe alicui eſſe ſubiectos. Re uera ſolent certare ieiunijs:& rem ſecreti,uictoriæ faciunt. Apud hos affectata ſunt omnia,laxæ manicæ,caligæ follicantes,ueſtis craſſior,crebra ſuſpiria,uiſitatio uirginū,detractio dericorum: Et ſi quando dies feſtus uenerit,ſaturantur ad uomitū. His igitur quaſi quibuſdam peſtibus exterminatis: ueniamus ad eos q plures ſunt,& in cōmune habitāt,id eſt,quos uocari cœnobitas diximꝰ. Pri
D ma apud eos cōfœderatio eſt,obedire maioribus,& quicquid iuſſerint facere. Diuiſi ſunt per decurias atq; centurias:ita ut nouē hoibus decimus præſit. Et rurſus decē p̄poſitos,ſub ſe cēteſimꝰ habeat. Manent ſeparati,ſed iunctis cellulis: Vſq; ad horam nonam,ut inſtitutum eſt, nemo pergit ad alium:exceptis his decanis,quos diximus:ut ſi cogitatiōibus forte quis fluctuat,illiꝰ conſoletur alloquijs. Poſt horam nonam in cōmune concurritur,pſalmi reſonant,ſcripturæ recitantur ex more. Et completis orationibus:cunctiſq; reſidentibus,medius quē patrem uocant, incipit diſputare. Quo loquente,tantū ſilentium fit,ut nemo alium reſpicere:nemo audeat excreare. Dicentis laus,in fletu eſt audiētium. Tacite uoluuntur per ora lachrymæ:& ne in ſingultus quidē erumpit dolor. Cum uero de regno Chriſti,& de futura beatitudine,& de gloria cœperit annunciare uentura:uideas cunctos moderato ſuſpirio,& oculis ad cœlum leuatis intra ſe dicere: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& uolabo,& requieſcam? Poſt hæc concilium ſoluitur,& unaquæq; decuria cum ſuo parente pergit ad menſam:quibus per ſingulas hebdomadas uiciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt. Nemo comedens loquitur. Viuitur pane:leguminibus & holeribus:quæ ſale ſolo condiuntur. Vinū tantū ſenes accipiūt:q̄bus & paruulis ſæpe fit prandiū:ut aliorū feſſa ſuſtentet ætas,aliorū nō frangat incipiēs. Dehinc conſurgūt pariter,& hymno dicto,ad p̄ſepia redeūt:ibi uſq; ad ueſperā cū ſuis unuſq̄ſq; loquit,& dicit: Vidiſtis illū & illū? Quāta in ipſo ſit gratia? quantū ſilentiū? q̄ moderatus inceſſus? Si infirmū uiderint,cōſolant. Si in dei amore feruentē,cohortant ad ſtudiū. Et q̄ nocte extra orationes publicas in ſuo cubili unuſq̄ſq; uigilat,circūeunt cellulas ſingulorū:& aure appoſita q̄d faciāt diligēter explorāt. Quē tardiorē deprehenderint:nō increpant,ſed diſſimulato quod norunt,eū ſæpius uiſitant:& prius incipiētes,puocant magis orare q̄ cogunt. Opus diei ſtatū eſt, quod decano redditū,fert ad œconomū,q & ipſe per ſingulos menſes patri omniū cū magno tremore reddit rationem. A quo etiam cibi cū facti fuerint præguſtant:& quia non licet dicere cuiq̄:tunicam & ſagum textaq; iuncis ſtrata non habeo:ille ita uniuerſa moderatur:ut nemo quod poſtulet, habeat. Si quis uero cœperit ægrotare: tranſfertur ad exedram latiorem: & tanto ſenum miniſterio confouetur,ut nec delitias urbium, nec matris quærat affectum.

Dñicis

A Dominicis diebus,orationi tantum & lectionibus uacant:quod quidem & omni tempore com
pletis opusculis faciũt.Quotidie aliquid de scripturis discitur.Ieiunium totius anni æquale est,
excepta quadragesima,in qua sola cõceditur districtius uiuere.A pentecoste,cœnæ mutantur
in prandia:quo & traditioni ecclesiasticæ satisfiat:& uentrem cibo non onerent duplicato. Ta
les Philo Platonici sermonis imitator:tales Ioseph⁹,græcus Liuius,in secũda Iudaicæ captiuita
tis historia,Essenos refert. Verum quia nunc de uirginibus scribẽs, pene superfluum de mona
chis disputaui:ad tertium genus ueniam quos anachoritas uocãt:qui & de cœnobijs exeuntes,
excepto pane & sale ad deserta nihil perferunt amplius.Huius uitæ author Paulus:illustrator
Antonius:& ut ad superiora conscendam,princeps Iohannes baptista fuit. Talem uero uirũ
Hieremias quoq; propheta describit,dicens:Bonum est uiro cum portauerit iugum ab adole
scentia sua.Sedebit solitarius & tacebit: quoniam sustulit super se iugum: & dabit percutienti
se maxillam:saturabitur opprobrijs: quia nõ in sempiternum abijciet dñs. Horum laborem &
conuersationem in carne non carnis:alio tempore si uolueris explicabo. Nunc ad propositũ
redeam:quia de auaricia differens ad monachos ueneram.Quorum tibi exempla proponens,
non dico aurum,atq; argentum,& cæteras opes:sed ipsam terram & cœlum despiciens:& Chri
sto copulata cantabis:Pars mea dominus.Post hæc cũq; Apostolus orare nos semper iubeat:
& sanctis etiam ipse sit somnus oratio:tamen diuisas orandi horas debemus habere:ut si forte
aliquo fuerimus opere detenti:ipsum nos ad officium tempus admoneat.Horam tertiam,sex
tam, nonam,diluculum quoq; & uesperam,nemo est qui nesciat. Nec cibi sumantur,nisi ora
tione præmissa:nec recedatur a mensa,nisi referatur creatori gratia. Noctibus bis terq; surgen
dum,reuoluẽda quæ de scripturis memoriter retinemus.Egrediẽtes de hospitio,armet oratio:
regrediẽtib⁹ de platæa, oratio occurrat anteq; sessio:nec prius corpusculũ requiescat,cũq; anima
pascatur.Ad omnem actum: ad omnem incessum, manus pingat crucem. Nulli detrahas,
B nec aduersum filiũ matris tuæ ponas scandalum. Tu quæ es,ut alienum seruum iudices? Suo
dño stat,aut cadit.Stabit autem:Potens est eñ dñs statuere illum.Nec si biduo ieiunaueris,pu
tes te non ieiunantibus esse meliorem. Tu ieiunas,& iracris:Ille comedit,& forte blãditur. Tu
uexationem mentis & uentris esuriem,rixando digeris:ille moderatius alitur,& deo gra
tias agit.Vnde quotidie clamat Esaias:Non tale ieiunium elegi dicit dominus.Et iterum:In die
bus ieiuniorum uestrorum inueniuntur uoluntates uestræ:& omnes qui sub uestra potestate
sunt stimulatis.In iudicijs & litibus ieiunatis:& percutitis pugnis humilem.Vt quid mihi ieiũ
natis? Quale illud potest esse ieiunium:cuius iram non dicam nox occupat,sed luna integram
derelinquit? Teipsam cõsyderans:noli in alterius ruina,sed in tuo opere gloriari.Nec illarũ tibi
exempla proponas,quæ carnis curam faciẽtes,possessionum reditus,& quotidianas domus im
pensas supputant.Neq; enim undecim apostoli, Iudæ proditione sunt fracti:nec Phygelo &
Alexandro facientibus naufragium:cæteri a cursu fidei substiterunt.Nec dicas:illa & illa suis
rebus fruitur:honoratur ab hominibus: fratres ad eam cõueniunt & sorores.Nũquid ideo uir
go esse desiuit? Primum dubium est:an uirgo sit talis.Non enim quomodo uidet homo,uidet
deus.Homo uidet in facie: deus autem uidet in corde. Dehinc etiã si corpore uirgo est:an spiri
tu uirgo sit,nescio. Apostolus autem ita uirginem definiuit: Vt sit sancta corpore & spiritu.
Ad extremum habeat sibi gloriam suam. Vincat Pauli sententiam: delitijs fruatur & uiuat.
Nos meliorum exempla sectemur.Propone tibi beatam Mariam:quæ tantæ extitit puritatis:
ut mater domini esse mereretur.Ad quã cum angelus Gabriel in uiri specie descendisset,di
cens:Aue gratia plena,dominus tecum:consternata & perterrita,respondere non potuit.Nun
cq; eñ a uiro fuerat salutata. Deniq; nunciũ discit & loquitur: & quæ hominẽ formidabat,cũ
angelo fabulatur intrepida.Potes & tu esse mater domini.Accipe tibi tomum magnum,nouũ,
& scribe in eo stilo hominis:uelociter spolia detrahe:& postq; accesseris ad prophetissam: & cõ
ceperis in utero,& pepereris filium,dic:A timore tuo domine concepimus,& doluimus,& pe
perimus spiritum saluationis tuæ:quem fecimus super terram. Tunc & filius tuus tibi respon
debit,& dicet: Ecce mater mea & fratres mei. Et mirum in modum: illum quem in latitudi
ne pectoris tui pauloante descripseras: quem in nouitate cordis,stilo signaueras: postq;

spolia ex

C ſpolia ex hoſtibus receperit: poſtq; denudauerit principatus & poteſtates, & affixerit eas cruci: conceptus adoleſcit, & maior effectus ſponſam te incipit habere de matre. Grandis labor, ſed grande præmium, eſſe quod martyres, eſſe quod apoſtoli, eſſe quod Chriſtus eſt. Quæ quidem uniuerſa tunc proſunt, cum in eccleſia fiunt, cum in una domo paſca celebramus: ſi arcam ingredimur cũ Noe: ſi pereunte Hiericho, Rahab meretrix iuſtificata nos continet. Cæterum uirgines: quales apud diuerſas hæreſes: & quales apud impuriſſimum Manichæum eſſe dicuntur, ſcorta ſunt exiſtimandæ, nõ uirgines. Si em̃ corporis earum author eſt diabolus: quomodo poſſunt honorare plaſmationẽ hoſtis ſui? Sed quia ſciunt uirginale uocabulum glorioſum, ſub ouium pellibus, lupos tegunt: Chriſtum mentitur antichriſtus: & turpitudinẽ uitæ, falſo nominis honore conueſtiunt. Gaude ſoror, gaude filia, gaude mi uirgo: quia quod aliæ ſimulant, tu uere eſſe cœpiſti. ¶ Hæc oĩa quæ digeſſimus, dura uidebuntur ei, quæ non amat Chriſtum. Qui autem omnẽ ſæculi pompam pro purgamento habuerit, & uana duxerit uniuerſa ſub ſole, ut Chriſtum lucrifaciat: qui cõmortuus eſt domino ſuo, & conſurrexit, & crucifixit carnem cum uitiis & concupiſcentiis, libere proclamabit: Quis nos ſeparabit a charitate dei? an tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et iterũ: Certus ſum: quia neq; mors, neq; uita, neq; angel⁹, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; excelſum, neq; profundum, neq; alia creatura, poterit nos ſeparare a charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Dei filius, pro noſtra ſalute hoĩs factus eſt filius. Nouem menſibus in utero ut naſcatur, expectat. Faſtidia ſuſtinet, cruẽtus egreditur, pannis inuoluitur, blandiciis delinitur: & ille pugillo mundũ includens, præſepis continetur anguſtiis. Taceo quod uſq; ad triginta annos ignobilis, parentum paupertate contentus eſt: uerberatur, & tacet: crucifigit̃, & pro crucifigentibus deprecatur. Quid igitur retribuã domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo.

D Precioſa eſt in conſpectu dñi, mors ſanctorũ eius. Hæc eſt ſola digna retributio, cum ſanguis ſanguine cõpenſatur: & redempti cruore Chriſti, pro redemptore libenter occumbimus. Quis ſanctorum ſine certamine coronatus eſt? Abel iuſtus occiditur. Abraham uxorem periclitat̃ amittere. Et ne in immenſum, uolumen extendam, quære, & inuenies ſingulos aduerſa perpeſſos. Solus in delitiis Solomon fuit, & forſitan ideo corruit. Quem em̃ diligit dominus corripit. Caſtigat autem omnem filium quem recipit. Nõne melius eſt breui tẽpore dimicare, ferre uallũ, arma ſumere, laſſeſcere ſub lorica: & poſtea gaudere uictorẽ, cui impatiẽtia uni⁹ horæ ſeruire ppetuo? Nihil amantib⁹ durũ eſt, nullus difficilis cupiẽti labor eſt. Reſpice quanta Iacob ꝓ Rachel pacta uxore ſuſtinuit. Et ſeruiuit (inquit ſcriptura) Iacob pro Rachel annis ſeptem. Et erãt in cõſpectu eius, quaſi dies pauci. Vnde & ipſe poſtea memorat: In die urebar æſtu, & gelu nocte. Amem⁹ & nos Chriſtũ, eiuſq; ſemp quæramus amplexus, & facile uidebit̃ oĩe difficile: breuia putabimus uniuerſa quæ longa ſunt: & iaculo illius uulnerati, per horarum momenta dicemus, Heu me quia peregrinatio mea prolongata eſt a me. Non ſunt enim condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quia tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationem: probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit. Quando tibi graue uidetur eſſe quod ſuſtines: Pauli ſecundam epiſtolam ad Corinthios lege: In laboribus plurimũ, in carceribus abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter. A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci: nocte & die in profundo maris fui. In itineribus ſæpius, periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deſerto, periculis in mari, periculis in falſis fratribus: in laboribus, in miſeriis, in uigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis plurimis, in frigore & nuditate. Quis noſtrum ſaltem minimam portionẽ de catalogo harum ſibi poteſt uindicare uirtutum? Ob quæ ille poſtea cõfidenter aiebat: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Supereſt mihi corona iuſticiæ, quam retribuet mihi in illa die dñs, iuſtus iudex. Si cibus inſulſior fuerit, contriſtamur: & putamus deo nos aliquod præſtare beneficium, cum aquatius uinum bibim⁹. Calix frangitur, menſa ſubuertitur, uerbera reſonãt: & aqua tepidior ſanguine uindicat̃. ¶ Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiũt illud.

Niſi

A Nisi uim feceris,cœlorum regna non capies.Nisi pulsaueris importune,panem non accipies sacramenti. An nō tibi uidetur uiolentia:cū caro cupit esse,quod deus est:& illuc unde angeli corruerunt,angelos iudicatura conscendit? Egredere quæso paulisper de carcere:& præsentis laboris ante oculos tuos,tibi pinge mercedem:quā nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor hois ascendit. Qualis erit illa dies,cum tibi Maria mater dñi,choris occurret comitata uirgineis? cum post rubrum mare,submerso cum suo exercitu Pharaone, tympanū tenens precinet responsuris:Cantemus dño,gloriose em̄ honorificatus est:equum & ascensorem proiecit in mare. Tunc Thecla in tuos læta uolabit amplexus. Tunc & ipse sponsus occurret,& dicet:Surge,ueni proxima mea,sponsa mea,columba mea,quia ecce hyems transiuit,pluuia abijt sibi: Tunc angeli mirabuntur,& dicent:Quæ est ista prospiciens quasi diluculum,speciosa ut luna,electa ut sol? Videbunt te filiæ,& laudabunt reginæ,& concubinæ prædicabunt.Hinc & alius castitatis chorus occurret.Sara cum nuptis ueniet.Filia Phanuelis Anna,cum uiduis.Erunt in diuersis gregibus carnis & spiritus,matres tuæ.Lætabitur illa quod genuit,exultabit ista quod docuit. Tunc uere sup asinā dñs ascēdet,& cœlestē ingredietʼ Hierusalē. Tunc paruuli de quibus in Esaia saluator effatur:Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus,palmas uictoriæ subleuantes,consono ore cantabunt:Osanna in excelsis:Benedictus qui uenit in nomine dñi,osanna in excelsis.Tunc centū quadragintaquatuor milia in conspectu throni & seniorum tenebunt citharas,& cantabunt canticum nouum.Et nemo poterit dicere canticum illud,nisi numerus definitus.Hi sunt qui cū mulieribus se non coinquinauerunt,uirgines em̄ permanserunt.Hi sunt qui sequuntur agnum quocunq; uadit. Quotiēscū q; te uana sæculi delectauerit ambitio:quoties in mundo aliquid uideris gloriosum:ad paradisum mente transgredere:esse incipe quod futura es,& audies a spō so tuo.Pone me sicut umbraculum in corde tuo,sicut signaculum in brachio tuo:& corpore pariter ac mente munita clamabis,& dices:Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem,& flumina non operient eam.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

B Blesilla Paulæ filia,mortuo marito,admonita ualida febri,totā se se conuertit ad Christum:& monacham profiteri cœpit,nō sine magna inuidia & oblatratione cognatorum:quorum cauillationibus hic respondet diuus Hieronymus.

SCHOLIA.

Duitiarum fascijs.) Historiam Laçari reuocati ad uitam,accōmodat ad allegoriam. Vbi uerba.) Quibus ante adhortabantur,ut mundum sequeretur,opes,honorem,uoluptatē, in summa,felicitatem pollicentes,hoc est,inanissimas nugas. Nihil uilius est locustis.) Vbi sunt isti qui stultissimos mouent tumultus,quod scribatur Iohannes locustis animantibus uesci solitus,& e locustis conantur louis,quod aiunt,cerebrū reddere:ne tantus uir cibo parum opiparo uideatur alijs? Hieronymus fatetur,eo cibo nihil fuisse uilius,idq; putat ad illius laudē pertinere. Facies gypseæ.) Olim e gypso statuæ quoq; fiebant,Galli uulgo uocant plastre.Gypseas ergo facies uocat,cerussa oblitas & uelut incrustatas:hoc ipso deformes,quod nihil habeant ruboris, Vnde nōnullæ purpurissum adhibebant. Trementes uirgunculæ.) Ironice dixit,anus iam,ut quibus sint filij,filijq; filiorum,& tamen perinde quasi uirgunculæ sint præ teneritudine trementes,comūtur & poliuntur. Mitellis crispantibus.) Mitellam fecit a mitra,quod est capitis ornamentum:crispantibus, quia thorulis intortæ sint. Artabatur innoxius.) Torquebant caput mitris,nihil cōmeritū,cū alia membra forēt cruciandā. Facies pśimmithio.) Quod latini uocāt cerussam,græci ψιμμύθιον. In suo morienti puluere.) Ad hunc modū habebant exemplaria. Quāq; ipse censeo legendū pure p puluere, a pus,quod pro ueneno nōnūq; accipitur.Hor.Rupuli pus atq; uenenū.Et in præfatiōe quadā in Esaiā Hieronymus ijsdem ferme uerbis utitur de pure & scorpio. Impostor & græcus.) Impostor est,qui arte decipit.Græci olim male audiebant apud Romanos,ut hinc quoq; apparet.Huius prouerbij meminit & alibi. Vafriora.) Id est,salsiora,magisq; mordacia. Pingui aqualiculo.) Videlicet obesos,q mulierem ieiunijs macilentam rideant.

HIERONYMVS AD MARCELLAM DE AEGROTATIONE BLESILLAE.

Abraham tentatur in filio,& fidelior inuenitur.Ioseph in Aegyptū uenditur:ut patrem pascat & fratres.Ezechias uicina morte terretur,& fusus in lachrymas,quindecim annorum spatio protelatur ad uitam.Petrus apostolus dñi passione concutitur,& amariter flens audit,Pasce oues meas.Paulus lupus rapax,& Beniamin adolescentior in extasi cæcatur,ut uideat:& repentino tenebrarum horrore circūdatus, dñm uocat:

m quem

C quem dudum ut hominẽ perſequebatur. Ita & nunc mi Marcella, Bleſillam noſtram uidimus ardore febrium per triginta ferme dies iugiter æſtuaſſe: ut ſciret reſciendas delitias corporis: qđ paulopoſt uermibus exarandũ ſit. Venit & ad hanc dñs Ieſus, tetigitq; manum eius: & ecce ſurgens miniſtrat ei. Redolebat aliquid negligentiæ: & diuitiarũ faſcijs colligata, in ſæculi iacebat ſepulchro. Sed infremuit Ieſus, & cõturbatus in ſpiritu clamauit, dicẽs: Bleſilla ueni foras. Quæ uocata ſurrexit, & egreſſa cum dño ueſcitur. Iudæi minentur & tumeant: quærant occidere ſuſcitatã: ſoli apoſtoli gloriẽtur. Scit ſe uitam ſuam ei debere, qui reddidit. Scit ſe eius amplexari pedes: cuius paulo ante iudicium pertimeſcebat. Corpus pene iacebat exanime, & anhelos artus mors uicina quatiebat. Vbi tunc erant auxilia propinquorũ? ubi uerba omni inaniora fumo? Nihil tibi debet o ingrata cognatio: quæ mundo perijt, & Chriſto reuixit. Qui Chriſtianus eſt, gaudeat: qui iraſcitur, non ſe eſſe indicat Chriſtianũ. Vidua quæ ſoluta eſt uinculo maritali, nihil neceſſe habet, niſi perſeuerare. At ſcandaliçat quempiã ueſtis fuſcior? Scandaliçet Iohãnes: quo inter natos mulierum maior nullus fuit: qui angelus dictus, ipſum quoq; dñm baptiçauit: quia camelorum ueſtitus tegmine, çona pellicea cingebatur. Cibi diſplicent uiliores? nihil uilius eſt locuſtis. Illæ Chriſtianos oculos ſcandaliçent potius: quæ purpuriſſo, & quibuſdã fucis ora oculoſq; depingunt: quarũ facies gypſeæ, & nimio candore deformes, idola mentiuntur. Quibus ſi forte improuiſis lachrymarũ ſtilla eruperit, ſulco defluit: quas nec numerus annorũ poteſt docere, quod uetulæ ſint: quæ capillis alienis uerticem ſtruunt: & præteritam iuuẽtutem in rugis anilibus poliunt: quæ deniq; ante nepotũ gregem, trementes uirgunculæ cõponũtur. Erubeſcat mulier Chriſtiana, ſi naturæ cogit decorem, ſi carnis curam facit ad concupiſcentiam: in qua qui ſunt, ſecundũ Apoſtolum Chriſto placere non poſſunt. Vidua noſtra ante moroſius ornabatur: & die tota quid ſibi deeſſet, querebat ad ſpeculũ. Nunc loquit' cõfidenter: Nos autẽ omnes reuelata facie gloriã dñi ſpeculantes, in eãdem imaginẽ tranſformamur, a gloria in gloriã quaſi dñi ſpiritu. Tunc crines ancillulæ diſponebant: & mitellis criſpantibus uertex artabat' innoxius: nunc neglectum caput ſcit ſibi tantũ ſufficere, quod uelatur. Illo tempore plumarum

D quoq; dura mollicies uidebatur: & in extructis thoris iacere uix poterat: Nũc ad orandũ feſtina conſurgit: & tinnula uoce cæteris alleluia præripiẽs: prior incipit laudare dñm ſuũ. Flectũtur genua ſuper nudã humũ: & crebris lachrymis facies pſimmithio ante ſordidata purgatur. Poſt orationẽ pſalmi concrepant: & laxa ceruix poplites uacillantes, in ſomnũq; uergentes oculi: inimio mentis ardore uix impetrant, ut quieſcat. Pulla tunica, minus cum humi iacuerit, ſordidatur. Soccus uilior, auratorũ precium calceorũ egentibus largitur. Cingulũ nõ auro gemmiſq; diſtinctũ eſt, ſed laneum, & tota ſimplicitate puriſſimũ: & quod poſſit magis aſtringere ueſtimenta, q; cingere. Si huic ꝓpoſito inuidet ſcorpius: & ſermone blando de uetita rurſum arbore comedere perſuadet: illidatur ei pro ſolea anathema: & in ſuo morienti puluere dicatur: Vade retro Satana: quod interpretat' aduerſe. Aduerſarius qppe Chriſti eſt & antichriſtus: cui ꝓcepta diſplicẽt Chriſti. Oro te quid tale unq;, quale Apoſtoli fecimus: ut merito ſcandaliçent'? Patrẽ ſenem cum nauicula & reti dimittunt. Publicanus a telonæo ſurgit, & ſequit' ſaluatorẽ: uolens diſcipulus reuerti domũ, & ſuis ante renunciare, magiſtri uoce prohibetur. Sepultura nõ datur patri: & pietatis genus eſt, impiũ eſſe ꝓ domino. Nos quia ſerica ueſte nõ utimur, monachi iudicamur: quia ebrij nõ ſumus, nec cachinno ora diſſoluimus, continentes uocamur & triſtes. Si tunica non canduerit: ſtatim illud e triuio, impoſtor & græcus eſt. Cauillẽtur uafriora licet: & pingui aqualiculo, fartos circũferant homines: Bleſilla noſtra ridebit: nec dignabitur loquaciũ ranarũ audire conuitia: cũ dñs eius dictus ſit beelçebub.

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶ Leæ quæ uirginũ monaſterio præfuerat mortẽ, cũ cõſulis deſignati qui ſub idẽ fere tẽpus obierat diẽ, morte cõponit: oſtẽdens, quantũ interſit inter exitũ ſanctorũ, & interitũ eorũ quos hic mũdus ut felices adorat.

¶ SCHOLIA.

NOn temere meminit interruptæ interpretationis. Siquidẽ defecerũt hymni Dauid, pertinet ad luctũ de morte Leæ. Et illud: Si narrabo ſic, ecce nationẽ filiorũ tuorũ &c. pertinet ad utrũq;, ad Leam trãſlatã ad immortalitatẽ, & ad gentilẽ diuitem ad inferos præcipitatũ.

¶ Quæ fracto uaſe teſtaceo.) Ita uocat corpuſculũ hoc, Eccleſiaſten ſecutus, qui per ænigma corpus hydriam uocat, Vt conteratur, inquit, hydria ſuper fontẽ, & cõfringatur rota ſuper

A sup cisternã,& reuertat̃ puluis in terrã suã unde erat,& spiritus redeat ad deũ qui dedit illũ .Significat autem diuus Hieronymus,perpaucos esse,qui mortem non horreant. ¶ Designatum cõsulem.) Designati dicebantur,iam quidem creati,sed qui nondum iniissent magistratum:& idcirco addit,de suis sæculis detrahentem,quod interceptus fuisset ,anteq̃ ineundi magistratus dies ueniisset. ¶ Non palmatum cõsulem.) Toga consularis palmas habebat,quemadmodum & triumphãtis.Ea candida cõsueuit esse,præsertim candidatis. ¶ Atratum.) Alluſit ad magistratuum petitores,qui ob candidam uestem, candidati uocabantur. ¶ In lacteo cœli palatio.) Alluſit ad lacteã uiam,qua poetæ fingunt iter esse ad louis arcem,reliquorum deorũ palatijs,hinc atq̃ hinc dispositis. ¶ Vt uxor mentitur.) Nam erat ethnici mariti uxor ethnica. Vnde iuxta gentilium morem in deos relatum fingebat.Meminit huius in epistola ad Paulam de morte Blesillæ. Quidam codices pro mentitur habebant,commentatur:utraq̃ lectio probe habet.Nam commentũ,figmentũ uocamus. Vnde cõmentari. ¶ Nõ duabus tunicis.) Mire totum hunc euangelij locum ad allegoriam trahit. ¶ Duplici uestiamur fide.) Vt partim fidamus Christo,partim mũdo.Hanc epistolam scripsit ab eremo Romam reuersus,cũ Marcellã erudiret in sacris litteris,ut in illius testatur epitaphio.

HIERONYMVS AD MARCELLAM DE EXITV LEAE.

CVm hora ferme tertia hodiernæ diei,septuagesimũ secundũ psalmũ,id est,tertij libri principiũ legere cœpissemus,& docere cogeremur,tituli ipsius partem ad finẽ secundi libri,partem ad principiũ tertij libri pertinere:quod scilicet,defecerũt hymni Dauid,filij Iesse,finis esset prioris: psalmus uero Asaph, principiũ sequentis:& usq̃ ad eũ locũ pueniissemus,in quo iustus loquitur: Dicebã:si narrabo sic,ecce generationẽ filiorũ tuorũ præuaricatus sum,quod in latinis codicibus non ita habemus expressum:repente nobis nunciatũ est sanctissimã Leam exisse de corpore.Ibiq̃ ita te palluisse cõspexi:ut uere aut pauca,aut nulla sit anima:quæ fracto uase testaceo,non tristis erumpat.Et tu quidem,nõ quod futuri incerta esses dolebas: sed qd̃ triste funeri obsequiũ nõ dedisses.Deniq̃ in medijs fabulis,rursum didicimus reliquias eius iam Ostiam fuisse delatas.Quæras,quo pertineat ista replicatio?Respondebo tibi uerbis apostoli,multum per omnẽ modum. Primũ,quod uniuersorũ
B gaudijs ,psequenda sit,quæ calcato diabolo,coronã iam securitatis accepit.Secundo,ut eius uita breuiter explicetur. Tertio,ut designatũ consulem de suis sæculis detrahentẽ,esse doceamus in tartaro.Et quidẽ cõuersationẽ Leæ nostræ,qs possit digno alleuare præconio?Ita eam totã ad dñm fuisse conuersam,ut monasterij princeps,mater uirginũ fieret,post molliciem uestium sacco membra triuisse.Insomnes orationibus duxisse noctes,& comites suas plus exemplo docuisse cq̃ uerbis. Humilitatis fuit tantæ tãq̃ subiectæ,ut quondam dña plurimorũ,ancilla omniũ putaretur:nisi quod eo Christi magis esset ancilla,dum dña hominum non putatur.Inculta uestis,uilis cibus,neglectum caput:ita tamẽ,ut cum omnia faceret,ostentationẽ fugeret singulorum,ne reciperet in præsenti sæculo mercedem suam.Nunc igitur pro breui labore æterna beatitudine fruitur,excipitur angelorũ choris:Abrahæ sinibus cõfouetur,& cum paupere quondam Laçaro,diuitẽ purpuratũ & non palmatũ consulem,sed atratum,stillã digiti minoris cernit inquirere.O quanta rerum mutatio:Ille quẽ ante paucos dies dignitatum omniũ culmina præcedebant:qui quasi de subiectis hostibus triumpharet,capitolinas ascendit arces:quem plausu quodam & tripudio populus Romanus excepit:ad cuius interitum urbs uniuersa commota est:nunc desolatus & nudus,non in lacteo cœli palatio,ut uxor mentitur infelix:sed in sordentibus tenebris continetur.Hæc uero quã unius cubiculi secreta uallabant:quæ pauper uidebat̃ & tenuis,cui⁹ uita putabat̃ amentia,Christũ sequit̃,& dicit:Quæcũq̃ audiuimus:ita & uidim⁹ in ciuitate dei nostri:& reliqua.Quapropter moneo,& flens gemensq̃ cõtestor,ut dũ hui⁹mũdi uiã currimus,nõ duabus tunicis,id est,duplici uestiamur fide.Nõ calciamẽtorũ pellib⁹,mortuis uidelicet operibus prægrauemur: Non diuitiarum nos pera ad terram præmat: Non uirgæ,id est,potentiæ sæcularis quæratur auxilium:non pariter,& Christum uelimus habere & sæculum:sed pro breuibus & caducis,æterna succedant:& cum quotidie(secundũ corpus loquor) præmoriamur in cæteris,non nos perpetuos existimemus,ut possimus esse perpetui.

C

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

PAulæ primogenita filia, ſeptimo poſt nuptias menſe maritum amiſit, deinde perijt & ipſa, nomine Bleſilla, maternæ auiæ uocabulum referens. Huius obitum intemperantius ac ſine fine plorantem Paulam Hieronymus conſolatur: atq; etiam acriter obiurgat, oſtendēs non eſſe Chriſtianorū tantopere deflere bene uita defunctos. In ipſius autem epitaphio Paulæ, uitiū hoc illi tribuit Hieronymus, quod impenſiſſime dilexerit liberos ſuos. Huius epiſtolæ mentionē facit in eo quod modo citauimus epitaphio, teſtans Romæ ſcriptam fuiſſe, nimirum eo tempore cum illuc per Epiphaniū, & Paulinum epiſcopos e Syria retractus, Marcellæ cæteriſq; nobilibus fœminis innotuiſſet.

SCHOLIA.

NItorem linguæ.) Hieronymus in muliercula laudat elegantiam ſermonis, cū hodie ſapiētes iſti, pulchrum ducant ſpurce loqui, & Chriſtianum hominem decere linguæ ſordes.

In Origene quoq; illo.) Illo addidit ob emphaſim. Nam ſi in tam incomparabili uiro miratur Græcia, quod unam Hebræam linguam adiecerat ſuæ, quanto magis mirandum, fœminam eſſe trilinguem? Teſtatur aliis aliquot locis Hieronymus, Origenē Hebraicas didiciſſe litteras, ut diffiſus ſeptuaginta, ueteris teſtamenti ueritatem ex ea perueſtigaret, præſertim in Tomis, in quib⁹ accuratius diſputat. Nā in Homilijs uulgata utitur æditiōe. Cum matre contenderet.) Cōtenderet dixit in bonam partē pro certaret, non quod uere certaret, ſed quod eo profecerit, ut certare poſſet. Tumentes animos.) Animi plurali numero, ferocitatem ſignificāt & faſtum. Arguebat poſuit pro indicabat, ut Vergilius. Degeneres animos timor arguit. Vacillabant ægrotatione.) Nonnulli codices ſcriptum habebant: Vacillabat ægrotatiōe feſſa. Vtraq; lectio probe habet, niſi quod poſterior mihi magis arridet. Pallentem ac trementem.) Vtrūq; conſequi ſolet morbū. Pallor ob uitiatos humores, & exhauſtum ſanguinem: & tremor ob uires extenuatas. Et ſemianimem in lectulum.) Hunc locum in omnibus deprauatum exemplaribus, ita reſtituimus: Et ſemianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum. Mariti orbitas.) Noue dixit Mariti mortem, mariti orbitatem. Proſiti ſe baptiſmo.) Significat illi in animo fuiſſe, monacham fieri, ſed morte præuentam, nondum adiſſe monaſterium. Iraſceris Paula.) Apte ad affectus induxit Proſopopeiam, dum Chriſtum ipſum loquētem facit. Habeat Zenonem.) Zeno ſibi mortem conſciuit, ut quidam putant laqueo, ut alij ineDdia. Teſtis Laertius, in eius uita. Theombrotum.) Legendum eſt Cleombrotum. Is fuit adoleſcens Ambraciotes, qui de tecto ſe præcipitem dedit, ut patet ex græco epigrammate. Εἰ δ' ἐθέλεις τὸν παῖδα κλεόμβροτον ἀμβρακιώτην μιμοῦ, καὶ τέγεων σὸν δέμας ἐκχάλασον. Quod ſi uelis iuuenem Cleombrotum Ambraciotam imitare, & de tectis tuum corpus demitte. Catonē.) Vticenſem, qui gladio in uentrē adacto, ac manu reuulſis uiſceribus perijt, ut refert Plutarchus in eius uita. Ethnicæ comparatione ſuperaris.) Hanc apparet fuiſſe cognatam Paulæ, cuius meminit in epiſtola, cuius initium: Cum hora ferme tertia, ut uxor mentitur infelix. Mos autem erat gentilibus, ut uxores, manes maritorum pro dijs colerent, & in larario haberent, quaſi iam eſſent in deorum numerum relati. Moyſes plāgitur.) De Moyſi planctu, legis Deuteronomij capite ultimo. De Ioſue ſepulto abſq; fletus mentione. Ioſue capite ultimo Conſequenter.) ἀκολουθῶς, id eſt, congruenter & merito, qua uoce ad eūdem modum utitur & alibi. In Leuitico.) Cap̄. uigeſimo primo, legis de huiuſmodi. Et de ſanctis inquit.) Eſt eodem in loco. Sup patre quoq; ſuo & matre, non contaminabitur, nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuariū domini, quia oleum ſanctæ unctionis dei ſui ſuper eum eſt. Quo blandior.) Blandior hoc loco uerbū eſt, non nomen. Quas nunc exiſtimas.) Inducit alteram proſopopeiam, cum filiam loquentem facit defunctā. Nūq̄ in meis moritura eſt.) Vide ut intellexerit diuus Hieronymus, ſua ſcripta ſemper uictura, in quibus immortalem famam pollicetur Bleſillæ. Neq; em̄ eſt ipſa ſibi incognita uirtus. Præſenſit & prædixit Horatius ac Vergilius ingenij ſui monumenta perpetuo uictura. Præſenſit & Ouidius.

HIERONYMVS AD PAVLAM SVPER OBITV BLESILLAE FILIAE.

QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo: non ut Hieremias ait, uulneratos populi mei, nec ut Ieſus miſeriā Hieruſalem: ſed plorabo ſanctitatem, miſericordiam, innocentiam, caſtitatem: plorabo omneis pariter in unius morte defeciſſe uirtutes. Non quod lugenda ſit illa quæ abijt, ſed quod nobis impatientius ſit dolendum, qui talem uidere deſiuimus. Quis enim ſiccis oculis recordetur, uiginti annorum adoleſcentulam tam ardenti fide crucis leuaſſe uexillum, ut magis amiſſam uirginitatem, q̄ mariti doleret interitū? Quis ſine ſingultibus tranſeat orandi inſtantiam, nitorem linguæ

A rem linguæ,memoriæ tenacitatem,acumen ingenij? Si græce loquẽtem audisses:latine eã ne/
scire putares. Si in Romanum sonum lingua se uerterat:nihil omnino peregrini sermo redole/
bat. Iam uero(quod in Origene quoq; illo,Græcia tota miratur)in paucis nõ dicam mẽsibus,
sed diebus:ita Hebrææ linguæ uicerat difficultates,ut in discendis canendisq; psalmis,cum ma
tre contenderet. Humilitas uestium non(ut in plærisq; solet)tumentes animos arguebat,sed
cum interiori se mente deiecerat:inter ancillarum uirginum cultum dominamq; nihil mediũ,
nisi quod in eo facilius dignoscebatur,quod neglectius incedebat. Vacillabant ægrotatiõe gres
sus:& pallentem ac trementem faciem,uix collum tenue sustinebat:& tamen aut prophetã,aut
euangelium semper in manibus tenebat. Lachrymis ora complentur,singultus occupat uocem:
& hærentem linguam,uiscera commota non laxant. Cum sanctum corpusculũ febrium ardor
excoqueret,& semianimæ lectulum uallaret circulus propinquorum:hæc in extrema uerba mã/
dabat:Orate dominum Iesum ut mihi ignoscat:quia implere non potui,quod uolebam. Se/
cura esto mi Blesilla:confidimus,probas uera quæ dicimus: Nũcq; est særa conuersio. Vox hæc
primum dedicata est in latrone:Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiso. Postq; autẽ
sarcina carnis abiecta,ad suum anima reuolauit authorem: & in antiquam possessionem diu
peregrinata cõscendit:ex more parantur exequiæ:& nobilium ordine præeũte,aureum feretro
uelamen obtenditur. Videbatur mihi tũc clamare de cœlo:Nõ agnosco uestes,amictus iste nõ
est meus:hic ornatus alienus est. Sed quid agimus? Matris prohibituri lachrymas,ipsi plangi/
mus. Cõfiteor affectus meos,totus hic liber fletibus scribitur. Fleuit & Iesus Laçarũ,quia ama/
bat illum. Non est optimus consolator:quem proprij uincunt gemitus:cuius uisceribus emolli/
tis,fracta in lachrymis uerba desudant. Testor mi Paula Iesum,quem Blesilla nunc sequitur:te/
stor sanctos angelos,quorum consortio fruitur:eadem me dolorum perpeti tormenta quæ pa
teris:patrẽ esse spiritu,nutritiũ charitate,& interdum dicere:Pereat dies illa,in qua natus sum.
B Et,heu mihi mater: ut quid genuisti me uirũ,qui dicerer discrimen omni terræ. Et illud: Iustus
es dñe,uerũtamen iudicia loquar ad te. Quid est,quod uiæ peccatorũ,psperãtur? Et,mei quoq;
pene moti sunt pedes,pene effusi sunt gressus mei. Quia çelaui in peccatoribus,pacẽ peccator=
uidẽs. Et dixi:Quomodo cognouit deus,& si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abun
dãtes in sæculo,obtinuerũt diuitias. Sed rursus illud occurrit:Si narrauero sic,ecce generationẽ
filiorum tuorum præuaricatus sum. Nunquid & in meam mentem,non hic sæpius fluctus illi/
ditur? Quare senes impij,sæculi diuitijs perfruuntur? quare adolescentia rudis,& sine peccato
pueritia,immaturo flore metitur? Quid causæ est,ut sæpe bimuli trimuliq;,& ubera materna
lactentes a dæmonio corripiantur: repleantur lepra, morbo regio deuorentur? & econtrario,
impij,adulteri, homicidæ, sacrilegi,uegeti atq; securi de sua sanitate,in deum blasphement?
Præsertim cum iniusticia patris non redundet ad filium:& anima quæ peccauerit,ipsa moria/
tur. Aut si manet uetus illa sententia,peccata patrum in filios oportere restitui,iniquum sit lon
gæui patris innumera delicta in innocentem infantiam repensare. Et dixi:Ergo sine causa iusti/
ficaui cor meum,& laui inter innocẽtes manus meas,& factus sum flagellatus tota die. Sed cum
hæc cogitarem,statim didici cum propheta:Et suscepi,ut cognoscerem:hic labor est in conspe/
ctu meo:donec ingrediar sanctuarium dei,& intelligam in nouissima eorum. Iudicia enim do/
mini abyssus multa. Et,o profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,cq; inscrutabilia sunt
iudicia eius, & ininuestigabiles uiæ eius. Bonus est deus,& omnia quæ bonus facit, bona sint
necesse est. Mariti orbitas irrogatur,plango quod accidit. Sed quia sic placet domino,æquo
animo sustinebo. Vnicus raptus est filius,durum quidem,sed tolerabile:quia sustulit ille,qui
dederat. Si cæcus fuero,amici me lectio consolabitur. Si auditũ quoq; surdæ aures negauerint,
uacabo a uitijs:nihil aliud,nisi dominum cogitabo. Imminebit super hæc & dura pauperies,
frigus,languor,& nuditas:extremã expectabo mortẽ,& breue putabo malũ,quod finis melior
subsequatur. Consyderemus quid Ethicus ille psalmus sonet: Iustus es domine,& rectum iu/
dicium tuum. Hoc non potest dicere,nisi ille,qui ad uniuersa quæ patitur,magnificat dominũ:

C & ſuo merito imputans,in aduerſis de eius clæmentia gloriatur.Exultauerunt enim filiæ Iudæ in omnibus iudicijs domini.Si Iuda confeſſio interpretatur:confitens autem omnis anima credentis eſt:neceſſe eſt,ut qui ſe credere dicit in Chriſto,in omnibus Chriſti iudicijs gaudeat. Sanus ſum,gratias refero creatori.Langueo,& in hoc laudo domini uoluntatem.Quando enim infirmor,tunc fortis ſum:& uirtus ſpiritus in carnis infirmitate perficitur.Patitur & Apoſtolus aliquid quod nō uult,pro quo ter dominū deprecatur.Sed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea: quia uirtus in infirmitate perficitur: & ad reuelationum humiliandam ſuperbiam,monitor quidam humanæ imbecillitatis apponitur, in ſimilitudinem triumphantium,quibus in curru retro comes adhærebat per ſingulas acclamationes ciuium,dicens:Hominem te eſſe memento.Cur autem durum ſit,quod quandoq; patiendum eſt?Et cur dolemus quemq; mortuum? Ad hoc enim nati ſumus,ut maneamus æterni?Abraham,Moyſes,Eſaias,Petrus,Iacobus, Iohannes,Paulus electionis uas,& ſuper omnia filius dei, moritur:& nos indignamur aliquem exire de corpore, qui ad hoc forſitan raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius?Placita enim erat deo anima eius. Propter hoc properauit educere eam de media iniquitate,ne longo uitæ itinere,deuijs oberraret anfractibus. ¶ Lugeatur mortuus,ſed ille, quem gehenna ſuſcipit,quem tartarus deuorat,in cuius pœnam æternus ignis æſtuat. Nos quorum exitum angelorum turba comitatur,quibus obuiam Chriſtus occurrit: grauemur magis,ſi diutius in tabernaculo iſto mortis habitemus.Quia q̄diu hic moramur,peregrinamur a domino.Illa illa nos cupido teneat:Heu mihi,quia peregrinatio mea prolongata eſt a me,habitaui cum habitantibus Cedar,multum peregrinata eſt anima mea.Si cedar tenebræ ſunt,& mūdus iſte ſunt tenebræ:quia lux lucet in tenebris,& tenebræ eam nō cōprehenderunt:faueamus Bleſillæ noſtræ:quæ de tenebris migrauit ad lucem,& inter fidei incipientis ardorem, conſummati operis percepit coronam. Reuera ſi ſæculare deſyderium:&(quod deus a ſuis auertat) delitias uitæ huius cogitantem,mors immatura rapuiſſet:plangenda erat,& omni lachryma rum fonte ploranda. Nunc uero cum, propitio Chriſto, ante quatuor ferme menſes, ſecun-
D. do quodāmodo propoſiti ſe baptiſmo lauerit: & ita deinceps uixerit: ut calcato mundo;ſemper monaſterium cogitarit, non uereris,ne tibi ſaluator dicat: Iraſceris Paula: quia tua filia, mea facta eſt filia?Indignaris de iudicio meo,& rebellibus lachrymis facis iniuriam poſſidenti?Scis em̄ quid de te,quid de cæteris tuis cogitem. Cibum tibi denegas, nō ieiuniorū ſtudio,ſed doloris.Non amo frugalitatem iſtam. Ieiunia iſta aduerſarij mei ſunt. Nullam animam recipio:quæ me nolente,ſeparatur a corpore. Tales ſtulta philoſophia habeat martyres,habeat Zenonem, Cleombrotū, uel Catonem.Super nullum requieſcit ſpiritus meus,niſi ſuper humilem & quietum,& trementem ůerba mea.Hoc eſt quod mihi in monaſterio promittebas?Quod habitu a matronis cæteris ſeparato, tibi quaſi religioſior uidebaris? Mens iſta quæ plangit,ſericarum ueſtium eſt. Interciperis & emoreris, & quaſi non in meas manus uentura ſis, crudelem iudicem fugis. Fugerat quondam & Ionas animoſus propheta, ſed in profundo maris meus fuit. Si uiuentem crederes filiam,nunq; plangeres ad meliora migraſſe.Hoc eſt quod per Apoſtolum meum iuſſeram:ne pro dormientibus in ſimilitudinem gentium triſtaremini.Erubeſce, ethnicæ comparatione ſuperaris, Melior diaboli ancilla,q; mea eſt.Illa infidelem maritum tranſlatum fingit in cœlum:tu mecum tuam filiam commorantem,aut non credis,aut non uis.Sed dicis:quomodo lugere me prohibes: cum & Iacob Ioſeph in ſacco fleuerit: congregatiſq; ad ſe omnibus propinquis noluerit conſolari, dicens:Deſcendam ad filium meum lugens,in infernum?Et Dauid Abſalon cooperto capite planxerit,repetens:Filius meus Abſalon,Abſalon filius meus:quis dabit,ut moriar pro te filius meus Abſalon? Moyſi quoq; & Aaron:cæteriſq; ſanctorum ſolennis ſit luctus exhibitus? Perfacilis ad iſta reſponſio eſt. Luxiſſe Iacob filium, quem putabat occiſum: ad quem & ipſe erat ad inferos deſcenſurus, dicens: Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Quia necdum paradiſi ianuam Chriſtus effregerat.Necdum flammeam illā rompheam &

uertiginem

A uertigínem præſidentium cherubim,ſanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham licet in loco refrigerij:tamen apud inferos cum Laçaro fuiſſe ſcribitur.Et Dauid iuſte fleuiſſe filium parricidam:qui alium paruulum,poſtq; ut uiueret impetrare non potuit:quia ſciebat non peccaſſe, non fleuit.De Moyſe uero & Aaron:quod eis ex ueteri more ſit planctus exhibitus,non mirandum eſt,cum & in actibus apoſtolorum iam euangelio coruſcante, Stephano fecerint Hieroſolymæ fratres planctum magnum:Et utiq; planctus magnus,non in plangentium exanimatione,ut tu putas:ſed in pompa funeris,& exequiarum frequentia intelligendus ſit. Deniq; de Iacob ſcriptura ſic loquitur:Et aſcendit Ioſeph ſepelire patrem ſuum:& aſcenderunt cũ eo omnes pueri Pharaonis,& ſeniores domus eius,& ſeniores omnis terræ Aegypti,& omnis domus Ioſeph & fratres eius.Et poſt paululum:Et aſcenderunt cum eo quadrigæ & equites:& facta ſunt caſtra grandia nimis. Ac deinde:Et planxerunt eum planctu magno,& forti nimis. Planctus iſte ſolennis,non longas ægyptijs imperat lachrymas,ſed funeris monſtrat ornatum. Iuxta quem modum Aaron quoq; & Moyſen, fletos eſſe manifeſtum eſt. Nequeo ſatis ſcripturæ laudare myſteria,& diuinum ſenſum,in uerbis licet ſimplicibus admirari,quid ſibi uelit quod Moyſes plangitur,& Ieſus Naue uir ſanctus ſepultus refertur: & tamen fletus eſſe non ſcribitur.Nempe illud quod in Moyſe,id eſt in lege ueteri ſub peccato Adam omnes tenebantur elogio:& ad inferos deſcendentes, conſequenter lachrymæ proſequebantur,ſecũdum Apoſtolũ,qui ait:Et regnauit mors ab Adam uſq; ad Moyſen: etiã ſuper eos qui non peccauerũt. In Ieſu uero,id eſt,in euangelio:per quem paradiſus eſt apertus,mortem gaudia proſequũtur: flenteſq; hodie Iudæi,& nudatis pedibus in cinere uolutati,ſacco incubant.Ac ne quid deſit ſuperſtitioni,ex ritu uaniſſimo phariſæorum,primum cibum lentis accipiunt,uidelicet oſtendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito,quia in reſurrectionem domini non credentes,antichriſti præparantur aduentui. Nos uero qui Chriſtum induimus,& facti

B ſumus(iuxta Apoſtolum)genus regium & ſacerdotale,non debemus ſuper mortuos contriſtari.Et dixit(inquit)Moyſes ad Aaron & Eleaçar & Ithamar filios eius,qui relicti erant:Caput ueſtrum non denudabitis,& ueſtimenta ueſtra non ſcindetis,ne moriamini,& ſuper omnem ſynagogam ueniat ira.Nolite(inquit)ſcindere ueſtimenta ueſtra,& luctum exhibere gentilem, ne moriamini. Mors noſtra peccatũ eſt: Et(quod forſitan crudele alicui uideatur,ſed fidei neceſſarium eſt)in eodem Leuitico ſcribitur: quomodo ſacerdos magnus ad patrem,matrem,fratreſq;,uel liberos mortuos prohibeatur accedere:ne uidelicet anima dei ſacrificijs uacans,& tota in illius myſterijs occupata,aliquo impediatur affectu.Nonne alijs uerbis idipſum in euangelio præcipitur: ut non renunciet domui diſcipulus:ut mortuo patri non exhibeat ſepulturam? Et de ſanctis(inquit)non exiet, & non contaminabitur ſanctificatio dei eius: quia ſanctum oleum unctionis a deo ſuper eum eſt. Certe poſtq; credimus in Chriſtum,& oleo unctionis eius accepto,illum portamus in nobis:non debemus exire de templo,id eſt, de propoſito Chriſtiano:non foras egredi,incredulitati uidelicet gentilium commiſceri:ſed eſſe ſemper intrinſecus,id eſt,uoluntati domini miniſtrare. Hæc idcirco dicimus:ne ignorantia ſcripturarum authoritatem tibi præberet in luctu,& uidereris rationabiliter errare.Et adhuc ſic locutus ſum;quaſi unam de turbis conuenerim Chriſtianam.Nunc uero cum ſciam toti te renunciaſſe mundo: & abiectis calcatiſq; delitijs ſæculi,orationi,ieiunijs,lectioni uacare quotidie: cum ad exemplũ Abraham cupias exire de terra tua,& de cognatione tua:ut & Chaldæis & Meſopotamia derelictis, terrã repromiſſionis introeas: cum omnem ſubſtantiolam, aut pauperibus dilargita ſis,aut filijs ante mortem mundo mortua dederis:miror te ea facere,quæ ſi faceret cæteræ:reprehẽſione dignæ uiderẽtur.Redit tibi in memoriã cõfabulatio eius,blanditiæ, ſermo,cõſortiũ:& quod his careas,pati nõ potes.Ignoſcimus matris lachrymis,ſed modũ quærimus in dolore.Si parẽtẽ cogito,nõ reprehendo qd plangis.Si Chriſtianã & monachã,iſtis nominib⁹ mater excludit.Recẽs uulnus eſt:& tactus iſte quo blãdior,nõ tã curat,q; exaſperat.Attamẽ qdtẽpore mitigandũ eſt,cur ratiõe nõ uincit? Naã & Noemi famẽ fugiẽs in terra Moab,& maritũ pdidit & filios.Et cũ ſuor; auxilio eẽt deſtituta,Ruth alienigena ab ei⁹latere nõ recedit.

C Vide quãti meriti ſit deſertæ præſtitiſſe ſolatiũ. Ex eius ſemine Chriſtus orit̃. Reſpice Iob, quã/
ta ſuſtinuit, & uidebis te nimiũ delicatam: illũ erectis in cœlũ oculis, inter ruinas domus, pœnas
ulceris, innumeras orbitates, & ad extremũ uxoris inſidias, inuictam tenuiſſe patientiam. Scio
quid reſponſura ſis: Hoc illi quaſi iuſto ad ꝓbationẽ eueniſſe. Et tu e duob⁹ elige, quod uelis:
aut ſancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniuſte quereris, minora ſuſtinens, quam mere/
ris. Quid uetera replicem? Præſentia exempla ſectare. Sancta Melania noſtri temporis in/
ter Chriſtianos uera nobilitas: cum qua tibi dominus, mihiq; concedat in die ſua habere par
tem, calente adhuc mariti corpuſculo, & necdum humato, duos ſimul perdidit filios. Rem
ſum dicturus incredibilem, ſed teſte Chriſto, non falſam. Quis illam tunc non putaret mo/
re lymphatico, ſparſis crinibus, ueſte conſciſſa, lacerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta
non fluxit, ſtetit immobilis: & ad pedes aduoluta Chriſti, quaſi ipſum teneret, arriſit. Expedi/
tius (inquit) tibi ſeruitura ſum domine, quia tanto me onere liberaſti. Sed forſitan ſuperatur
in cæteris. Quinimo qua illos mente contempſerit, in unico poſtea filio probat: cui omni quã
habebat poſſeſſione conceſſa, ingruente iam hyeme, Hieroſolymã nauigauit. Parce quæſo tibi,
parce filiæ cũ Chriſto iam regnanti: parce ſaltem Euſtochio tuæ: cuius parua adhuc ætas: & ru/
dis pene infantia, te magiſtrante dirigitur. Sæuit nũc diabolus: & quia unã cernit de tuis liberis
triumphantẽ, obtritum ſe eſſe condolens: quærit in remanente uictoriã, quã in præeunte iam
perdidit. Grandis in ſuos pietas, impietas in deum eſt. Abraham unicum filium lætus interfe/
cit: & tu unam de pluribus quereris coronatam? Non poſſum ſine gemitu æloqui, quod di/
cturus ſum. Cum de media pompa funeris, te exanimem referrent: hoc inter ſe populus muſ/
ſitabat: Nonne illud eſt quod ſæpius dicebamus? Dolet filiam ieiunijs interfectam, quod non
uel de ſecundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quouſq; genus deteſtabile monachorum
non urbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miſera/
D bilem ſeduxerunt: quæ cꝫ monacha eſſe noluerit: hinc probatur, quod nulla gentilium ita
ſuos uncꝫ fleuerit filios. Qualem putas ad iſtas uoces Chriſtum habuiſſe triſticiam? Quomo/
do exultaſſe Satanam, qui nunc tuam animam eripere feſtinans, & pij tibi proponens dolo/
ris illecebram: dum ante oculos tuos, filiæ ſemper imago uerſatur, cupit matrem ſimul ne/
care uictricis, & ſolitudinem ſororis inuadere relictæ. Non ut terream loquar, ſed ut mihi teſtis
eſt dominus, quaſi ante tribunal eius aſſiſtens, in hæc te uerba conuenio. Deteſtandæ ſunt
iſtæ lachrymæ, plenæ ſacrilegio, incredulitate pleniſſimæ: quæ non habent modum, quæ uſq;
ad uiciniam mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quaſi quibuſdam facibus accenſa, quan/
tum in te eſt, tui ſemper homicida es. Sed ad talem dæmens ingreditur Ieſus, & dicit: Quid
ploras? Non eſt mortua puella, ſed dormit. Irrideant circũſtantes. Iſta infidelitas Iudæorum
eſt. Te quoq; ſi ad ſepulchrum filiæ uolueris uolutari, angelus increpabit: Quid quæris ui/
uentem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalenæ, poſtcꝫ uocem domini ſe claman
tis agnouit, ad eius prouoluta pedes audit: Ne tetigeris me: necdum enim aſcendi ad patrem
meum, id eſt, non mereris tangere reſurgentem: quem mortuum exiſtimas in ſepulchro.
C Quas nunc exiſtimas Bleſillam noſtram pati cruces: quæ ferre tormenta, quod tibi Chriſtũ
uideat ſubiratum? Clamat nunc illa lugenti, ſi uncꝫ me amaſti mater, ſi tua ubera ſuxi, ſi tuis in/
ſtituta ſum monitis: ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, ut a nobis in perpetuum ſepare/
mur. Putas eſſe me ſolam? Nabeo pro te Mariam matrem dñi. Multas hic uideo, quas ante ne
ſciebam. O quanto melior eſt iſte comitatus. Habeo Annam quondã in euangelio prophe/
tantem: & (quo magis gaudeas) tantorum annorũ labores, ego in tribus menſibus conſecuta
ſum. Vnam palmam caſtitatis accepimus. Miſereris mei, quia mundũ reliqui? At ego ueſtri ſor
tem doleo: quos adhuc ſæculi carcer includit, quos quotidie in acie præliantes, nunc ira, nunc
auaricia, nunc libido, nunc uariorum incentiua uitiorum, pertrahunt ad ruinam. Si uis, ut ma/
ter mea ſis: cura placere Chriſto. Non agnoſco matrem, meo domino diſplicentẽ. Loquitur
illa & alia multa, quæ taceo, & pro te dñm rogat: mihiq; ut de eius mẽte ſecurus ſim, ueniã im/
petrat peccatorũ: quod monui, quod hortatus ſum, quod inuidiã propinquorum, ut ſalua eſſet

excepi

A excepi. Itaq; dum ſpiritus hos artus regit: dum uitæ huius fruimur commeatu, ſpondeo, pro/
mitto, polliceor, illam mea lingua reſonabit: illi mei dedicabuntur labores, illi meum ſudabit in/
genium: Nulla erit pagina, quæ non Bleſillam ſonet. Quocunq; ſermonis noſtri monumenta
peruenerint: illa cũ meis opuſculis peregrinabitur. Hãc in mea mente defixã legent uirgines, ui
duæ, monachi, ſacerdotes. Breuis uitæ ſpatium, æterna memoria compenſabit. Quæ cum Chri/
ſto uiuit in cœlis, in hominum quoq; ore uictura eſt. Tranſibat & præſens ætas: ſequẽtur ſæcu/
la poſt futura: quæ ſine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Euſtochiiq; nomẽ media ponetur. Nũ
q̃ in meis moritura eſt libris. Audiet me ſemper loquentem cum ſorore, cum matre.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulina Paulæ filia, poſt Bleſillam, natu maxima, nupſerat Pammachio Iuueni docto cũ primis & no/
bili. Qua defuncta, monachi propoſitum ſuſcepit, opes ſuas in pauperum ſubſidium elargiens. Laudat
Hieronymus uxorem defunctam, adhortans maritum, ut in ſancto propoſito pergat: uerecunde ſignifi
cans, ut in Bethlehem ſe cõferat, anguſtia rei familiaris laborantem: & Paulæ ſocrui, Euſtochioq; cogna
tæ ſeſe adiungat. Hæc epiſtola tametſi breuis eſt, tamen multum habet & eruditionis & æloquentiæ, ut
pote ad uirum eruditum & æloquentem ſcripta, a uiro omnium & doctiſſimo & æloquentiſſimo: Scri/
pſit ad eũdem & alia permulta.

SCHOLIA.

Plagam doloris inſtaurat.) Plagam doloris habẽt quæ quidem uiderim exemplaria, ſed
mendoſe ni fallor. Nondum em̃ de uulnere animi loquitur, ſed de plaga corporis. Nam
de animi plaga mox ſubjicit. Vnde legendum opinor, plagæ dolorem. Cum enim plaga
ipſum uulnus ſignificet, & dolor animi ſit uulnus, non poteſt dici plaga doloris, niſi per
appoſitionem: ut intellĩgas dolorem renouatum, qui eſt animi uulnus. At non iteratur
B hic uulnus, ſed priſtini uulneris dolor recrudeſcit cõmemoratiõe cicatricem refricante. Tempore
& ratione.) Duo ſunt quæ dolorem animi leniunt, tempus ipſum, dies enim adimit egritudinem,
& ratio. Særus conſolator.) Særus, uel quia poſt longum tempus, uel quia poſt tempus. De
ſilice exciſa præcordia.) Rurſum alluſit ad Maronis carmen, quod ſuperius indicauimus, Sed duris
genuit te cautibus horrẽs Caucaſus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres. Paulinæ tuæ.) Tuæ dixit,
quod olim fuerit uxor, & affectum addidit pronomine. Papillatum Corymbum.) Corymbum uocat
faſtigiatum mucronem roſæ recentis, quæ nondum explicuit ſua folia. Vnde & parturientem appellat,
quod uelut ad partum turgeat. Papillatam item a ſimilitudine papillarum fœminearum. In Calathum
fundatur.) Roſam foliis explicitam, ob ſimilitudinem calathum uocat. Quemadmodũ Vergilius in car
mine de Roſa, ſi modo illius eſt. Nec mora, ridentis calathi patefecit honorem. Prodens incluſi ſemi/
na denſa croci. Foliorum pandatur ambitiõe.) Nam folia numerabãtur in roſis, ut author Plinius. Vn
de uenuſte uocauit ambitionem roſæ, uelut oſtentantis ſuas opes. Cõparat roſæ, nondum adultæ, puel
lam adhuc teneram. Et hoc imitatus ex Marone. Iam meditans foliis ſe numerare ſuis. Precioſiſſimũ
Margaritum.) Gemmarum precia mutantur cum ætatibus, ſicut & cæterarum rerum. Summum autem
precium olim fuiſſe margaritis, hoc eſt unionibus, abunde teſtatur Plinius. Virens ſmaragdi.) Ne/
gãt quicq̃ æque uirere, atq; ſmaragdum, cuius gemmæ propria commendatio eſt uiror. Verum Eçe
chielis.) Cherubim Hebræis plenitudinem ſcientiæ ſonat: cuius myſtica deſcriptio eſt apud Eçechie
lem. Totum ſibi uendicat.) Quia pro una filia, tot filias uirgines habebat ſpiritales. Nam Chriſtus in
euangelio centuplum pollicetur. Imo frater.) Ita Paulus in epiſtolis ſuis, uxorem ſuam, ſororem appel
lat, ut ſentiunt ĩj, qui credunt Paulo fuiſſe uxorem. Nobilitatis portas.) Ita uocat ſtrepitum & ſplen
dorem amplæ fortunæ, alludens ad nobilium palatia, quæ portas habent potiuſq̃ fores. Tanti dux fœ
mina.) Venuſte quod Maro dixit de Didone torſit ad Paulinam, quæ uiro ſuo dux fuit ad pietatẽ am
plectendam, & contemnendum mundum. Crebris abortijs.) Sepius aborſum fecerat Paulina. Non
abortit autem, niſi quæ concepit, etiam ſi uitio aliquo, uel corporis, uel ſeminis fit, ut fœtus nondum ma
turus eĩciat̃. Ex abortijs igitur intellexit ſe nõ eſſe ſterilẽ. Rachelis exẽplo.) Rachel peperit בִּנְיָמִין
Beniamin, quod hebraice ſonat filium dextræ, quo nomine pater infantem uocauit. Nam ipſa moriens
dolore partus appellauerat. בֶּן־אוֹנִי Benoni, id eſt, filiũ doloris mei. Virũ deſyderĩj ſui.) Pammachiũ
intellige monachũ. Illa in uotis habuit, quod filius fuit, unde & deſyderĩj uocat hæredem. Ichabod.)
אִיכָבוֹד Ichabod Hebraice ſonat, cecidit gloria. Nã id nomẽ mater moriẽs impoſuit. Refert̃, primi Re/
gũ cap̃. quarto. De prima ples Beniamin.) Id eſt, de Rachele, quæ in partu periit. Vnde moriẽs ma
ter uocauit filium, Benoni, id eſt, filium doloris mei. Sed pater commutauit illi nomen & uocauit

Beniamin

C Beniamin, id est, filium dextræ. Historia refertur Geneſis. 35. Ex arcæ cognomine.) Quod arca esset capta, ob id mater eum uocauit, Ichabod, id est, cecidit gloria: sic enim sonat Hebraice. Posthumũ.) Posthumi dicuntur, qui patre sepulto nascuntur. Nam matre defuncta, Paulinus dum fit monachus, quasi nascitur ecclesiæ. Eleemosynis diuitem &c.) Festiuiter contexuit contraria. Ἀρχισπαλτικὸς.) Id est, primus dux. Trãslatum a militia. Qui præcedit uniuersum exercitũ, uocatur ἀρχισπαλτικὸς Archistra tegus. Salutantiũ turbas.) Domus potẽtũ, salutatorũ officijs mane celebrant. Alluſit aũt Hieronymꝰ ad carmẽ Vergilianũ. Mane salutãtũ totis uomit ædibꝰ undã. In his aũt oibus est iucũdissima rerũ descri ptio. Tumenti aqualiculo.) Hydropicũ significat. Festiuiter aũt dixit parturit, ob tumorẽ uentris, & mortem, ob morbũ pene immedicabilem. Debilitatus a paruo.) Taxat crudelitatem quorũdam qui pueris membra distorquent, ac frangunt, ut per hos mendicent. Vnde addidit, non sibi mendicat, sed ijs, a quibus producitur. Morbo regio.) Quem græci, Ictericum uocant. Idem & aurigo dicitur, a co/ lore, quem bilis per omne corpus diffusa gignit: unde putrescat summũ corpus necesse est. Et licet diu tius aliquãdo uiuant: tamen cadauer potius, q̃ corpus circũferunt. Munerarij pauperum.) Munera rij dicebantur, qui munus, hoc est, ludos, aut spectaculum aliquod ædebant populo: quos græci uocant, Agonothetas, quasi dicas certaminum positores. Itaq; Pammachium uocat munerariũ pauperũ, quod ut olim qui magistratum petebãt, populi fauorem, æditis muneribus captabant, Ita hic pauperum fauo rem conciliare largitionibus uideretur, ad emerendũ regnum dei. Et ob id addidit, egentium candida/ tus, quod per illorum suffragia ambiret, non magistratũ, sed cœlum. Nec citra emphasim dixit, festinat. Nam exoneratus sarcina diuitiarum, quas semel in pauperes erogauerat, celerius ire poterat. Danie/ lis consiliũ.) Sic eĩ cõsulit regi Nabuchodonosor capite quarto. Quamobrẽ rex consiliũ meũ placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet deus, delictis tuis. Filia & mater.) Paulinam intelligit & Paulam. Consulũ pronepos.) Nobilitatẽ exprimit Pammachij, qui proauum habuerit consularem. Idẽ dixerat superius, Et patris & coniugis no/ bilitate clarum. Et Furiani germinis.) Vult eũ a Furio Camillo genus ducere. Furua tunica.) Furuũ apud ueteres nigrum erat. Aulici proceres, olim candidis uestiebãtur: monachi nigro, ueluti lugentes. Quasi urbem æneam.) Locus nonnihil diuersus habetur Eçechielis. cap. 3. Ecce dedi faciem tuam ualentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum: ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuam. Infulas proconsulares.) Tyaræ genus erat, insigne nobilitatis, ut nunc torquem au/ ream collo gestant. Quãuis clarus honos.) Quãuis dixit pro quantũuis: & quidem eleganter, ne quis sciolus scripturam mutet. Per manus patricias.) Nonnulli codices habebant, patricijs, & rectius ni fal
D lor: ut intelligas insignia nobilitatis, olim successione solere cõtingere. Nam hoc est per manus tradere: cum alius alij tradit per successionem. Quo consul Marius.) Marius quia nouus erat homo, quem admodũ & Cicero, uidebatur indignus clauo consulari, quãq; toties uictor, tot actis ex hoste triũphis. Quod Scipio ultra annos.) Scipio Africanus ob egregiam uirtutem, ante annos legitimos cõsulatũ est assecutus. Fulgens palma.) Opinor pro palma legendum palla, ut intelligas uestem senatoriam. Quãq; non ignoro palmatam togam olim fuisse uestem triumphalem, qua fortasse nobiles honoris cau sa utebantur. Fœnore Christi.) Eleganter usus est uerbo. Nam fœnus quod a ferendo dicitur, ꝓprie est aruorum, quæ plus reddunt q̃ acceperunt. Postea cœpit cõtra naturam, pecunia pecuniam parere. In tali agro.) Id est, tam fertili, qui centuplum reddat. Significat autem perfectionem euangelicam. Lentis uaporibus.) Hoc est, exiguo igni, & paulatim: quemadmodum quæ crustis triticeis insepulta nunc coquuntur in clibano, ut pars delitiarũ sit etiã in ratione coquendi, nedum in genere cibi. Fer/ uentes buricos mãnos.) Mãni nobiliũ equi uocabant, qbus per urbẽ obequitabãt nobiles. Horatius. Et Appiã mãnis terit. Feruẽtes uocat, alacres & bene pastos. Nã alioq mãni dicunt, qd manui assueuerint. Quidã codices habebãt buricos, quidã boricos, quidã omittũt hãc uocẽ. Forte Buricos appellauit a ciui tate Achaiæ Buris, quod illinc laudatissimi mitterentur. Pars sacrilegij.) Partem uocat genus siue speciem. Sacrilegium est furtum rei sacræ. At quod pauperibus est destinatum, id ueluti Christo dica/ tum est. Crates Thebanus.) Cynicus fuit, qui seruos proijcere aurum in media iussit Libya, quia tar dius irent, ꝓpter onus segnes. Et Antisthenes.) Hic Cynicæ sectæ princeps fuit & author. Porro Cy/ nicorum erat nihil habere, præter pallium, peram & baculum. Sinautem adamaueris capt. &c.) Hæc lex refertur Deuteronomij, capite uigesimo primo. Cothurnatam.) Id est, turgidam & tragicam A cothurno calceamento tragico. More puerorum.) Significat epiphonemata, quibꝰ ipse diuus Hie/ ronymus libenter utitur. Nec hic reprehẽdit, cum ait: More puerorum, sed ostẽdit hæc a pueris potissi mum & solum affectari, qui ætate illa rhetorum flosculis ludebant. A uiris iam prouectis non item. In clausulis.) Id est, in fine narrationis, uel argumentationis. Nam hic adhibentur epiphonemata. Grandis tumor.) Quod est corporum: transtulit ad stilum. Satius est habere corpus pressum & sa/ num, q̃ tumidum & malis distentum humoribus. Ita oratio melior est, quæ pressa est, q̃ exuberans ac tumens. Erroris mutui.) Fatetur se non recte risisse optimam sententiam, quam senex uæhementer probat. Athenæum.) Locus erat Athenis Mineruæ sacer, ubi suas artes singuli profitebantur: quem locum hodie Romæ sophiam uocant. Hic accipit Athenæum pro quouis loco, ubi traduntur litteræ. Felices inquit.) Quintilianus hoc dictum citat, nomine Fabij Pictoris. Dogmatum uarietates.) Decreta seu placita philosophorũ dogmata uocant. Sunt autẽ alia dogmata Stoicorũ, alia Peripatetico rũ, alia Epicureorũ. Christi mystes.) Mystæ dicunt, q sacris alicuiꝰ numinis sunt initiati. Symmystæ q ijsdẽ mysterijs sũt initiati. Amos tibi buccina.) Alluſit ad hoc, qd est apud hũc ꝓphetã. ca. 2. Morietꝫ

in sonitu

A in ſonitu moab, in clangore tubæ. Et rurſum, capite tertio: Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? Intelligit autẽ ardorem & impetũ ad diuinas litteras. ¶ Paruulus iſte.) Alludit ad locũ Eſaiæ, capite ſeptimo. De puero, cui nomen emanuel, qui butyrum & mel comeſurus dicitur: uidelicet, ut cito grandeſcat, & ſciat reprobare malum, & eligere bonum, & Aſſyrios populari &c. Commiſcuit autem hic multos ſacræ ſcripturæ locos. Ex cantico amatorio, ex pſalmis, ex Eſaia, qui omnes huc ſpectant: ut aſſidua ſanctorum uoluminum euolutione meditationeq; paretur ſolida quædam eruditio, non bracteata. ¶ Xenodochium.) ξενοδόχιον locus eſt, quo recipiuntur hoſpites, quæ uulgo hoſpitalia uocant, trito uocabulo magis, & probo: a ξένος hoſpes, & δέχομαι recipio. ¶ De Arbore Abraham.) Reſpexit ad hiſtoriã, quæ refertur Geneſis, cap. 17. de Abraham, tres angelos excipiente hoſpitio: & ſub arbore, cibos reliquaq; hoſpitalitatis officia exhibẽte. Huius arboris (quercũ autẽ aiunt fuiſſe) ueſtigia ſua ætate extitiſſe, ſcribit Hieronymus in epitaphio Paulæ. Quin & Aeneas cum ex fatalis cruſti mentiõe agnoſceret Italiam, ſub arbore capiebat cibũ. ¶ Cruſtis fatalibus.) Retulit fabulã, quæ eſt apud Virgilium libro Aeneidos tertio, Celeno harpya, prædixerat ſociis Aeneæ futurũ, ut Italiã adirent, ſed nõ prius conderent urbem, & illos dira fames Ambeſas ſubigeret malis abſumere mẽſas. Idq; ita euenisſe, narrat in ſeptimo. Cõſumptis hic forte alijs, ut uertere morſus. ¶ Exiguã in cererẽ penuria adegit edendi. Et uiolare manu, maliſq; audacibus orbem Fatalis cruſti, patulis nec parcere quadris Heus, etiã menſas conſumimus, inquit, Iulus: Nec plura alludens, ea uox audita, laborũ Prima tulit finem. ¶ Euge noſter.) Sermo eſt fauentis & applaudẽtis. ¶ Primum patriarcham.) Nempe Abraham, qui princeps eſt patriarcharum: Is montana elegit & ardua. ¶ Campeſtria eligat.) Diuiſus eſt Lot a fratre ſuo, propterea quod ob increſcentem familiæ gregiſq; numerum, non caperet illos eadem regio. Lot declinans ab oriẽte, elegit ſibi regionem circa Iordanem, undiq; irriguam: Abraham conceſſit in terrã Chanaan. Refertur Geneſis. cap. 13. ¶ Tu in arduis & ſaxoſis.) De Sara ſepulta in hebron, in ſpelunca, legis Geneſis. cap. 23. ¶ Iuxta ſit ciuitas litterarum.) Significat, Cariath ſephor, quod hebræis ſonat, ciuitas litterarum. Porro uicum hunc uicinum fuiſſe hebron, ſatis indicat in epitaphio Paulæ. Atq; inde, inquit, conſurgens conſcẽdit Hebron, hæc eſt Cariath arbe. Moxq; ſubijcit: Noluit pergere ad Cariath ſephor, id eſt, uiculum litterarum. ¶ Deletiſq; gigantibus.) Monſtra uitiorum intelligit. De his legimus Numerorũ decimo tertio, cap. Populus quẽ aſpeximus proceræ ſtaturæ eſt. Ibi uidimus monſtra quædã filiorũ Enak, de genere giganteo: qbus cõparati, quaſi locuſtæ uidebamur. Sonat עֲנָקִים Enakim hebræis, fortes, aut potentes: ut intelligas contemptum faſtum nobilium. ¶ Hæreditatem g. cir.) Iſaac hæres & filius erat Saræ, id hebraice ſonat gaudium ſiue riſus. Ex duris & arduis laboribus, mentis bene ſibi conſciæ gaudium paratur. ¶ Rationabile obſequium.) Græce eſt τὴν λογικὴν λατρείαν, id eſt, animi cultum: uidelicet ut teipſum offeras hoſtiam qui rationalis es uictima. Id Paulus dixit ad diſtinctionem pecudũ brutarũ quas immolabant Iudæi. ¶ Si recte offeras.) Apparet hanc fuiſſe conuerſionem ſeptuaginta, cum Hebraica ſecus habeãt, ut indicat diuus Hieronymus, interpretans Geneſis caput ſecũdũ. ¶ Oculus ſis cæcorum.) Alluſit ad locum Iob. cap. 29. Oculus fui cæco, pes claudo. ¶ Sui comparatiõe forticule.) Id eſt, ſi ſecum ipſe conferantur: reputeturq; quales nunc ſint, & quales aliquando fuerint, uidentẽ aliquanto fortiores ſeipſis. ¶ Lucernas concinnant.) Id eſt, adaptant & componunt. ¶ Propter extructo.) Hic aduerbium eſt propter, non ꝓpoſitio, ut Terentius. Interdum propter dormiet. ¶ Et modo non inueniat.) Quoniã olim non erat illis locus in diuerſorio, & idcirco reclinarũt puerum in præſepio. ¶ Fratrem Paulinianum.) Hic indicat diuus Hieronymus ſibi fuiſſe fratrem nomine Paulinianũ, quoniam addit, communium parentum. Huius & alibi meminit. Habuit & ſororem, quã commẽdat alicubi ſuis amicis. ¶ Et ſemirutas uillulas. Nam ipſe in catalogo ſcriptorum illuſtrium, oſtendit oppidũ Stridonis, in quo natus fuerat, a Gotthis ſubuerſum fuiſſe. Hic uerecunde rogat, ut Pãmachius ſuis opibus Bethlehemiticos ſumptꝰ adiuuet, & illic faciat, qd' in Italia extructo Xenodochio faciebat. ¶ In duas ac treis.) Alluſit ad proportiões Arithmeticas. Quinq; nõ poſſunt diuidi in duas æquas parteis, ſed in duo & tria. Quatuor erant Paulæ filiæ, quarum Euſtochium dũtaxat ſuperfuit. Mater igitur una cum filiabus quinarium efficiebat: tres erant defunctæ uita, duæ ſupererant, Paula & Euſtochium: niſi forte Pammachium uult eſſet quintum, ut excludas Ruffinam, quæ ſtatim in primo uitæ exortu perijt. ¶ Tu duarum medius.) Verecunde inuitat Pammachium, ut in Bethlehem commigret, & Paulæ ſocrui Euſtochioq; ſeſe adiungat. Nam Romæ non perinde cõmodum eſſe Chriſtum ſequi.

¶ AD PAMMACHIVM CONSOLATIO SVPER OBITV PAVLINAE VXORIS.

SAnato uulneri & in cicatricem ſuperductæ cuti, ſi medicina colorem reddere uoluerit: dum pulchritudinem corporis quærit, plagã doloris inſtaurat. Ita & ego ſærus conſolator, qui importune per biennium tacui, uereor ne nunc importunius loquar: & attrectans uulnus pectoris tui, quod tempore & ratione curatum eſt, commemoratione exulcerem. Quæ enim aures tam duræ, quæ de ſilice exciſa præcordia: & Hyrcanarum tigrium lacte nutrita, poſſunt ſine lachrymis Paulinæ tuæ audire nomen,

men? Quis parturientem roſam & papillatum corymbum, antequam in calathum fũdatur orbis,& tota rubentium foliorum pandatur ambitione,immature demeſſum,æquis oculis marceſcere uideat? Fractum eſt precioſiſſimum margaritum. Virens ſmaragdi gemma contrita eſt. Quid boni habeat ſanitas,languor oſtendit. Plus ſenſimus quod habuimus,poſtq̃ habere deſiuimus. In agro terræ bonæ, tres fructus legimus,centeſimum,ſexageſimum,& triceſimum. In tribus mulieribus & ſanguine & uirtute coniunctis,tria Chriſti præmia recognoſco. Euſtochium uirginitatis flores metit. Paula laborioſam uiduitatis aream terit. Paulina caſtum matrimonij cubile ſeruat. Tali filiarum mater fulta comitatu, totum in terris uindicat quod Chriſtus promiſit in cœlo. Et ut quadrigam domus una emitteret ſanctitatis,& fœminarum uirtutibus reſponderent uiri,additur comes Pammachius:uerũ Eçechielis Cherubim, cognatus,gener,maritus,imo frater amantiſſimus:quia ſancta conſortia ſpiritus, uocabula nõ tenent nuptiarum. Huic quadrigæ Ieſus præſidet. De his equis & Habacuc canit: Aſcende ſup equos tuos,& equitatio tua ſalus. Impari curſu,pari animo ad palmam tenditur. Diſcolores equi,ſed uoluntate concordes,unum aurigæ iugum trahunt:non expectantes flagelli uerbera, ſed ad uocis hortamenta feruentes. Dicamus aliquid & de philoſophis. Quatuor uirtutes deſcribunt Stoici:ita ſibi inuicem nexas,& mutuo cohærentes:ut qui unam nõ habuerit,omnibus careat,prudentiam,iuſticiam,fortitudinem,temperantiam. Has omnes ſic habetis ſinguli:ut tamen æmineatis in ſingulis. Prudentia in te,in matre iuſticia,in uirgine fortitudo,in nupta temperantia prædicatur. Quid em̃ eo ſapientius,qui contempta mundi ſtulticia,Chriſtum ſecutus eſt,dei uirtutem & dei ſapientiã? Quid matre iuſtius,quæ inter liberos opibus diſtributis,docuit diuitias contemnendo,quid filij amare deberent? Quid Euſtochio fortius,quæ nobilitatis portas:& arrogantiam generis conſularis,uirginali propoſito fregerit:& in urbe prima,primũ genus ſubiugauerit pudicitiæ? Quid Paulina temperantius? quæ legens illud Apoſtoli: Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatum:nec ſororis felicitatem,nec matris continentiam auſa appetere:maluit in humilioribus tuta pergere,q̃ pendulo gradu in ſublimioribꝰ fluctuare. Q̃z q̃ illa ſemel inito matrimonio:nihil aliud diebus ac noctibꝰ cogitauerit,niſi ut reddito fructu nuptiarum:ſecũdũ caſtimoniæ gradum arriperet :& tanti dux fœmina facti,uirum propoſito ſuo iungeret,non relinquens ſalutis comitẽ,ſed expectans? Dumq; crebris abortijs,& experta fœcũditate conceptuum,non deſperat liberos,& ſocrus auiditatẽ,mariti q; triſticiam præponit imbecillitati ſuæ:paſſa eſt aliquid de Rachelis exemplo. Pro filio doloris,ac dexteræ,uirum deſyderij ſui peperit hæredem. Certiſq; authoribus didici illam,non primæ ſententiæ dei: Creſcite & multiplicamini,& replete terram:nec officio cõiugali ſeruire uoluiſſe,ſed ad hoc optaſſe filios: ut Chriſto uirgines pareret. Legimus & uxorẽ ſacerdotis Phinees audita captiuitate arcæ dñi, ſubito uteri dolore correptam, ædidiſſe filium Ichabod : & inter manus & officia fœminarum, animam emiſiſſe cum prole. De prima, Beniamin,hoc eſt filius uirtutis ac dexteræ. De ſecũda, inclytus ſacerdos dei,ex arcæ cognomine naſcitur. Nobis poſt dormitionem ſomnumq; Paulinæ:Pammachium monachum eccleſia peperit poſthumum,& patris & coniugis nobilitate patritium,eleemoſynis diuitẽ,humilitate ſublimem. Apoſtolus ſcribit ad Corinthios: Videte fratres uocationem ueſtram:quia non multi ſapientes,nõ multi nobiles. Hoc naſcentis eccleſiæ rudimenta poſcebant,ut granum ſinapis paulatim in arborem creſceret:ut ſenſim euãgelij fermẽtum,totam eccleſiæ maſſam altius eleuaret. Noſtris temporibus Roma poſſidet,quod mũdus ante neſciuit. Tunc rari ſapientes,potentes,nobiles, Chriſtiani: Nunc multi monachi ſapientes, potentes, nobiles . Quibus cunctis Pammachius meus ſapientior , potentior , nobilior: magnus in magnis, primus in primis, ἀρχιϲυναγωγὸϲ monachorum. Tales Paulina morte ſua nobis liberos dedit,quos uiuens concupiuerat poſſidere. Lætare ſterilis quæ non paris:erumpe & clama,quæ non parturis:quoniã quot Romæ ſunt pauperes:tot filios repente genuiſti. Ardentes gemmæ,quibus ante collum & facies ornabantur,egentium uentres ſaturant. Veſtes ſericæ & aurum in fila lenteſcens, in mollia lanarum ueſtimenta mutata ſunt:quibus repellat frigus,non quibus nudetur ambitio. Delitiarum quondã ſupellectilem,uirtus inſumit. Ille cæcus extendẽs manum,& ſæpe ubi nemo eſt,clamitans:hæres Paulinæ,cohæres Pammachij eſt. Illũ,

truncum

A truncum pedibus,& toto corpore se trahentem,teneræ puellæ sustentat manus.Fores quæ pri/
us salutantiũ turbas uomebant:nunc a miseris obsidentur.Alius tumenti aqualiculo mortem
parturit:alius elinguis & mutus:& ne hoc quidẽ habens unde roget,magis rogat, dum rogare
non potest.Hic debilitatus a paruo,non sibi mendicat:stipem.Ille putrefactus morbo regio,su
peruiuit cadaueri suo. ¶ Non mihi si linguæ centũ sint,oraq; centũ: ¶ Omnia pœnarũ percur/
rere nomina possim. ¶ Hoc exercitu comitatus incedit:in his Christum confouet:horum sordi
bus dealbatur.Munerarius pauperũ,& egentiũ candidatus,sic festinat ad cœlum.Cæteri mari/
ti super tumulos coniugũ spargunt uiolas,rosas,lilia,floresq; purpureos: & dolorem pectoris,
his officijs consolantur.Pammachius noster sanctã fauillã ossaq; ueneranda, eleemosynæ bal
samis rigat.His pigmẽtis atq; odoribus fouet cineres quiescentes,sciens scriptũ:Sicut aqua ex/
tinguit ignẽ:ita eleemosyna peccatum. Quantas uires habeat misericordia,& quibus donandã
sit præmijs:beatus Cyprianus grandi uolumine executus,& Danielis consiliũ ꝓbat: qui regẽ
impijssimũ si se audire uoluisset:scit pauperũ sustentatione saluandũ.Gaudet huiuscemodi fi/
liæ mater hærede.Non dolet opes ad alium peruenisse:quas cernit ijsdem quibus ipsa uolue/
rat,erogari.Quin potius gratulatur absq; labore suo,sua uota compleri.Non eñ substantiæ di
minutio,sed operarij cõmutatio est.Quis eñ hoc crederet:ut consulũ pronepos,& Furiani ger
minis decus,inter purpuras senatorũ, furua tunica pullatus incederet,& nõ erubescceret oculos
sodaliũ,ut deridẽtes se derideret?Est confusio quæ ducit ad mortẽ:& est cõfusio,quæ ducit ad
uitam.Prima uirtus est monachi,contemnere hominũ iudicia,& semper Apostoli recordari,di
cẽtis:Si adhuc hominibus placere uellem,Christi seruus non essem.Tale quid & dñs loquitur
ad prophetas:quod posuerit faciẽ eorũ,quasi urbem æneam,& lapidẽ adamantinũ,& colum/
nam ferream,ne pauerent ad iniurias populi:sed impudentiã subsannantiũ,frontis rigore con
tererent.Ingenia liberaliter educata,facilius uerecundia cũq; metus superat.Et quos tormẽta non
uincunt,interdum uincit pudor.Non est parũ,uirũ nobilem,uirum diſertum,uirum locupletẽ,
potentiũ in plateis uitare comitatũ,miscere se turbis:adhærere pauperibus,rusticis copulari,dẽ
B principe uulgũ fieri.Sed quãto humilior,tanto sublimior est. ¶ Lucet margaritũ in sordib9,&
fulgor gemmæ purissimæ,etiã in luto radiat:Hoc est quod dñs repromisit:Glorificãtes me,glo/
rificabo.Alij hoc intelligant de futuro:quando mœror uertetur in gaudiũ,& trãseunte mũdo,
sanctorũ corona non transit:Ego & in præsentiarũ uideo sanctorũ promissa cõpleri.Anteq;
Christo tota mente seruiret:notus erat in senatu,sed multi alij habebant insulas procõsulares.
Totus orbis huiuscemodi honorib9plenus est.Primus erat,sed inter primos.Præcedebat alios
dignitate,sed & alios sequebatur.Quãuis darus honor,uilescit in turba:& apud uiros bonos in
dignior fit ipsa dignitas:quã multi indigni possident.Vnde egregie de Cæsare Tulli9, cũ quos
dã(ait)ornare uoluit,non illos honestauit,sed ornamenta ipsa turpauit. At nũc oẽs Christi ec/
desiæ Pammachiũ loquuntur.Miratur orbis pauperẽ,quẽ hucusq; diuitẽ nesciebat.Quid con/
sulatu illustrius?Annuus honor est,& postq; alius successerit,prior desinit.Latent in multitudi
ne laureæ:& triũphi interdum,triũphantiũ sordib9polluũtur.Quod ante per manus patritias
tradebatur,& sola nobilitas possidebat,quo consul Marius,uictor Numidiæ & Teuthonũ,atq;
Cimbrorũ, ob ignobilitatẽ familiæ putabatur indignus:quod Scipio ultra annos pro uirtute
meruit,nũc sola militia possidet:& agrestia dudum corpora,fulgens palma circũdat.Plus ergo
accepimus,cũq; dedimus.Parua dimisimus,& grandia possidemus.Centuplicato fœnore Chri/
sti,ꝓmissa reddunt.In tali & Isaac quondã agro seuerat,q paratus ad mortẽ,ante euãgeliũ,euã/
gelicã portauit crucẽ. ¶ Si uis(inquit)ꝑfectus esse,uade & uende oñia quæ habes,& da paupe
ribus,& sequere me.Si uis perfectus esse.Semper grandia in audientiũ ponuntur arbitrio.Et
ideo uirginitatẽ Apostolus nõ imperat:quia dñs disputans de eunuchis,qui se castrassent pro/
pter regna cœlorũ,ad extremũ intulit:Qui potest capere,capiat.Non est eñ uolentis,neq; cur/
rentis,sed miserẽtis dei.Si uis perfectus esse.Non tibi imponitur necessitas,ut uolũtas præmiũ
cõsequatur.Si uis ergo esse perfectus,& desyderas esse quod ꝓphetæ,qd' Apostoli,quod Chri
stus est:uende,nõ partẽ substantiæ,ne timor penuriæ infidelitatis occasio sit:& cum Anania &
Sapphira pereas,sed uniuersa quæ possides.Cũq; uenderis,da pauperibus,nõ locupletibus,

C non ſuperbis. Da quo neceſſitas ſuſtentetur, non quo augeãtur opes. Cũq; legeris illud Apoſtoli: Boui trituranti os non alligabis: Et, dignus eſt operarius mercede ſua: Et, qui altario miniſtrant, de altario participantur: memento quoq; huius ſententiæ: Habentes uictum & ueſtitũ, his contenti ſimus. Vbi uideris fumare patinas, & Phaſides aues lentis uaporibus decoqui, ubi argẽti pondus, ubi feruẽtes Buricos mãnos, comatulos pueros, precioſas ueſtes, picta tapetia, ibi ditior eſt largitore cui largiendũ eſt. Pars ſacrilegij eſt, rem pauperum dare non pauperibus: Et tamẽ non eſt ſatis perfecto & conſummato uiro opes contẽnere, pecuniã diſſipare, & ꝓijcere quod in momento, & perdi & inueniri poteſt. Fecit hoc Crates Thebanus, fecit Antiſthenes, fecerunt plurimi, quos uitioſiſſimos legimus. Plus debet Chriſti diſcipulus præſtare, cꝫ mundi philoſophus, gloriæ animal, & popularis auræ atq; rumorũ uenale mancipiũ. Tibi nõ ſufficit opes contemnere, niſi Chriſtum ſequaris. Chriſtum autem ſequitur, qui peccata dimittit, & uir tutum comes eſt. Chriſtum ſcimus ſapientiam. Hic theſaurus in agro ſcripturarũ naſcitur, hæc gemma multis emitur margaritis. Si nautem adamaueris captiuam mulierem, id eſt, ſapientiã ſæcularem, & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam, & illecebras crinium atq; ornamenta uerborũ cum emortuis unguibus ſeca. Laua eam prophetali nitro, & tunc requieſcens cũ illa dicito: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de Moabitide efficietur Iſraelitis. Chriſtus ſanctificatio eſt, ſine qua nemo uidebit faciem dei. Chriſtus redemptio, idem redemptor & preciũ. Chriſtus omnia: ut qui omnia ꝓpter Chriſtũ dimiſerit, unum inueniat pro omnibus, & poſſit libere proclamare: Pars mea dominus. Sentio te diuinis ardere doctrinis, nec temeritate quorundã docere quod neſcias, ſed ante diſcere, quod docturus ſis. Simplices epiſtolæ tuæ olent prophetas, apoſtolos ſapiũt. Nõ cothurnatã affectas æloquentiã, nec more puerorũ argutas ſentẽtiolas, in clauſulis ſtruis. Cito turgens ſpuma dilabitur, & cꝫuis grãdis tumor, cõtrarius ſanitati eſt. Scitũ eſt illud quoq; Ca-
D tonis: Sat cito, ſi ſat bene. Quod nos quondã adoleſcentuli cũ a perfecto oratore in præfatiuncula diceretur, riſimus. Meminiſſe te puto erroris mutui: quando omne Athenæũ ſcholaſticorum uocibus conſonabat: Sat cito, ſi ſat bene. Felices (inquit Fabius) eſſent artes, ſi de illis ſoli artifices iudicarent. Poetã non poteſt noſſe, niſi qui uerſum poteſt ſtruere. Philoſophos nõ intelligit, niſi qui ſcit dogmatũ uarietates. Manufacta & oculis patentia, magis ꝓbant artifices. Noſtra cꝫ dura ſit neceſſitas: hinc potes animaduertere, quod uulgi ſtandum eſt iudicio: & ille in turba metuendus, quem cum uideris ſolũ, deſpicias. Hoc præteriens tetigi: ut eruditis contentus auribus: non magnopere cures, quid imperitorum de ingenio tuo rumuſculi iactitent, ſed ꝓphetarũ quotidie medullas bibas. Chriſti myſtes, patriarcharũ ſymmyſtes. Siue legas, ſiue ſcribas, ſiue uigiles, ſiue dormias, Amos tibi ſemper buccina in auribus ſonet. Hic lituus excitet animã tuã: hoc amore furibundus, quære in lectulo tuo quẽ deſyderat anima tua, & loquere cõfidenter: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Cũq; inueneris eum & tenueris, ne dimittas. Et ſi paxillum dormitanti elapſus fuerit e manibus, noli protinus deſperare. Egredere in plateas, adiura filias Hieruſalem: reperies eum cubantẽ in meridie, laſſum, ebrium, noctis rore madefactũ, inter greges ſodaliũ, in aromatũ uarietatibus, inter poma paradiſi. Ibi ei da mammillas tuas, ſugat de erudito pectore, requieſcat inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & interiora eiꝰ in fulgore auri. Paruulus iſte & puer, qui butyro & melle ſaginatur, qui inter caſeatos nutritus eſt montes, cito creſcit in iuuenem, uelociter in te hoſtes ſpoliat, mature prædatur Damaſcum, & regem uincit Aſſyrium. Audio te Xenodochium in portu feciſſe Romano, & uirgam de arbore Abraham in Auſonio plãtaſſe littore. Quaſi Aeneas noua caſtra metaris, & ſuper undam Tyberis, ubi ille cogente quondã penuria, cruſtis fatalibus & quadris patulis nõ pepercit: tu uiculum noſtrum, id eſt, domũ panis ædificas, & diuturnam famẽ, repentina ſaturitate cõpenſas. Euge noſter, initia tranſgrederis, ſtatum ſummũ tenes, de radice peruenis ad cacumen: primus inter monachos, in prima urbe, primum ſequeris patriarcham Lot, quod interpretatur declinans, campeſtria eligat, & iuxta Pythagoræ litteram, facilia magis ac ſiniſtra ſectetur. Tu in arduis & ſaxoſis cum Sara tibi monumentum para. Iuxta ſit ciuitas litterarum: deletiſq; gigantibus, filijs Enakim, hereditatem tuam, gaudium & riſus excipiat. Diues erat Abra-

ham auro,

A ham auro,argento,pecore,poſſeſſione,ueſtibus:tantã habebat familiam,ut ad ſubitos nũcios
iuuenibus electis,armare poſſet exercitum:&quatuor reges quos quinq; reges fugerãt in Dan
conſecutos occideret:& tamen poſt tam crebra hoſpitalitatis officia:dum nõ refutat homines,
ſuſcipere meruit deum. Non ſeruis,& ancillulis imperabat,ut miniſtrarent hoſpitibus:nec bo/
num quod exercebat per alios minuit:ſed quaſi reperta præda,cum Sara ſua humanitati ſolus
incubuit. Ipſe pedes lauit,ipſe pinguẽ uitulũ portauit humeris de armẽto. Stetit ut ſeruus pe/
grinis prandẽtibus,& Saræ manib9 coctos cibos,ieiunaturus appoſuit. Hæc moneo frater cha/
riſſime pietate qua te diligo,ut non ſolum pecuniam,ſed teipſum Chriſto offeras,hoſtiam ui/
uam,ſanctam,placentem deo, rationabile obſequium tuũ: & imiteris filium hominis,qui non
uenit miniſtrari,ſed miniſtrare. Et quod patriarcha alienis,hoc diſcipulis & ſeruis magiſter ex/
hibuit & dñs. Corium pro corio,& omnia quæ homo poſſidet,dare poteſt pro anima ſua. Sed
tange(inquit diabolus)carnes eius,niſi in faciem benedixerit tibi. Scit hoſtis antiquus,maius cõ
tinentiæ cũ nummorũ eſſe certamen. Facile abſcitur,quod hæret extrinſecus:inteſtinũ bellum
periculoſius eſt. Coniuncta diſglutinamus,unita diſſuimus. Zacheus diues erat,apoſtoli pau/
peres. Reddidit ille quadruplũ quod rapuerat,diuiſitq; pauperibus medietatẽ ſubſtantiæ ſuæ
quæ remanſerat: ſuſcepit Chriſtum hoſpitem,ſalus facta eſt domui eius:& tamen quia par/
uulus erat,& apoſtolicæ proceritati ſe non poterat extendere,nõ fuit in duodecim numero apo
ſtolorũ. Apoſtoli autem quantũ ad diuitias nihil,quantũ ad uoluntatẽ,totum mundum pari/
ter reliquerunt. Si offeramus Chriſto opes cum anima noſtra,libenter ſuſcipiet. Si autem quæ
foris ſunt deo:quæ intus ſunt diabolo demus:non eſt æqua partitio,& dicitur nobis:Nonne ſi
recte offeras,& non recte diuidas,peccaſti? Quod patritij generis,primus inter primos mona/
chos eſſe cœpiſti:non tibi ſit tumoris,ſed humilitatis occaſio,ſcienti filium dei factum filium
hominis. Quantumcunq; te deieceris,humilior Chriſto non eris. Eſto,incedas nudis pedibus,
B fuſca tunica ueſtiaris,æqueris pauperibus,inopum cellulas dignanter introeas,cæcorum ocu/
lus ſis,manus debilium,pes claudorum,ipſe aquam portes,ligna concidas, focum extruas, ubi
uincula? ubi alapæ? ubi ſputa? ubi flagella? ubi patibulum? ubi mors? Et cum omnia quæ dixi
feceris,ab Euſtochio tua Paula q; uinceris,ſi non opere,certe ſexu. Ego quidem Romæ non
eram,& tunc me tenebat eremus. Atq; utinam pertenuiſſet,quando ſocero tuo uiuente Toxo/
tio ſæculo ſeruiebam. Sed tamen audio,quæ immundicias platearum ferre non poterant,quæ
eunuchorum manibus portabantur,& inæquale ſolum moleſtius tranſcendebant,quibus ſeri
ca ueſtis oneri erat,& ſolis calor incendium:nunc ſordidatæ & lugubres,& ſui comparatiõe for/
ticulæ,uel lucernas concinnant,uel ſuccendunt focum,pauimenta uerrunt,mũdant legumina,
holerũ faſciculos in feruentem ollam deijciunt,apponunt menſas,calices porrigunt,effundunt
cibos,huc illucq; diſcurrunt. Et certe magnus uirginum chorus cum illis habitat. Num huiuſ/
cemodi miniſteria alijs imperare non poterant? Sed nolunt uinci ab his labore corporum:
quas ipſæ ſuperant uirtute animi. Hæc dico,non quod de ardore mentis tuæ quicq; dubitẽ,ſed
quo currentem impellam:& acriter dimicanti,feruorem fauore augeam. Nos in iſta prouincia
ædificato monaſterio,& diuerſorio propter extructo,ne forte & modo Ioſeph cum Maria in
Bethlehem ueniens non inueniat hoſpitium,tãtis de toto orbe cõfluentibus turbis obruimur
monachorum,ut nec cœptum opus deſerere,nec ſupra uires ferre ualeamus. Vnde quia pene
nobis illud de euangelio contigit,ut futuræ turris non ante computaremus expenſas,compul/
ſi ſumus fratrẽ Paulinianũ ad patriam mittere,ut ſemirutas uillulas,quæ barbarorum effuge/
runt manus,& parentum cõmunium cenſus uenderet:ne cœptum ſanctorum miniſterium de/
ſerentes,riſum maledicis & æmulis præbeamus. In calce epiſtolæ recordatus ſum quadrigæ ue/
ſtræ & propoſito quintam deeſſe Bleſillam,pene oblitus de ea loqui,quæ prima de uobis præ/
ceſſerit ad dominum. Vere nũc quinq; in treis,ac duas uidemus eſſe diuiſas:illa cũ ſorore Pau
lina dulci ſomno fruitur:tu duarum medius,ad Chriſtum leuius ſubuolabis.

¶ IN EPITAPHIVM PAVLAE SCHOLIA.

C

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

PAula Romana, primariæ nobilitatis mulier, patre Rogato, matre Bleſilla, nupta fuit Toxotio: cui quatuor ædidit filias, Bleſillam, Paulinam, Euſtochium, quæ eadem dicta eſt Iulia, & Ruffinum unum filiũ, paterno nomine Toxotium. Marito defuncto, mundi contemptũ cœpit profiteri, atq; in eo ꝓpoſito uixit Romæ annos quinq;. Deinde peragratis ſanctis ludeæ locis, peragrata Aegypto ad Alexandriam uſq;, in Bethlehem conſedit, ibi quatuor inſtituit monaſteria. Vnum uirorum, tria uirginum: inter quas uiginti peractis annis, feliciter obiit diem. Huius epitaphium, Hieronymus ſcribit ad Euſtochium filiam, in quo declarat quãtam habuerit totius diuinæ ſcripturæ ſcientiam, & q̃ paratam promptamq; memoriam.

¶ SCHOLIA.

GRacchorum ſtirps.) Non ſine figura ſtirpem uocat de ſtirpe ortam. Duo Gracchi fuerunt, Tiberius & Caius, quos nobiliſſimos fuiſſe, teſtaꝫ luuenalis, Malo Venuſinã, q̃ te Cornelia mater Gracchorum, ſi cum magnis uirtutibus adfers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos. ¶ Scipionum ſoboles.) Fuerunt & huius nominis atq; gentis aliquot clari, præcipue Scipio Aphricanus ab Aphrica deuicta reperto cognomine. Scipio Aſiaticus ab Aſia deuicta, Scipio Naſica, uir optimus iudicatus. ¶ Pauli Hæres.) Paulum Aemylium ſentit, patrem Scipionis Aphricani, cuius uitam deſcripſit Plutarchus. ¶ Martiæ Papyriæ.) Hanc Paulus Aemylius duxerat uxorem, Mnaſonis uiri conſularis filiam, ex qua Scipionem Aphricanũ ſuſcepit. Quã q̃ uxorem poſt diuturnum conuictum repudiauit, neq; repudij cauſam fateri uoluit, niſi quod oſtenſo calceo nouo & bello, negabat alios ſcire, qua parte ſtringeret pedem ſuum: ſignificans uxoris ingenium, cum ſuis moribus parum conuenire. Ita plutarchus. ¶ Vera & germana.) Quod græci γνήσιον uocant, contrarium ei, quod dicunt νόθον, illud genuinum poſſis uertere, hoc adulterinum. Paulam autem germanam uocat, quod ab eius mulieris nobilitate, nequaq̃ degeneret. Nec abſurdum ſit, Germanorum gentem hinc appellatam uideri: quos ſi cum reliquis conferas nationibus, minimum fuci, plurimum antiquæ ſynceritatis ac fidei & ruſticanæ (ut dici ſolet) ueritatis obtinẽt. ¶ Per omneis fere Græcias.) Græcias dixit, ut nos Gallias & Pãnonias, Hiſpanias, Britãnias, quod harum regionum unaquæq; in plureis portiones diſſecta ſit. ¶ Iulius a magno.) Intertexuit heroicum Maronis carmen, qui. C. Iuliũ Cæſarẽ uoluit ab Iulo Aeneæ filio duxiſſe genus. ¶ Vt intelligeres.) Addidit Epiphonema, huic narrationis parti. ¶ Ita planxit.) Elegans ex cõtrarijs cõflata ſententia. ¶ Quis Clinicorũ.) Plæriq; codices habebãt clericorũ, nõnulli deprauatius Clunicorũ: ſed tamẽ propius ad germanã ac uerã ſcripturã. Cli-

D nicorũ eñ haud dubie legendũ eſt. Nã κλίνη græce lectus eſt, ut intelligas ob debilitatẽ corporis, lecto affixos: cuiuſmodi ſunt podagrici, paralyticiq;. Vnde & medicorũ genꝰ nomẽ habet eorũ, q lecto decũbentes curant. ¶ Si quiſq̃ debilis.) Debiles ſunt, uel mutili, uel manco membro, aut alioquin inutili. ¶ Dimittere loquebatur.) Si mihi permittatur in exemplarium conſenſu mutare ſcripturam, malim iocabatur, q̃ loquebatur, ut intelligamus Paulam, hoc ueluti ioco ſolere placare querimonias amicorũ, ita dicentem: Non facio uobis damnum, imo lucrum, comparo eleemoſynis miſericordiam dei, quam uobis relinquam hæreditatis uice, rem lõge precioſiorem pecunia, aut prædijs. ¶ Imperiales litteræ.) Mirum eſt ætate diui Hieronymi tantam etiamnum imperatorum authoritatem fuiſſe Romæ, ut illorum litteris orientis atq; occidentis epiſcopi Romam contraherentur, ac non potius Romani pontifices, præſertim cum Conſtantinus, iam Sylueſtro ceſſiſſet imperium, ſi uera eſt fama. Sed in alia quadam epiſtola teſtatus eſt, olim omnes epiſcopos inter ſe fuiſſe æquales. ¶ Salaminæ Cypri.) Nam in Cypro inſula Salamis, ſiue Salamina eſt, ut alibi teſtatur Hieronymus, quæ poſtea Conſtantia dicta eſt. ¶ Quorum Epiphanium.) Quorum pro e quibus dixit. Hic Epiphanius uir æloquens & eruditus, multa uolumina conſcripſit aduerſus hæreticos: quæ a doctis legebantur ob rerum cognitionem, ab indoctis ob ſermonis elegãtiam. Vixit ad decrepitam ætatem, ut teſtatur Suidas. ¶ Antoniorum atq; Paulorum.) Feſtiuitatis cauſa mutatus eſt numerus. Significat autem ſanctos monachos Pauli atq; Antonij ſimiles, qui uere monachi ſolitariam uitam exigebant, procul ab omni mortalium ſemoti commertio. ¶ Aperto mari.) Veteres abſtinebant a mari mẽſibus hybernis, quod præcipit Heſiodus quoq;. Nunc media etiam bruma, ſtudium lucri Chriſtianos per omnia trahit maria. Dicitur autem aperiri mare, cum fit nauigabile, nimirum a uernis Fauonijs. ¶ Paruus Toxotius.) Hic erat filius Paulæ, minimus natu inter liberos. Vnde conſentaneum erat illum tenerius ab ea diligi, uel quia ſolus maſculus, uel quia poſtremus omnium natus. ¶ Eſt autem hoc loco iucunda rerum hypotypoſis, non ſine affectibus, ut obiter hoc indicem de arte. ¶ Quod magnam uinceret charitatem.) Pro Charitatem quidam codices habebant pietatem, quamq̃ hic locus mihi uidetur non omnino uacare mendo. Fortaſſe ſic erat legẽdum. Cum dolore pugnabat pietas, in eo admirabilior, quod magnam uinceret pietatem. Siquidem ut affectus in deũ pietas uocatur, ſic & amor erga parẽtes aut liberos, pietas dicitur. ¶ Ad inſulam Põtiam.) Ab oſtio Tyberino in mari Italico, duæ occurrũt Inſulæ, Pontia & Pandataria: in quas apparet olim a Romanis mitti ſolitos relegatos. Addit autem delata, quaſi nõ fuerit omnino huc deſtinatus curſus, ſed uolente deo uenti huc impulerint, ut uideret ueſtiga ſanctarum mulierum. Inſularum meminerunt omnes fere Coſmographi, nominatim Ptolomæus & Mella. Inter Scyllam & Charybdim.) Angu-

ſtum

A guſtum eſt fretum, per quod a mari Tyrrheno, uenitur in mare Adriaticũ. ¶ Venit Methonam.) Methona ciuitas eſt, littoralis Laconicæ, ut Stephanus. Meſſeniæ, ut Ptolemæus. Addit autẽ quaſi per ſtagnum, quod id mare minimũ ſentiat æſtus. Nam mediterraneum mare, locis aliquot, nullo æſtu creſcit, aut decreſcit, non magis q̃ lacus, Cum in Oceano locis quibuſdam, ſurgat ad octonos cubitos, præſertim apud ſeptentrionales. ¶ Et ſale tabentes artus.) Intertexuit uerſus Vergilianos, hemiſtichijs hinc atq; illinc conſarcinatis. ¶ Per Maleam.) Malea promontoriũ eſt Laconiæ, quod non ſine periculo præternauigabatur, id quod græco quoq; teſtatum eſt prouerbio. Refert Strabo libro octauo. Id in mare ꝓtenditur ad quinq; paſſuum milia, ut teſtatur Seruius in quintũ librum Aeneidos. ¶ Et Cytheram.) Ea eſt inſula oppoſita Cretæ. Cõiungit autẽ & Homerus, Maleam ac Cytheram, Odyſſeæ libro nono, cũ Vlyſſes narrat ſe uentis ad Maleam, atq; Cytheram fuiſſe depulſum. Et Plinius libro quarto. Cythera, inquit, cum oppido, ante Porphyris appellata. Hæc ſita eſt a Maleæ promõtorio quinq; milibus paſſuũ, propter anguſtias ibi nauiũ ambitu. ¶ Sparſaſq; per æquor.) Cyclades inſulæ ſunt, paſſim obuiæ in mari: a circuitu dictæ, quod neceſſe ſit eas longo ambitu circuire, ſi Seruio credim⁹. Quãq; diſſentit Pomponius. Hæ ad leuam ſunt una cum Sporadibus, præterlegenti Cretam ad dextram. Hemiſtichia ſunt ex tertio Aeneidos libro. ¶ Concita terris.) Nam ſeuius eſt mare, terra ſepe intercurrẽte. Poſt Rhodum & Lyciam.) Rhodus nobiliſſima inſula eſt, oppoſita Lyciæ, quæ pars eſt Aſiæ littoralis: olim ſeptuaginta cõplectens oppida, teſte Plinio. Porro Rhodus abeſt a littore uiginti milibus paſſuum, olim Ophiuſa dicta. Hãc alibi Hieronymus unam, e Cycladibus facit. ¶ Tãdem uidit Cyprum.) Aduerbiũ tandem, non ſolum indicat longam & moleſtam nauigationẽ: uerum etiam deſyderium Paulæ, cupiẽtis uidere ſuum hoſpitem, nempe Epiphanium. Cyprus ingens & nobilis eſt inſula ad dextram occurrens, emenſis mare Pamphylium. ¶ In breui curſu.) Siquidem ab inſula Cypro, ad continentem Syriæ, non admodum longus eſt traiectus, id quod apparet in tabulis coſmographicis. Porro Seleucia ciuitas eſt nobilis in promontorio Syriæ. ¶ De qua aſcendẽs, Antiochiam.) Poſt Seleuciam occurrit Antiochia, quæ eſt Syriæ Coeles. Nam ſunt aliæ complures huius nominis. In hac Paulinus erat epiſcop⁹, ſicut indicatum eſt antea. Quin etiam hæc Syriæ pars, quæ Seleuciam complectitur Antiochia dicta eſt, ut teſtatur Pomponius. ¶ Modicum charitate detenta.) Paula feſtinabat ad loca ſancta: tamẽ hoc tribuit charitati Paulini, ut illic pauliſper cõmoraretur. Addidit detenta, ut intelligas retinente Paulino, non ſua ſponte manſiſſe. Cum hoc Romæ conſuetudinem habuerat, ut indicat alibi diuus Hieronymus. Apud quẽ duos reperies Paulinos, alterum monachum celebrem, poſtea Nolanum epiſcopum: cuius extant

B aliquot epiſtolæ ſcriptæ ad diuũ Auguſtinũ, & ad hũc una diui Hieronymi. Alterum de quo hoc agit loco, Is fuit Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus, non is opinor, qui numeratur uigeſimus ſecundus, medius inter Philogonũ & Euſtathium, ſed quem Lucifer ab exilio reuocatus, accitis duobus alijs cõfeſſorib⁹, Antiochiæ epiſcopũ fecit, Euſtathij epiſcopi preſbyterũ, qui ſe nunq; hæreticorũ cõmuniõe polluerat. ¶ Media hyeme.) Apparet totam æſtatem nauigatione conſumptam. Eleganter retulit contraria, Brumam & ardorem fidei: ſicut & mox, eunuchorum manus, & aſellũ. ¶ Bæryto Romana Colonia.) Hæc eſt in ora Syriæ Antiochenæ, ſubiecta Libano, ut teſtatur Pomponius Mella. Meminit & Strabo. Eadẽ dicta eſt, felix Iulia, ut teſtat Plinius libro quinto, capite uigeſimo. ¶ Syriæ Coeles & Phœnicis.) Phœnices lego non Phœnicis. Vtraq; pars eſt Syriæ. Nam iuxta Plinium Syria, qua contingit Arabas, Paleſtina uocat. Deinde erat Iudæa & Coele, poſtea Phœnice, & qua recedit interius, Damaſcene, ac magis etiam meridiana, Babylonia. Dicta eſt autẽ ea pars Coele, quod græcis cauam ſonat, quod campeſtris ſit & humilis regio. ¶ Non em̃ hodœporicũ.) Id eſt, itinerariũ. ὁδὸς græce uia eſt, πορεύομαι ambulo. Inde ὁδοιπόροι uiatores, aut iter facientes & ὁδοιποϱικὸν opus cõſcriptum de his quæ in itinere accidũt. ¶ In Sarepte.) Ciuitas Sidoniorum iuxta publicam uiam ſita, quondam habitatio Heliæ, ut teſtatur alibi. Quo loco, ſicut uidetur ætate diui Hieronymi, ſolebat oſtẽdi turris prophetæ, ob memoriã egregij miraculi, quod refertur tertio libro Regum, capite decimoſeptimo. Nec caret Emphaſi, quod addit, antiqua urbe Sidone derelicta. Nam Sidon ſæpe nominatur in litteris prophetarum, ſed ut opulenta & ſuperba. Magis igit̃ placuit ſanctæ mulieri turricula, quæ paupertatis admoneret, quã diues illa Sidon: cum ipſa relictis diuitijs, ad paupertatẽ properaret. Eſt autem Sidon urbs Phœnices, terminus Chananeorum ad aquilonem, iuxta Libani montis ortum ſita. Quæ ceciderat quidem in ſortem tribui Aſſur: uerum non fuit poſſeſſa, quod incolas non ualuerint expellere. Plinius ſignificat artificio uitri quondã fuiſſe nobilẽ. Idem meminit & Sarepte. ¶ In quibus genua.) Tyrus metropolis eſt Phœnices in tribu Neptalim, uiceſimo ꝓpe miliario a Cæſarea Philippi. Porro quod ait, ꝑ arenas Tyri, ſignificat, id quod narratur in Actis apoſtolicis, capite uigeſimo primo. Paulum cum Tyro nauigaturus eſſet Ptolemaidem: poſitis genibus in littore oraſſe. ¶ Peruenit ad Cod.) Quidam codices habebant Cob, ciuitas eſt Iudææ maritima, prope montem Carmelũ, cui nomen immutatum a Ptolemæo quopiam Ptolemais. ¶ Per campos Mageddo.) Hiſtoria extat quarto Regum libro, capite nono. De Oçochia a Hiehu interfecto, qui perijt in cãpo Mageddo. Obuenerat hæc pars ſorti tribui Manaſſe, uerũ non potuit priſtinos habitatores depellere. ¶ Terram Philiſtijm.) Diuus Hieronymus in Hebraicis quæſtionibus Philiſtæos putat eſſe, quos nos corrupto uocabulo Palæſtinos appellamus. Alibi ſcribit Philiſtijm uocatam fuiſſe Aſcalonem, & oppoſitam regioni Paleſtinæ. ¶ Mirata ruinas Dor.) Olim ciuitas erat, nouem milia paſſuum diſtans, a Cæſarea Palæſtinæ, proficiſcẽtibus Tyrum. Hieronymus in locis Hebraicis, oſtẽdit hanc ſuis temporibus fuiſſe deſertam. Vnde hic quoq; ruinas dicit. ¶ Verſa uice Stratonis turrim.

C Versa uice, id est, ecõtrario. Sicut Dor olim celebris, nunc extincta est: ita turris Stratonis olim oppidulum ignobile, extructa est in preclaram urbem. Hanc Hieronymus putat olim uocatam Accaron. Plinius indicat dictam fuisse Apolloniam. Deinde ab Herode rege conditam, Cæsaream nominatam: postremo Coloniam primam Flauiam, ab imperatore Vespasiano deductam. ¶ Cornelij domum.) Paulus salutat in epistolis ecclesiam, quæ sit in Cornelij domo. De domo huius Cornelij, legis in actis apostolorum, capite. 10. Et Philippi ædiculas.) De hoc fit mentio in actis apostolicis, capite uigesimo primo. Ad hunc Paulus diuertit. Fuit autem unus ex euãgelistis septem. ¶ Cubicula quatuor.) Nam in eodem loco traditur quatuor Philippus habuisse uirgines prophetantes. ¶ De patris nomine.) Nempe Antipatri, fuit em Antipatris ciuitas Palæstinæ, quã Hieronym⁹ alibi dirutam fuisse testatur ætate sua. ¶ Et Lyddam uersam.) Et hæc maritima ciuitas est Palestinæ, postea commutato nomine uocata Diospolis. i. Iouis ciuitas. Meminit & Plini⁹ Lyddæ, libro quinto. ¶ Dorcadis atq; Aeneæ.) De Dorcade ad uitam a Petro reuocata, legis in actis apostolorum, capite nono. Id autem accidit, non in Lydda, sed in Ioppe: quod & ipsum est oppidum Palæstinæ maritimum, haud longe a Lydda: in qua paulo ante idẽ Petrus sanauerit Aeneam, octo iam annos affixum grabato ob paralysim, ut in eodem capite narratur. Porro Hieronymus ait Lyddam utroq; nobilem, quod Lyddæ nũciatum esset Petro de morte puellæ, &, ut dixi, non longe abesset a Ioppe. Alioqui poterat memoriæ lapsus uideri. Ac sanitate inclytam.) Quidam codices pro sanitate habebant sanctitate, sed mendose. Nam quod ait, resurrectione, ad Dorcadem refertur, quæ reuixit. Quod ait sanitate, ad Aeneam pertinet paralysi liberatum. ¶ Nobe urbem quondam sa.) Hanc Doeg Idumæus funditus euertit, trucidatis octoginta quinq; uiris uestitis Ephod lineo, interfectis & mulieribus & pueris: ut legimus primo Regum libro, capite uigesimo secũdo. Hæc ciuitas erat olim sacerdotibus separata. ¶ Portum Ione.) Ioppe meminit & Plinius, Ioppicam eam uocans. Portum Ionæ uocat, quod Ionas propheta cum fugeret Tharsis, hic nauim cõscenderit: ut legitur apud hunc ipsum, capite primo. Porro Ioppe portum fuisse Iudeæ, testãtur Regum & Paralipomenon libri: ad quem rex Hiram ligna de libano ratibus transportabat, ut illinc terrestri itinere Hierosolymã deueherentur. Est autem oppidum Palæstinæ maritimum in tribu Dan. ¶ Religatæ ad saxum.) Fabula de Andromada ad saxum allígata, ut beluæ marinæ exponeretur, quam Perseus eo periculo liberauit, extat apud Ouidium libro Metamorphoseon quarto. Eleganter autem Hieronymus dixit spectatricem. Siquidem, ut refert Pomponius Mella, ostendebãt olim Ioppenses clarum uestigium Andromades a Perseo seruatæ, ac beluæ marinæ, immania ossa: atq; his argumentis contendebant hoc oppidum
D ante diluuium fuisse. Diuus Hieronymus in Ionæ commentarijs, scribit suis ad huc temporibus in littore ostendi solere saxa, quibus Andromada fuisset allígata. Plinius prodidit, Ioppen in colle sitam esse, præiacente saxo: in quo uinculorum Andromadæ uestigia ostenderẽtur. Eam illic coli, fabulosam ceto. ¶ Repetitoq; itinere.) Vel quod ibi quieuerit, uel quod iam magis deflectat ad meridianã Syriæ partem. Q̃q; Plinius & Ptolemæus Neapolim habent, sed aliam ab hac. Hieronymus in locis Hebraicis, indicat hanc inclytam fuisse ciuitatem Palæstinæ, patriam Cleophæ. De Neapoli postea meminerit. ¶ Cleophæ domum.) Apparet illic ecclesiam ostendi solere, quæ fuerit aliquando domus Cleophæ, in qua Christus, ut sacerdos fregit panem, atq; ita dedicauit. ¶ Bethoron superiorem & inferiorem.) De Bethoron superiore & inferiore condita a Sara, habes primo Paralipomenon capite: & secundi capite octauo, quod Solomon extruxerit Bethoron superiorem & inferiorẽ, ciuitates muratas, habẽtes portas, & uectes & seras. &c. Aialon & Gabaon.) Ciuitates sunt inter se finitimæ. De hac uictoria Iosue, & quomodo sol & luna pugnante illo steterint immoti, legis Iosue capite decimo. Hieronymus in descriptione Iudææ uocat Haialon, si modo codex non est mendosus. Esse autem uallem & præruptũ sup quod orante Iesu, quondam luna stetit iuxta uillam. Nomen manebat etiam ætate Hieronymi contra orientem Bethelis. Tribus ab ea milibus distat, haud procul a Gabaa, & Rama Saulis urbibus. ¶ Et concubinæ in frusta diuisæ.) De uxore Leuitæ nefarie constuprata a Beniamitis, & ad mortem usq; multorum libidine defatigata, deq; eiusdem cadauere in duodecim dissecto partes, quæ singulæ ad singulas tribus missæ sunt: deq; Beniamitica tribu propemodum ad internitionem deleta, legis Iudicum, capite decimo nono, & item capite uigesimo. Propter Paulum apostolum.) Hoc adiecit, quod Paulus Beniamiticæ tribus fuerit, ut ipse testatus est. Vnde & illud in illum accõmodatur: Beniamin lupux rapax. ¶ Quæ Adiabenorum regina.) Hoc adiecit, ne putaremus de Helena Argiua dictum. Porro Adiabeni in Assyria sunt. Siquidem Syriæ pars ultra Armeniam, olim Adiabene uocabatur. Stephanus ostendit mediã fuisse inter Euphratẽ & Tigrim. Vnde & Messene sit dicta. Quidã hinc uocabulũ inditũ putant Adiabene, quod ob frequentiam occurrentium fluminum transiri facile non possit. In hac Suidas putat inueniri Naphthã, id est, bituminis genus. Item fauces, quas uocant, ἄοξενον στόμιον, quod hinc halitus exeat adeo pestilens, ut non solum animantia terrestria, si accesserint, uerum etiam superuolantes aues interimat. Qui si spargeretur, regionem prorsus inhabitabilem redderet. Nunc rectus fertur in sublime, ac mox refractus deorsum reflectitur. Ita fit, ut nec ea quæ sint in aere admodũ sublimi ledant, nec quæ in ambitu uersantur. Mausoleum magnificum monumentum uocant a Mausolo Cariæ rege, cui uxor incredibili sumptu monumẽtũ extruxit, haustis etiam in potu mariti cineribus. Vnde postea oia monumẽta Mausolea dici cœpta: cuiusmodi ob meritũ Helenæ uidetur illic erectum. ¶ Vrbem trinominem.) Olim dicta est Salem, ut putat Iosephus. Vnde Melchisedek dictus est rex Salem: & inflexo nomine uocata est Salyma: deinde Solyma. Eadẽ dicta est Iebus, a Iebusæis incolis. Quibus eiectis

rex Dauid

A rex Dauid eam totius Iudeæ metropolim fabricatus est. ¶ Ab Helio postea Hadriano.) Apparet Hadrianum imperatorem prenomine Helium fuisse dictum: atq; hinc ciuitatem Heliam, siue Aeliam fuisse uocatam, quod hãc a Tito destructam, sic instauratam auxerit, ut loca resurrectionis & inuentæ crucis, quæ prius extra mœnia fuerant, ætate diui Hieronymi, septentrionali muro circũdarentur, ut ipse testatur alibi. In Chronicis Eusebianis, testatur hãc urbem ab Helio Hadriano conditã fuisse, & in fronte eius portæ, qua Bethlehẽ uersus erat iter, sus habebatur marmori insculptus, significans Romanæ potestati subiacere Iudæos. Porro contumelioso symbolo, per suem representabant populum Iudæorum, quod ea gens a suillis carnibus superstitiosissime abhorreat. Sunt qui putãt hanc non ab Helio Hadriano, sed a Tito Helio Vespasiani filio extructam fuisse. ¶ Sion, quæ in arcem.) Sion Hebraice sonat arcem siue speculam. Nam Sion mons est, in quo sita est Hierusalem, ut testatur Hieronymus in cõmentarijs Esaiæ. ¶ Ariel, id est, leo dei.) Sic eñ Hebræis sonat Ariel, & ita uerterunt Aquila & Symmachus teste Hieronymo. Atq; ita uocat Hierosolymam, non iuxta historiã, sed iuxta allegoriam: alioqui Ariel ciuitas est diuersa ab Hierosolyma. Hãc quidam putãt esse quam uocant Areopolim, quod Martis idolum adhuc ibi coleretur. Sed quomodo hanc expugnarit Dauid, & eandem reædificarit: quoniã paucis explicari non potest, qui cupiet cognoscere, legat interpretationem diui Hieronymi, in hunc locum Esaiæ, capite uigesimo nono. Nam dissensus interpretum facit, ut alij intelligãt expugnatam & captam, alij instauratam. Supra centum & uiginti.) Id narratur a Luca in apostolorum actis, capite primo. ¶ Vt loelis uaticiniũ comp.) Quod est apud hũc prophetã, capite secũdo. Sed & super seruos meos & ancillas, in diebus illis effundam spiritum meum. ¶ Perrexit ad Bethlehem.) Oppidum est distans ab Hierusalem sexto miliario, contra meridianam plagam, iuxta uiam quæ ducit Chrebron, teste Hieronymo. ¶ Ad sepulchrum Rachel.) Locus est haud procul a Bethlehem in Ephrata, cui nomen inditum est, sepulchrum Rachel, quod illic sepulta sit, ut testatur Hieronymus in Matthæum: & itẽ in Hieremiam. ¶ In quo Beniamin mater.) Rachel cum eniteretur Beniamin, seq; sentiret dolore mori, uocauit eum Benoni, id est, filium doloris mei. Sed pater inflexit nomen in melius auspicium, & uocauit eũ Beniamin, quod sonat filius dextræ. Ita legis Geneseos, capite trigesimo quinto. ¶ Specum saluatoris.) Quod illic putetur fuisse natus Christus. In eodem propheta.) Nempe Esaia, cuius hæc uerba sunt, capite trigesimo secundo. Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bouis & asini. Vtrũq; uero prophetæ locum detorsit ad hanc rem, festiuiter magis q̃ serio. Nec enim de hoc asino aut boue locutus est propheta. Quin & illud annotandum, aliquanto secus Hieronymum hunc locũ citare, q̃ habeatur apud Esaiam. ¶ Cernere se oculis fidei.) Ad hunc respexit locum qui librum illum conscripsit, cuius initium est: Cogitis me o Paula & Eustochium, quisquis is fuit (nam Hieronymum authorem non esse, suo docebimus loco) cum ait: Ad presepe quoq; o Paula, te teste nato puero, & cætera quæ sequuntur. ¶ Bethlehẽ domus panis.) Hoc eñ Hebræis sonat Bethlehem, ¶ Salue Ephrata.)

B Hebræis Ephrata fertilẽ, aut frugiferã sonat. Est aũt Bethlehẽ in Ephrata, ut paulo superiꝰ ostensum est: & palam testatur Hieronymus, exponens psalmũ centesimum trigesimum primum. Regio inquiens Bethlehem usq; hodie appellatur Ephrata. Huius rei & aliæ scripturæ, testes sunt: Ephrata ipsa est Bethlehẽ. ¶ Atq; καρποφόρε.) Id est, frugifera, καρπὸς fructus est, φέρω, fero. Inde καρποφόρος, ferax siue fertilis. ¶ Zod quippe.) Varie deprauatus est hic locus, ob utriusq; sermonis Hebraici Græciq; insciti ã. Nõnulli codices habebãt Zop, nõnulli Sod, nõnulli ו Vau. Hebræi genꝰ nois aut psonæ, appositicia littera notant, non pronomine sicuti Græci & Latini. Proinde si scribaẽ cũ adiectione ה he שִׁמְעָנוּהּ, significabit audiuimꝰ eã, genere fœmineo. Si cũ adiectione ו Vau שִׁמְעָנוּהוּ, significat audiuimus eũ, genere masculino. Quãq; in Hebraicis pariter & latinis exẽplaribꝰ habetur hic locus genere fœminino p ה he שִׁמְעָנוּהּ. i. audiuimus eã, & מְצָאנוּהָ, id est, inuenimꝰ eam. Itẽ ἠκούσαμεν αὐτὴν καὶ εὑρομεν αὐτήν. Nec huiusce rei mentionem facit Hieronymus hunc enarrans psalmum, si uel illius, uel certe integri sunt illi cõmentarij. Vnde uidetur ad id data opera detorsisse, ob loci huius commoditatem. ¶ Vt te docente didici.) Hoc ita legendũ est, ut accipias Paulam, hæc loqui præsente Hieronymo, ad quem uerterit orationem, & a quo sermonem Hebraicum didicerit, quemadmodum testatur & postea. Vel ex hoc loco conijcere licet, diuũ Hieronymum Paulæ totius huius peregrinationis comitem fuisse. ¶ Ador.) Nam ea uox Hebræis significat, gregem uel populum. Historiam hanc legis, Geneseos capite uigesimo nono. Quidã putant Ador esse locum in quo fuit ædificatum templũ. Turrim Ador, id est, gregis appellatam, ob congregationẽ totius gentis. Diuus Hieronymus in Hebraicis quæstionibus putat esse locum iuxta Bethlehem, in quo grex angelorum cecinit in ortu domini, uel in quo Iacob pecora pauit, atq; hinc inditum nomen. Meminit huius loci Micheas. Et tu turris nebulosa filia Sion. ¶ Litus in postibus.) Litus participiũ est a lino, quod significat inunctus. Alluſit ad historiã Exodi. Per uiam ueterẽ.) Sic appellatur in sacris litteris. Nec temere addidit, hoc cognomẽ: nimiq; innuens ueteris esse uitæ nõ Christianæ, studere diuitijs. Quæ ducit Gaçã.) Nã Gaça quõdã Phœnices post Palestinæ ciuitas fuit, siqdẽ Stephano credimus: de qua dictũ est alibi. Porro Gaça persica lingua diuitias significat: qua uoce tamẽ sint usi latini, uelut Horatiꝰ in odis. Icci. Beatis nũc Arabũ inuides Gaçis, quod ea gens opulẽtia immodica fuerit infamis. Pomponiꝰ Mella, ꝓdidit Gaçã persica lingua sonare ærariũ, & hinc nomẽ inditũ huic urbi, quod cũ Cambyses armis Aegyptũ peteret, huc belli & opes & pecuniã cõtulisset. Vocẽ barbarã usurparunt latini ꝓ thesauro. Porro quod Hieronymꝰ addidit, uel potentiã dei, huc p

tinet,quod eadem ciuitas dicta est Aça.Porro Aça Hebræis significat, robusta seu fortis. ¶Quomodo
C Eunuchus Aethiops.) Alluſit ad hoc,quod refert Lucas in Actis apostolorum,capite octauo.Angelus autem domini locutus est ad Philippum,dicens:Surge & uade contra meridianum,ad uiam quæ descēdit ab hierusalē in Gaçam: hæc est deserta &c. Nec temere meminit de Aethiopis mutata pelle, quod locus quem legebat Eunuchus haberet illa:Et sicut agnus coram tondente &c.Simulq; respexit ad illud Hieremiæ,capite.13.Si mutare potest Aethiops pellem suam &c. ¶Vetus relegit instrumētum.) Hoc refert ad uiam ueterem,quæ quasi notabat uetus instrumentum. ¶ Fontem repperit.) Velut aquam uiuam & nouā, qua renasceretur. Et apte discedit a Gaça, futurus Christianus. De fonte uero mox dicā. ¶ A Bethsur uenit.) Hæc ætate Hieronymi uocabat Bethsura: uicus est in tribu Iuda,obuius uigesimo lapide euntibus ab Hierosolyma Chebron. Iuxta hunc fons est ad radices montis ebulliens,qui ab eadem in qua gignitur humo sorbetur.In hoc fonte putant eunuchum Candacis reginæ baptiçatū fuisse. ¶Escol.) Opinor hanc esse Escaul,quam Hieronymus indicat obuiam ad septentrionem ab Eleuthero poli proficiscētibus Nicopolim.Escol autem אֶשְׁכֹּל Hebraice sonat botrum.Diuus Hieronymus in Hebraicis quæstionibus,ostendit Mambre & Escol fratres fuisse amicos Abrahæ.Vnde nomē inditum est locis. ¶Saræ cellulas.) Id est,paruas ædiculas,quæ illic monstrabantur,ob miraculū antiquitatis,in quibus genuit Isaac. ¶Ac uestigia quercus.) Nempe apud Mambre, de qua dictum in superioribus scholijs. Vestigia uocat monumenta,quæ diuus Hieronymus alibi testatur extitisse usq; ad tempora suæ infantiæ:quamq; ibi terebinthum uocat. ¶Atq; inde consurgens.) Nam Chebron haud procul abesse a conualle mambre,in qua deum uidit Abraham,legimus Geneseos,capite decimo tertio.Hæc uillula dicta est & Chariath arbe.Abest ab Hierosolyma uiginti duob⁹ ferme passuū milibus. ¶Cariath arbe.) Cariath arbe sonat Hebræis uicum,uel oppidum quatuor uirorum,quod illi putant illic quatuor esse sepultos Adam,Abraham,Isaac & Iacob. Porro eūdem fuisse locum Chebron & Chariath arbe,testatur Iosue caput decimumquartū. Rursum libri Iudicum,caput primum. Antiquitus dicebatur Cariath arbe,postea cōmutato noie dictus est Chebron. ¶Adam magni.) Sic em̄ legis Iosue,cap̄.14.Adam maximus ibi inter Enakim situs est.Sed de his diximus alias. ¶Caleb quartū putēt.) Hic erat filius Iephone, cui Iosue montem Chebron possidendum tradidit,ut habetur eo quem modo citaui loco. Montanam em̄ fuisse regionem significat, cū ait,ascēdit Chebron. ¶Cariath sepher.) Quod Hebræis sonat, uiculum litterarum.Hunc locum olim Dabir uocatum fuisse, postea dictum Cariathsepher,testatur Iudicum libri,caput primum,& eundem nō procul abfuisse ab Chebron. ¶Litterā occidentem.) Alluſit ad illud Paulinum.Littera occidit,spiritus autem uiuificat. ¶Othoniel filius Iepho.) Quemadmodum Axa uxor Othoniel,suasu mariti petierit a patre suo Caleb,irriguū superius & inferius,pro arente terra Australi,legis Iosue,cap̄.15. ¶Caphar Barucha.) Sonat uillam benedictiōis. Quomodo Abraham p
D duxerit angelos euntes Sodomā,legis Geneseos,capite decimo octauo.Apparet in monte locum esse. ¶Latam despiciens.) Nimirum e monte: & desertum est ad meridiem. ¶Ac terram quondam Sodomæ.) Quondam dixit,quia nunc lacus est pestilens,quem mortuū uocant mare. Cæteri lacum Asphaltiten,a bitumine quod solū gignit. Apud Strabonē Sirbonis ni fallor appellatur,de quo prodigiosa quædam prodidit libro decimo sexto,Addens Sodomam metropolim fuisse regionis olim tredecim oppidis habitatæ: quæ deinde terremotu sit absorpta, quod terra fuerit ignea.Eratosthenes putat id lacuum inundatione contigisse,qui subinde erumpentes terram contexerint. ¶Balsami uineas.) De uinea Engaddi fit mentio in Cantico cāticorum, Botrus Cypri dilectus meus mihi in uineis Engaddi.Hieronymus in Hebraicis quæstionibus ostendit grandem uicum fuisse in tribu Iuda, palmarum & opobalsami fertilē,prius dictum Asason Thamar,id est,urbs palmarū.Imminet mari mortuo. ¶Cuius opus sunt.) Significat incestum cōcubitum Lot, cum utraq; filia:e quarum altera natus est Moab princeps eius populi:ex altera Ammon,author primus eius gentis. Vterq; populus illaudatus in diuinis litteris. ¶Et Segor uitulum conternantem.) Segor ciuitas,sola superfuit ex incendio quinq; ciuitatū Sodomorū. Imminet mari mortuo,diuidit Moabitas a Philistæis.Hieronymus testatur in hac positum fuisse præsidiū Romanorū.Iuxta hanc gigni balsamū, & poma palmarum, pristinæ ubertatis indicia.Quōdam uocata fuit Bala, quod Hebræis sonat absorpta:quod tertio terrarū motu fuisset prostrata. Vnde & Lot ei loco diffidebat. Segor autē Hebræis sonat paruulam seu iuniorem.Syrorum autem lingua Zoara dicitur: uoce idē significāte illis, quod Iudæis Segor. Porro quod adiecit,uitulā cōternantē,uoce nimirū a ternione cōficta,qd' apud Hebræos habeat̄ שְׁלִישִׁיָּה,sumpsit ex Esaiæ,cap̄.15. Vectes ei⁹usq; ad Segor uitulā cōternantē. ¶Speluncæ Lot.) Apparet ostendi solere speluncā in qua filiæ Lot,cū eo cōcubuerūt. Descenderat em̄ in speluncā diffisus urbi Segor:& ob eā causam diuus Hieronymus nō putat excusandū Lot,ut cui dns promiserit in Segor tutū fore ab incēdio. ¶Diu hæreo in meridie.) Significat hanc partē Australē fuisse.Quidā codices habebāt:Deinde diuertit ad meridiē:uerū prior lectio plus habet festiuitatis,propter phantasiā historicā.Imaginatur em̄ se in his locis uersari,quos describit,& uelut animo obambulat. Possunt aūt hæc uerba ad Paulā accōmodari,ut eā ita loquentē faciat: Diu hereo in meridie,uelut offensam memoria rerū parū lætarū, præsertim cū illic dormiat sponsus in cāticis,quē magis expedit in nobis uigilare. Porro de Ioseph qui iussit adesse fratres suos,ut secum conuiuium agerent in meridie, legis Genesis,capite.43. Cuius conuiuij simulq; capitis hic est finis :Biberuntq; & inebriati sunt cum eo. Ab his igitur male ominatis locis reflectit se ad montem Oliueti, ut felicioris ominis.

Reuertar

A ¶ Reuertar Hierosolymam.) Ab extrema meridiana parte, reflectit ad septentrionem & occiden tem. ¶ Et per Thecuam atq; Amos.) Duo montes sunt in conspectu redeuntibus a mari mortuo Hierosolymam, ultra hos ostendit se mons Oliueti. Thecua buccinam, sonat. Amos fortem. ¶ Ru/tilantem montis oliueti crucem.) Apte dixit rutilantē, ob ruborem sanguinis. Nōnulli codices ,p crucē scriptū habebāt lucē, ut intelligas de luce ascēdētis in cœlū Iesu. ¶ In quo p ānos singulos.) Sic habes in Numeris. ca. 19. ¶ De quo saluator ascēdit ad patrē.) Montē oliueti, torrens Cedron interfluit, eūq; diui dit ab Hierosolyma ad exortū solis, ubi ultima uestigia dñi humo impressa, adhuc ætate diui Hieronymi monstrabant, ut ipse litteris prodidit, non absq; memorabili miraculo. Etem cū terra eadem, quotidie a credentibus hauriretur, nihilominus sancta illa uestigia, cōtinuo pristinū statum recipiebant. Addit & aliud miraculum, cum eo in loco conderetur ecclesia, summum illius cacumen nunq; potuit contegi neq; concamerari, sed semper ab ima terra usq; ad summū cœlū patuit iter, qua dominicū corpus ascen/derat in cœlum. Ad huiusmodi igitur spectacula properabat Paula. Abest mons ab Hierusalem, itinere sabbati, in hoc Christum ascendisse, testatur Lucas in actis, capite primo. ¶ De tēplo transmigrantes.) De Cherubim migrātibus, legis apud Ezechielem, capite decimo. Rursum de nouo templo, per quod uult intelligi Christianam ecclesiam, legis apud eundem, capite quadragesimo. Refert simile quiddam & Iosephus de transmigratione uirtutum e templo. ¶ Sepulchrum Laçari.) Id ostendebatur in Betha nia. Ea est uilla in latere montis oliueti, secundo lapide ab Hierosolyma. Quo in loco extructam eccle/siam fuisse, testatur alibi Hieronymus Laçari suscitati monumentum. ¶ Betphage uillam.) Betphage uiculus erat sacerdotum, in mōte Oliueti situs. Sonat autem ut uidetur Hebraice, domus maxillarum. Sic enim exponit Hieronymus enarrans euangelium Matthæi. Ex hoc loco Christus misit suos discí/pulos, qui adducerent pullum asinæ, quem nunc trahit ad allegoriam. ¶ Rectoq; itinere descendebat Hiericho.) Recto, quia ante hac ob montes obuios, nō nihil circumacta est. Cæterum Hiericho dicta est & oça. Est in tribu Ephraim, oppidum bis subuersum, bis item instauratum. Hoc dominus Iesus di/gnatus est sua illustrare prædicatione. ¶ Cogitans illum de euangelio.) Via quæ ducit ab Hierusalem in Hiericho fuit olim infamis latrocinijs. De parabola uulnerati a latronib⁹, legis Lucæ, capite decimo. ¶ Et locū Abdomim.) Hebræis enim sonat sanguinem. ¶ Et arborem Sycomorum.) Id accidisse iux ta ciuitatem Hiericho, testatur Lucas, capite decimonono. Apparet arborem adhuc monstrari solitam ætate Hieronymi. ¶ Peccata calcabat.) Quod Zacheus arborem sycomorum ascendit, uti Iesum ui/deret, legis Lucæ decimo nono, idq; accidit in Hiericho. Sycomorus autem sonat fatua ficus, quam
B Hieronymus interpretatur peccata, lœtaliter dulcia. Ea calcat, qui festinans ad Christum, erigit se in al/tum, & prius amatas illecebras spernit. ¶ Cæcorum loca.) De duobus cæcis legimus apud Matthæum capite nono. Verum hos duos nō illuminauit priusq; reuersus esset in domum suam, hoc est Naçareth. Cæterum Barthimeum, Thimei filium sanauit in Hiericho, peruictus illius improbis clamoribus, ut re fert Lucas, capite decimooctauo, ubi palam indicat hoc accidisse in uia, quæ ducit Hiericho. ¶ Funda uit Hasel in Abiram.) Ita Iosue, capite sexto, imprecatus est, postq; hanc urbem euerterat. Maledictus uir coram domino, qui suscitauerit & ædificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamen ta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Hanc enim Iosue subuertit funditus. ¶ Et aceruum præputiorum.) Nam Hebræis Galgala sonat collem præputiorum, uel collem circūcisionis. Hæc uocabatur secunda circūcisio facta per Iosue, sicuti refertur Iosue, capite quinto: eiq; loco nomen est inditum Galgala, qui factum testaretur. Huc respexit Hieronymus, cum ait: secundæ circūcisionis mysterium, interpretans euangelium, quæ circūcisio est non carnis, sed affectuum animi. Ostēdebatur ætate Hieronymi locus desertus, eorum, quæ illic fecit Iosue uestigia retinens, miro cultu habitus ab il/lius partis incolis, hoc est orientalibus. ¶ Et duodecim lapides.) Duodecim lapides quos Iosue, premo nitus a deo, iussit ab electis e singulis tribub⁹ uiris deportari, e Iordane sublatos, legis Iosue, capite quin to in ipsa statim fronte. ¶ Et fontem quondam legis.) Hoc primum miraculum fecit Heliseus, post ar reptum in aera Heliam, atq; id temporis habitabat Hiericho. Quæ ciuitas cum esset accommoda inco lis, sed aquas haberet steriles & insuaues, Heliseus sale immisso in fontem, reddidit eas salubres ac fer tiles, ut legis quarto Regum libro capite secundo. Verum autem Heliseum, Christum interpretatur Hieronymus, qui amaram & inutilem Moysi legem, sua gratia condulcauit & salutiferam reddidit. ¶ Feruentissimo æstu.) Subest tacita ἐναντίωσις, in nocte & æstu feruentissimo, iam nondum orto sole tamen illa feruebat, & ideo properabat ad flumen. ¶ Quomodo in medio Iordanis.) Quemadmodū aquæ Iordanis inferiores in mare defluxerint, superiores constiterint, montis instar intumescentes, alueo qui in medio erat sicco relicto, donec sacerdotes portantes arcam fœderis una cum populo tran sirent: Legis Iosue, capite tertio. ¶ Longum est, si uelim de Achor.) De Achan lapidato a filijs Israel, omnibus illius facultatibus igni exustis, propterea quod suffuratus fuerat de rebus hostium, lege Iosue caput septimum. Achor autem interpretatur turbationem, quod Iosue dixerit ei qui peccarat: Quia turbasti nos, exturbet te dominus in die hac. ¶ Bethel domo dei.) Id enim sonat apud Hebræos Be thel. De Iacob legis Geneseos, capite uigesimo octauo: quomodo suppositio capiti lapide dormiens ui derit mysticam illam scalam. Cōnexuit autem huius lapidis allegoriam, cum eius allegoria, de quo scri bit Zacharias, capite tertio. Quia ecce lapis quē dedi coram Iesu, sup lapidem unum septem oculi sunt.

Sepulchra

C ¶ Sepulchra quoq;.) De Ioſue ſepulto in monte Ephraim: deq; Eleaçaro filio Aaron, & illic ſepulto, legis Ioſue capite ultimo. Porro mons Ephraim uergit ad deſerta, in quo ciuitas eſt Thamnaſara, ſiue Thamna: in hac Hieronymus indicat ſuis quoq; temporibus magnum ſepulchrum oſtendi ſolere. Porro mōtis nomē eſt Gaa. In Gabaa.) Gabaath eſt in tribu beniamin, urbs Phinees. ¶ Quod diſtribu tor poſſeſſionū &c.) Nam Ioſue in ſua poſſeſſione legitur fuiſſe ſepultus. Ea ſita eſt in monte Ephraim. Vnde mirata eſt Paula, quid ſibi uoluerit Ioſue, quod mōtuoſa & aſpera ſibi ſumpſerit, cū ipſi in manu eſſet, cāpeſtria quæ fertiliora ſūt deligere, Siue quod id eſſet ſingularis cōtinentiæ, neq; em̄ hui⁹tēporis principes meliora tātū ſumerēt, ſed ſi poſſent oia uendicarent, Siue quod ſubeſt myſteriū, uirtutē nō in mollibus, ſed in duris & arduis rebus eſſe ſitam. ¶ Et raptū Sabinarum.) Romani per ſpeciē ludorū ſolē nium, Sabinorum mulieres rapuerunt, ne noua ciuitas, inopia mulierum periret, ut refert Titus Liuius libro primo. Itidem & Beniamitæ, ne periret tribus, quæ propter conſtuprationem unius mulieris pe ne deleta fuit, rapuerūt puellas aliarum tribuum: ſolēnes choros ducentes in Silo. Hiſtoriam legis ludi cum capite ultimo. ¶ Altare dirutum.) Quoniam Beniamitæ ſacrificantes ex inſidijs adoriebantur. ¶ Præcucurrit.) Vel quia tempore prior, uel quia uiolentior. Certe ſimilis utriſq; cauſa: & ſimili occa ſione utriq; ſunt uſi. ¶ Tranſiuit ſichem.) Ea fuit ciuitas Iacob, ſic uocata a filio Emor regis ſui. Eſt au tem in Samaria, non procul a ſepulchro Ioſeph. Iuxta hanc dominus Ieſus collocutus eſt cum muliercu la Samaritana. Quo quidem in loco poſtea eccleſia extructa eſt, ex latere montis Gaçirim. Eam ſuis ad huc temporib⁹ extitiſſe, teſtatur alibi diuus Hieronymus. De Neapoli meminit Plinius & Ptolemæus. Cæterum in locis Hebraicis Hieronymus hanc urbem Sichar uocat, niſi corruptus eſt codex. ¶ Doſi thei errore.) Is hæreticus fuit Iudaiçans. ¶ Sebaſten, id eſt, Samariam.) Samaria regalis erat ciuitas tri bus Iſrael, in uertice Somer montis ſita, media inter Galilæam & Iudæam. Vnde quondam omnis illa regio Samaria fuit dicta. Ciuitas ipſa ab Herode Antipatri filio, græco uocabulo σεβαστὴ dicta eſt, quod latine ſonat auguſta. Nam latini uocant auguſtum, quod maieſtatem quandā præ ſe ferat, id quod græ ci uocant ſebaſton, a uerbo σέβομαι, quod eſt ueneror & adoro. ¶ Abdias propheta.) Extat hiſtoria li bro Regum tertio, capite decimooctauo. ¶ Nutriculam domini.) Vnde dictus eſt Naçareus: & olim Chriſtiani probro Naçarei uocabantur. Naçareth autem eſt uicus in Galilæa iuxta montem Thabor. ¶ Chanaan & Capharnaum.) Nam in Chanaa galileæ mutauit aquam in uinum. Et in Capharnaum demigrauit relicta Naçareth, poſteaq; tentatus fuit a diabolo, atq; illic auſpicatus prædicationem re gni dei: & in eadem ciuitate ſanauit filiū Centurionis paralyticum. Porro Chanaa oppidum fuit in tri bu Aſſur, galileæ gentium. Capharnaū oppidū eſt haud procul a ſtagno Geneçareth in galilæa gentiū,

D ſitū in finibus Zabulon, & Neptalim, ut in locis Hebraicis indicat Hieronymus. ¶ Lacum Tyberia dis.) Iordanis qui ex Penade forte oritur iuxta mōtem Antilibanū, ubi prima conualliū obtigit occa ſio in lacū ſe fundit, longū ſedecim milia paſſuū: latū ſex mil. Geneſareth, ſiue geneſarā uocant. Amœ nis oppidis circū ſept⁹ eſt. Rurſum in alueo ſuo aliquādiu ꝓgreſſus, lacū Tyberiadis facit. Etiam ſi Pli nius, libro quinto, capite. 15. uidetur ex utroq; unum facere lacum. Nouiſſime decurrit in lacum Aſphal titen: quem eundem, ut dixi, mare mortuum uocāt. ¶ Scandebat montem Thabor.) Non temere addidit, ſcandebat. Eſt enim mons mira rotunditate ſublimis, ſicut alibi diximus in medio galileæ, diri mens tribus Iſachar & Neptalim. Eundem uocant Itabyrium. ¶ Campos latiſſimos galileæ.) Eſt enim mons Thabor, ut dictum eſt in medio galileæ. Et ab hoc monte deſcendit exercitus Barach pugnatu rus aduerſus hoſtes. Hiſtoriam legis Iudicum capite quarto. ¶ Torrens Ciſon.) Eſt iuxta mōtem Tha bor. Hoc loco dimicatū eſt cum Siſara: ut teſtatur in locis Hebraicis. Eſt & ciuitas Ciſon in tribu Iſa char ſeparata leuitis. ¶ Et oppidum iuxta Naim.) Iuxta, hoc loco aduerbium eſt. Naim autem diſtat a Thabor monte, ſecundo miliario contra meridiem iuxta Endor. De filio uiduæ in uitam reuocato, le gis Lucæ capite ſeptimo. ¶ Tranſibo in Aegyptum.) Nam omiſſo itinere reflectit ad occidentem me ridionalem. ¶ Et in Socoth.) Hic fuit prima manſio filiorum Iſrael exeuntium ex Aegypto: etiam ſi Hieronymus in explicandis manſionibus ad Fabiolam, hanc ſecundam facit. ¶ Apud fontem Sam pſon.) Oſtendebatur, ut apparet, locus dictus fons Sampſon, ob fontem, quem illi ſitienti deus elicuit e dente maxillæ aſini. Vnde dictus eſt locus fons inuocantis de maxilla: ut legis Iudicum, capite deci mo quinto. ¶ Vt refocillatus uideam.) Alluſit ad hoc quod ſcriptum de Sampſone: Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum & uires recepit. ¶ Moraſthi.) Hic eſt uiculus Paleſtinæ, haud procul ab Eleu theropoli ſitus, patria Malachiæ prophetæ, unde & Moraſthites cognominatur. Eodem in loco mon ſtrabatur illius ſepulchrum. ¶ Et ex latere derelinquam.) Has regiones ut impias non inuiſit, ſed ad leuam relinquit. ¶ Chorreos.) Horum fit mentio in ſacris litteris. ¶ letheos.) A letheth quæ eſt regio principum Edom, in Gabalenæ, hoc eſt Idumæa. ¶ Idumæam.) Huic poſtea commutatum eſt nomen Gabalene. Regio quondam Eſau, a quo uocabulum inditum Idumæa, quod ille Edom uocatus ſit. Pli nius item, Idumeam partem facit maritimæ Syriæ. ¶ Lachis.) Vna eſt e ciuitatibus, quas cœpit Ieſus, rege eius interfecto. ¶ Et per arenas molliſſimas.) Huiuſmodi deſcribit Lucanus in Libya. ¶ Ad Ae gypti fluuium Sior.) Opinor hunc eſſe quem alij Nilum uocant. ¶ Geſſen.) Hic habitauit Iacob cum liberis. ¶ Et campos Thaneos.) De quibus legis pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo. Hic Moyſes & Aaron ædiderūt ſua prodigia. Et hic habitarūt Hebræi, qui mœtu Babyloniorū fugerant cū Hieremia.

Verſa eſt

A Versa est in Alexandriam.) Alexandria ciuitas est Aegypti, inter Aphricam Aegyptum & mare, quasi claustrum posita: in qua corpus diui Marci euangelistæ conditum, sua ætate a fidelibus honorari solere, testatur diuus Hieronymus. Versam dixit ob nomẽ commutatum ab Alexandro magno, qui eã aut condidit, aut instaurauit: cuius meminit Plinius, libro quinto. Et oppidum Nitriam.) Alluſit ad nitrum, quod olim adhibebant in eluendis uestium maculis, ob acrimoniam: cuius uice nũc utuntur cinere ac lixiuio, siue sapone. Apparet autem hoc oppidum nuper cõuersum fuisse ad religionem Christi. Isidoro cõfessore.) Is episcopus fuit Pelusiotarũ, uir eruditus, qui libris epistolaribus interpretat⁹ est sacram scripturam, ut testis est Suida. (Macarios, Arsetas.) Nomina sunt illustriũ apud Aegyptios monachorum. Sed festiuitatis gratia, numerum singularẽ, mutauit in pluralem. De Pelusio magnã.) Pelusiũ est unũ ex ostijs nili, proximũ ludeæ. Apparet terrestri itinere peruenisse usq; ad Alexandriã & Nitriam: deinde ob intolerabilẽ regionis æstũ, ab ostio Pelusiaco renauigasse in ludæam. Cæterũ pro magna, quidã codices habebant, magnã: quidam Maiomã, nonnulli Naçumã. Apud Stephanũ reperio Magnã insulã Libyæ. Nec de Maioma, aut Naçuma quicq; inuenio, quod ad hoc iter faciat. Aut igit̃ intelligendũ est illã magna nauigatione, hoc est, perpetua rediisse: sicut dicimus, magnis itineribus huc cõtendit. Aut Maioma, siue Naçuma portus est nomen, ad quẽ appulerit rediens in Iudæam. Genuino me semp &c.) Genuini dẽtes sũt, q sub gena latent, q & canini dicũt. Vnde q mordacius obloquũtur, genuino dicunt rodere. Persius. Et genuinũ fregit in illis. Cornicẽ Aesopi.) Sentit de Apologo Aesopi, apud quẽ cornicula, furtiuis auiũ plumis se uestierat: Cũq; primũ esset oibus miraculo, ob insolitã colorũ uarietatem, demum suam quibusq; reuellentibus plumam, nudata risui fuit. Versuram quoq; sæpe.) Quidam haud contẽnendi codices pro uersuram, habebant usuram, sed mendose. Nam uersuram latini uocant, cum æs alienum, ære alieno dissoluitur. Ita Paula cum deesset pecunia, mutuo sumebat ad usurã. Eam ad diem præscriptum cum rursus non esset quo resolueret, denuo sumebat mutuum ab alio, quo superius æs alienum redderet, creditore tantum mutato, manente nihilominus obligatiõe. Exempla sunt apud Terentium, Donatum interpretẽ & Senecam. Suis Buccinatoribus.) Miram & gratiam & Emphasim addidit metaphora. Nam Buccinatores sunt, qui buccina canunt. Et buccina admonetur populus, ut audiat præconium, aut ædictum publicum. Vnde ambitiosos laudatores, buccinatores uocat.

Feriũtq; summos.) Versus est ex odis Horatianis, quem Hieronymus eo detorsit, ut significet ægregiam uirtutem obnoxiam esse inuidiæ. In eundem sensum Titus Liuius. Liuor, inquit, uelut ignis, alta petit. Quãq; Horatius in aliam sententiam dixit: nempe magnam fortunam expositam esse tristibus casibus. Adad idumæam.) Hic Adad puer fugerat in Aegyptũ, interfectis a Dauid omibus masculini generis Idumæis. Inde mortuo Dauid, iam grandior factus, & adiutus opibus Pharaonis, negotium exhibuit Solomoni, ut legis libro Regum tertio, capite undecim. Videtur autem significare Ruffinum.

B Allophylis.) Hoc est alienigenis. De Iacob quomodo ob inuidiam fratris Esau fugerit in Mesopotamiam, legis Geneseos, capite uigesimo octauo. De Dauid, quõ a Saul inuidente suæ gloriæ, profugerit ad Achis Philisteũ, legis Regũ primi libri capite uigesimo septimo. Patiens em̃ uir.) Sic habet Solomõ in Prouerbiorum, capite decimoquarto. Qui patiens est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens est, exaltat stulticiam suam. Toxotĩ sui.) Hic erat filius Paulæ, natu minimus. Et matris dolorem.) Nonnulla exemplaria habebant, matricis dolorẽ: utraq; lectio tolerabilis, nisi quod argutior est matris: ut intelligas affectum maternum, quoniam de filiarum obitu, paulo ante meminit. Conueni hominem.) Error quem coarguit, partim sapit Origenem, uel potius Platonem, & uidetur Ruffinum subnotare tacito nomine. Christi flammeo.) Flammeum est quo fœminæ tegunt sua capita. Præsens utriusq; nostri intentatur naufragium.) Ita constanter habebant exemplaria: neq; cuiq; obscurum est, quin hic locus sit deprauatus. Arbitror ita legendum, Præsens utriq; nostrum intentatur naufragiũ, ut intelligas Eustochium & Hieronymum pariter Paulæ obitu fuisse periclitatos, cum illa uiua fuissent felices. Iusto & impio, bono & malo.) Ita scribit Ecclesiastes capite nono: eo quod uniuersa æque eueniant, iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti uictimas, & sacrificia cõtemnenti. Sicut bonus, sic & peccator: ut periurus, ita qui uerum deierat. Verã Noemi.) נעמי Noemi Hebraice sonat pulchram, uel consolatam. Id trahit ad Paulam. Porro locus est Ruth, capite primo.

Nunc tibi librum.) Ad Eustochium filiam loquitur, non ad Paulam. Ad duas lucubratiunculas.) Dictamus, cum ipsi non scribimus, sed notario scribendum pronunciamus, hoc est, lingua tantũ utimur nostra, manu aliena. Et mirum est senem, ut apparet pene decrepitum, tantũ potuisse duabus dictatiunculis, præsertim luctu occupatum. Exegi monumentum.) Exegi, pro perfeci dixit: monumentum uocat hunc librum, quem de illius scripsit uirtutibus. Retulit autem Carmen ex odis Horatianis. Exegi monumentũ ære perennius. Regaliq; situ pyramidum altius. Quod non imber edax, non aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis. Annorũ series, aut fuga temporũ. Aere perennius.) Nam antiquitus ponebantur æreæ statuæ, aut tituli in æs incidebantur, ad propagandam in posteros defuncti memoriam. Verũ huiusmodi monumẽta, si tempestatis, aut hominum iniuria non demolitur, certe tẽpus ipsum omnia consumens, abolet. Ingenĩ monumenta, sola perpetua sunt, & in omne durant æuũ.

Agamẽnonis inclyta.) Maternum genus duxerat a Scipionibus & Gracchis, paternum ab Agamẽnone. Diuitias sobolem.) Post hoc carmen, quidam codices additum habebãt hunc uersum. His fruitura locis felix ubi dona magorũ. Mihi uidetur supereſſe.

ANTIDOTVS. Offendet fortassis nonnullos hic locus, quo diuus Hieronymus uidetur non satis tribuere, his qui sacras ædes suis sumptib⁹, uel extruũt, uel ornãt: cũ his tẽporibus plæriq; summã hãc esse

pietatem

C pietatē existiment:& sint nōnulli principes,qui tot bella,tot cædes,tot sacrilegia,tot totius uitæ facino ra simul atq; flagitia,probe compensata putent,si sacram aliquam ædiculam,uel alienis sumptibus cura rint extruendam,ut ne quid dicam de episcopis. Et audias passim,sacerdotes tantum tribuentes dona/ riis templo dicatis,ut inexpiabile sacrilegium fore clamitent,si quis hinc aliquid in pauperū subsidium fame pereuntium detrahere conetur:atq; id si fiat,Christum ipsum,aut uirginē Mariam suis bonis spo liari uociferentur. Quasi uero Christus eiusmodi gaudeat ostētaculis,qui ipse pauperrimus, opes istas calcādas esse docuit:aut sanctissima Maria,nugis eiusmodi gaudeat,cum uiua semper neglexerit. Aut quasi decorum sit ea ostentari in templis Christianorum,in quibus hæc docentur esse spernenda Chri/ sti discipulis. Non damnauit igitur Hieronymus elegantem templorum structuram:non reprehendit ornatum mundum,sed in his negat esse culmen uirtutis:& præfert eleemosynam,quæ in uiua dei tem/ pla,hoc est in Christi pauperes erogatur. Sed ipsius Hieronymi uerba subnotabo: Nolebat(inquit)in his lapidibus pecuniam effundere,qui cum terra & sæculo transituri sunt:sed in uiuis lapidibus, qui uol uuntur super terram:& cætera quæ sequuntur in hanc sententiam. Rursum aliquanto inferius,cum ait, lactent alij pecunias,& in corbonam dei æra congesta,funalibusq; aureis dona pendentia:non impro/ bat eos,qui munera templis dicant,sed quid magis probet innuit.

AD EVSTOCHIVM VIRGINEM EPITA PHIVM PAVLAE MATRIS.

SI cuncta corporis mei membra uerterētur in linguas,& omnes artus humana uo/ ce resonarent:nihil dignū,sanctæ ac uenerabilis Paulæ uirtutibus dicerem. Nobi/ lis genere,sed multo nobilior sanctitate:potens quondam diuitijs,sed nunc Chri sti paupertate insignior. Gracchorū stirps, soboles Scipionū,Pauli hæres,cuius uo cabulū trahit. Martiæ Papyriæ matris Africani,uera & germana ,pgenies,Romæ prætulit Be/ thlehem,& auro tecta fulgentia,informis luti uilitate mutauit. Non mœremus quod talē ami/ simus:sed gratias agimus,quod habuimus,imo habemus. Deo ēm uiuunt omnia,& quicquid reuertitur ad dnm,in familiæ numero cōputatur. Quāq; amissio illius,cœlestis domus habita/ tio sit:quæ cū diu in corpore fuit,peregrinata est a dno,& uoce semper flebili querebatur,dicēs:
D Heu mihi,quia peregrinatio mea prolongata est,habitaui cum habitātibus Cedar,multū pere grinata est anima mea. Nec mirū,si plāxerit se uersari in tenebris(hoc ēm Cedar interpretatur) cū mundus in maligno positus sit:& sicut tenebræ illius,ita & lumen eius. Luxq; in tenebris lu ceat,& tenebræ eā non cōprehenderunt. Vnde & illud crebrius inferebat: Aduena sum & pere/ grina sicut omnes patres mei. Et iterū: Cupio dissolui & esse cum Christo. Quoties autē infir/ mitate corpusculi(quā incredibili abstinentia,& duplicatis contraxerat ieiunijs)uexabatur,hoc in ore uoluebat: Subijcio corpus meū,& in seruitutē redigo,ne alijs prædicās,ipsa reproba inue niar. Et,bonū est uinum non bibere,& carnem non manducare. Et,humiliaui in ieiunio animā meā,& totū lectum meū uersasti in infirmitate mea,& uersata sum in miseria,dū mihi configit spina. Atq; inter doloris aculeos quos mira patientia sustinebat,quasi apertos sibi cœlos aspi/ ceret,loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?& uolabo & requiescam? Testor Ie/ sum & sanctos eius,ipmq; propriū angelum qui custos fuit & comes admirabilis fœminæ,me nihil in gratiā,nihil more blandientium loqui:sed quicquid dicturus sum:pro testimonio dice/ re:& minus eius esse meritis,quā totus orbis canit:sacerdotes mirantur,uirginum chori desy/ derant,monachorū & pauperum turbæ deplangūt. Vis lector eius breuiter scire uirtutes? Om nes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum,de proximis & familiola quā in utroq; sexu de seruis & ancillis in fratres sororesq; mutauerat,ista proferre:cū Eustochiū uirginē,& de/ uotam Christo filiam in cuius consolationē libellus hic cuditur,procul a nobili genere,sola fide & gratia diuitē reliquerit. ¶ Carpamus igitur narrandi ordinem. Alij altius repetant,& a cuna bulis eius,ipsisq;(ut ita dicam)crepundijs matrem Blesillā,& Rogatum proferant patrem:quo rū altera Scipionū,Gracchorūq; progenies est: Alter per omnes fere Græcias usq; hodie,stē/ matibus & diuitijs,ac nobilitate Agamēnonis fertur sanguinē trahere:qui decennali, Troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus,nisi quod propriū est,& de purissimo sanctæ mentis fonte profertur. Quāq; dns atq; saluator in euangelio doceat apostolos scisitantes quid sibi redditurus sit,qui sua pro nomine eius dimiserunt,centuplum in præsentiarum recepturos, & in futuro uitam æternā. Ex quo intelligimus,non laudis esse possidere diuitias,sed pro Chri/

sto eas

A sto eas contẽnere. Non tumere ad honores, sed pro dei fide, eos paruipendere. Vere quod pollicitus est seruis suis & ancillis, saluator reddidit in præsenti. Nam quæ unius urbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur. Quam Romæ habitantem, nullus extra Romam nouerat: latentem in Bethlehem & barbara & Romana terra miratur. Cuius em̃ gentis homines ad sancta loca non ueniunt? Quis autem in sanctis locis præter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit? Hæc sicut inter multas gemmas precioſiſſima gemma micat: & iubar solis, paruos igniculos stellarum obruit & obscurat: ita cunctorum uirtutes & potentias, sua humilitate superauit. Minimaq; fuit inter omnes, ut omnium maior esset. Et quãto se plus deijcie/bat: tantomagis a Christo subleuabatur. Latebat, & non latebat. Fugiendo gloriam, gloriã merebatur: quæ uirtutem, quasi umbra sequitur: & appetitores sui deserens, appetit cõtemptores. Sed quid ago narrandi ordinem prætermittens? Dum in singulis teneor, non seruo præcepta dicendi. ¶ Tali igitur stirpe generata, iuncta est uiro Toxotio, qui Aeneæ & Iuliorum altissimum sanguinem trahit. Vnde etiam filia eius Christi uirgo Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse, ¶ Iulius a magno demissum nomen Iulo. ¶ Et hæc dicimus, non quod habentibus grãdia sint, sed quo contemnentibus mirabilia. Sæculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegijs. Nos laudamus, qui pro saluatore ista despexerint: & mirum in modum quos habentes paruipendimus, si habere noluerint contemnentes, prædicamus. His inquã orta maioribus, & fœcunditate ac pudicitia probata: primum uiro, deinde propinquis, & totius urbis testimonio, cum quinq; liberos ædidisset: Blesillam super cuius morte, eam Romæ consolatus sum: Paulinã quæ sanctum & admirabilem uirum, & propositi & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem: ad quem super obitu eius paruulum libellum ædidimus: Eustochium, quæ nunc in sanctis locis, uirginitatis & ecclesiæ monile precioſum est: Ruffinam, quæ immaturo funere, piũ matris animum consternauit: & Toxotium, post quẽ parere desijt: ut intelligeres eam, nõ diu seruire uoluisse officio cõiugali: sed mariti desyderio, q marẽ optabat, liberos ædidisse: postq;
B uir mortuus est: ita eum planxit, ut prope ipsa moreretur: ita se conuertit ad domini seruitutẽ: ut eius mortem uideretur optasse. Quid ego referam: amplæ & nobilis domus, & quondã opulentissimæ, omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clæmentissimum animum, & bonitatem etiam in eos quos nunq; uiderat euagantem? Quis inopum moriens nõ illius uestimentis obuolutus est? Quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus est? Quos curioſiſſime tota urbe perquirens, damnum putabat, si quisq; debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgãtes propinquos, maiorem se eis hæreditatem, Christi misericordiam, dimittere loquebatur. ¶ Nec diu potuit excelsi apud sæculum generis, & nobiliſſimæ familiæ uisitationes & frequẽtiam sustinere. Mœrebat honore suo, & ora laudãtium declinare ac fugere festinabat. Cũq; orientis & occidentis episcopos, ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales litteræ contraxissent: uidit admirabiles uiros, Christiq; pontifices, Paulinũ Antiochenæ urbis Episcopũ: & Epiphaniũ, Salaminæ Cypri, quæ nũc Constãtia dicitur: Quorũ Epiphaniũ etiam hospitem habuit: Paulinum in aliena manentẽ domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa uirtutibus, per momenta patriam desererе cogitabat. Non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei, quæ ad sæculum pertinet, memor: sola (si dici potest) & incomitata ad eremũ Antoniorũ atq; Paulorum pergere gestiebat. Tandemq; exacta hyeme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, & ipsa uoto cum eis, ac desyderio nauigauit. Quid ultra differo? Descendit ad portum, fratre, cognatis, affinibus: & (quod his maius est) liberis prosequentibus, & clæmentissimam matrem pietate uincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum protrahebatur. Paruus Toxotius supplices manus tendebat in littore. Ruffina iã nubilis: ut suas expectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat. Et tamen illa siccos tendebat ad cœlum oculos, pietatem in filios, pietate in deum superans. Nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam. Torquebantur uiscera, & quasi a suis membris distraherentur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quod magnam uinceret charitatem. Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem, nihil crudelius est, cũq; parentes a liberis separari. Hoc cõ/

C tra iura naturæ plena fides patiebatur,imo gaudens animus appetebat:& amorẽ filiorum ma
iore in deũ amore contemnens:in ſola Euſtochio,quæ & propoſiti & nauigationis eius comes
erat, acquieſcebat. Sulcabat interim nauis mare,& cunctis qui cũ ea uehebantur littora reſpiciẽ
tibus, ipſa auerſos tenebat oculos,ne uideret,quos ſine tormento uidere nõ poterat.Fateor,nul
la ſic amauit filios,quibus antecꝫ proficiſceretur,cuncta largita eſt:exhæredãs ſe in terra,ut hæ
reditatem inueniret in cœlo.Delata ad inſulam Pontiam,quã clariſſimæ quondã fœminarum
ſub Domitiano principe pro confeſſione nominis Chriſtiani, Flauiæ Domicillæ nobilitauit
exilium:uidenſqꝫ cellulas,in quibus illa longum martyrium duxerat,ſumptis fidei alis Hiero
ſolymam,& ſancta loca uidere cupiebat. Tardi erant uenti,& omnis pigra uelocitas.Inter Scyl
lam & Charybdim, Adriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum uenit Methonen, ibiqꝫ
refocillato paululũ corpuſculo: Et ſale tabentes artus in littore ponens: Per Maleam,& Cy
theram ſparſaſqꝫ per æquor Cycladas,& crebris freta cõcita terris: Poſt Rhodum & Lyciã
tandem uidit Cyprum. Vbi ſancti & uenerabilis Epiphanij pedibus prouoluta,decem ab eo
diebus retenta eſt:non in refectionem, ut ille arbitrabatur:ſed in opus dei,ut re comprobatum
eſt.Nam oĩa illius regionis luſtrans monaſteria, pro ut potuit,refrigeria ſumptuũ fratribus
dereliquit,quos amor ſancti uiri,de toto illuc orbe conduxerat. Inde breui curſu tranſfretauit
Seleuciam:de qua aſcendens Antiochiam,ſancti confeſſoris Paulini modicum charitate deten
ta:media hyeme,calente ardore fidei,fœmina nobilis:quæ prius eunuchorum manibus porta
batur,aſello ſedẽs profecta eſt. Omitto Coele Syriæ & Phœnices iter (neqꝫ eĩ hodœporicon
eius diſpoſui ſcribere):ea tantũ loca nominabo:quæ ſacris uoluminibus cõtinẽtur.Bæryto Ro
mana colonia,& antiqua urbe Sidone derelicta,in Sareptæ littore,Heliæ eſt ingreſſa turricu
lam:in qua adorato domino ſaluatore,per arenas Tyri,in quibus genua Paulus fixit,peruenit
ad Coth,quæ nunc Ptolemais dicitur: & per campos Mageddo, Ioſiæ necis conſcios, intrauit
D terram Philiſtijm.Mirata ruinas Dor,urbis quondam potẽtiſſimæ:& uerſa uice Stratonis tur
rim ab Herode rege Iudææ,in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam,in qua Cor
nelij domũ,Chriſti uidit eccleſiam,& Philippi ædiculas,& cubicula quatuor uirginũ propheta
rum.Deinde Antipatrida ſemirutũ oppidulum,quod de patris nomine Herodes uocauerat:
& Lyddã uerſam in Dioſpolim, Dorcadis atqꝫ Aeneæ reſurrectione ac ſanitate inclytã.Haud
procul ab ea Arimathiam uiculum Ioſeph,qui dñm ſepeliuit:& Nobe urbem quondam ſacer
dotum,nũc tumulũ occiſorum. Ioppen quoqꝫ fugientis portum Ionæ:&(ut aliquid perſtringã
de fabulis poetarũ)religatæ ad ſaxum Andromades ſpectatricem. Repetitoqꝫ itinere Nico
polim,quæ prius Emaus uocabatur,apud quam in fractione panis,cognitus dñs,Cleophæ do
mũ in eccleſiam dedicauit. Atqꝫ inde proficiſcens,aſcendit Bethoron inferiorem & ſuperiorem,
urbes a Solomone conditas,ſed uaria poſtea bellorum tempeſtate deletas:ad dexteram aſpi
ciens Haialon & Gabaon, ubi Ieſus filius Naue cõtra quinqꝫ reges dimicans,ſoli imperauit &
lunæ:& Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetrati,in aquarios lignarioſqꝫ damnauit.
In Gabaon urbe uſqꝫ ad ſolum diruta,paululũ ſubſtitit,recordata peccati eius,& concubinæ in
fruſta diuiſæ, & tribus Beniamin trecentos uiros, propter Paulum apoſtolum reſeruatos.
Quid diu moror? Ad leuam mauſoleo Helenæ derelicto,quæ Adiabenorum regina in fame
populum frumento iuuerat: ingreſſa eſt Hieroſolymam urbem trinominẽ,Iebus,Salem,Hie
ruſalem,quæ ab Helio poſtea Hadriano,de ruinis,& cineribus ciuitatis in Heliam ſuſcitata eſt.
Cũqꝫ proconſul Palæſtinæ, qui familiã eius optime nouerat,præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet
parari prætorium:elegit humilem cellulã,& cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circũiuit,ut niſi
ad reliqua feſtinaret,a primis non poſſet abduci.Proſtrataqꝫ ante crucem,quaſi pendentem do
minum cerneret,adorabat.Ingreſſa ſepulchrum,reſurrectionis oſculabatur lapidem,quem ab
oſtio monumenti amouerat angelus.Et ipſum corporis locum,in quo dominus iacuerat,quaſi
ſitiens deſyderatas aquas,fideli ore lambebat.Quid ibi lachrymarum,quantum gemituũ,quid
doloris effuderit,teſtis eſt cuncta Hieroſolyma,teſtis eſt ipſe dñs,quem rogabat. Vnde egre
diens aſcendit Sion,quæ in arcem uel ſpeculã uertitur.Hanc urbem quondã expugnauit & re
ædificauit Dauid.De expugnata ſcribitur:Væ tibi ciuitas Ariel,id eſt,leo dei:& quondam for

tiſſima

A tissima quã expugnauit Dauid. De ea quæ ædificata est dictũ est: Fundamẽta eius in montib⁹ sanctis: diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam & cinerem dissolutas: sed portas quibus non prævalet infernus, & per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Ostendebatur illi columna, ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore domini, ad quã uinctus dicitur & flagellatus. Monstrabatur locus, ubi super centum uiginti credentium animas spiritus sanctus descendisset, ut Ioelis uaticiniũ cõpleretur. Deinde facultatula sua, pauperibus atq; cõseruis distributa, perrexit ad Bethlehẽ, & in dextera parte itineris stetit ad sepulchrum Rachel, in quo mater Beniamin, nõ ut uocauerat moriens, Benoni, hoc est, filius doloris mei, sed ut pater prophetiçauit in spiritu, filiũ dexteræ ꝓcreauit. Atq; inde Bethlehẽ ingressa: & in specũ saluatoris introiens, postq; uidit sacrum uirginis diuersoriũ, & stabulũ in quo agnouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe dñi sui: ut illud impleretur, quod in eodẽ propheta scriptũ est: Beatus qui seminat super aquas, ubi bos & asinus calcant: me audiente iurabat, cernere se oculis fidei, infantem pannis inuolutum: uagientẽ in præsepe dominũ, magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem uirginem, nutritiũ sædulum, pastores nocte uenientes, ut uiderent uerbum quod factum erat: & iam tunc euangelistæ Iohannis principiũ dedicarent, In principio erat uerbum, & uerbũ caro factum est: Paruulos interfectos, Herodem sæuientem, Ioseph & Mariã fugientes in Aegyptũ. Mixtisq; gaudio lachrymis loquebatur: Salue Bethlehem domus panis, in qua natus est ille panis, qui de cœlo descẽdit. Salue Ephrata regio uberrima, atq; καρποφόρε, cuius fertilitas deus est. De te quondam Michæas uaticinatus est: Et tu Bethlehem domus Ephrata, nõ minima es in milibus Iuda: Ex te mihi ægredietur, qui sit princeps in Israel: & ægressus eius ab initio a diebus æternitatis. Propterea dabis eos usq; ad tempus parientis. Pariet, & reliquiæ fratrum eius, conuertentur ad filios Israel: In te eĩ natus est princeps, qui ante luciferũ genitus est: cuius de patre natiuitas, omnem excedit ætatem: Et tam diu in te Dauidici generis origo permansit, donec uirgo pareret, & reliquiæ populi credentis in Christum, conuerterentur ad filios Israel, & libere prædicarent: Vobis oportebat primũ loqui uerbum dei: sed quoniã repulistis illud, & indignos uos iudicastis
B æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes: Dixerat eĩ deus: Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel. Et eo tempore Iacob super eo uerba completa sunt: Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius: donec ueniat, cui repositũ est: & ipse erit expectatio gentiũ. Bene Dauid iurabat, bene uota faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculũ domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem tẽporibus meis, donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob: & statim quid desyderaret exposuit: atq; oculis prophetalibus, quem nos uenisse iam credimus, ille uenturum esse cernebat. Ecce audiuimus eũ in Ephrata, inuenimus eũ in campis syluæ. Vau quippe sermo hebraicus, ut te docẽte didici: non Mariã matrem domini, hoc est, ἄνθρωπον, sed ipsum, id est, ἄνθρωπον, significat. Vnde loquitur confidenter. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, ubi steterũt pedes eius. Et ego misera, atq; peccatrix digna sum iudicata, deosculari præsepe, in quo dñs paruulus uagijt? Orare in spelunca, in qua uirgo puerpera dominũ fudit infantem? Hæc requies mea: quia domini mei patria est. Hic habitabo, quoniam saluator elegit eam. Parauí lucernam Christo meo. Anima mea illi uiuet, & semen meũ seruiet ipsi. Haud procul inde descendit ad turrim Ader, id est, gregis: iuxta quã Iacob pauit greges suos, & pastores nocte uigilãtes audire meruerunt: Gloria in excelsis deo: & super terrã pax hominibus, bonæ uoluntatis. Dũq; seruant oues, inuenerunt agnum dei, puro & mundissimo uellere: quod in ariditate totius terræ cœlesti rore complutũ est: & cuius sanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Aegypti, litus in postibus fugauit. Statimq; concito gradu cœpit per uiam ueterem pergere: quæ ducit Gaçam, ad potentiam, uel ad diuitias dei, & tacita secũ uoluere: quomodo eunuchus Aethiops gentium populos præfigurans, mutauerit pellem suam: & dum uetus relegit instrumentum, fontem repperit euangelij. Atq; inde ad dexteram transit. A Bethsur uenit Escol: quæ in botrũ uertitur. Vnde in testimonium terræ fertilissimæ, & in typum eius qui dicit: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum: exploratores botrum miræ magnitudinis portauerunt.

C Nec poſt longum ſpatium intrauit Saræ cellulas,uidens incunabula Iſaac:& ueſtigia quercus Abraham,ſub qua uidit diem Chriſti, & lætatus eſt.Atq; inde conſurgens aſcendit Chebron, hæc eſt Cariath arbe,id eſt,oppidum uirorum quatuor,Abrahã,Iſaac,Iacob,& Adam magni, quem ibi cõditum,iuxta librum Ieſu Naue,Hæbræi autumant:licet plæriq; Caleb quartum putent,cuius ex latere memoria mõſtratur.His inſpectis,noluit pergere ad Cariathſephor,id eſt, uiculum litterarum:quia contemnens occidentem litteram,reppererat ſpiritum uiuificantem. Magiſq; mirabatur ſuperiores & inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephone,Zeneç pro auſtrali terra,& arida poſſeſſione ſuſceperat: & aquarũ ductu,ſiccos prioris inſtrumenti agros faciebat irriguos:ut redemptionẽ ueterum peccatorũ,in aquis baptiſmi repperirent. Altera die orto iam ſole,ſtetit in ſupercilio Caphar barucha, id eſt,uillæ benedictionis:quẽ ad locũ Abraham dominũ proſecutus eſt. Vnde latam deſpiciens ſolitudinem,ac terram quondam Sodomæ & Gomorræ,Adamæ,& Seboim,contemplata eſt balſami uineas in Engaddi,& Segor uitulam conternantem: quæ prius Bala uocabatur:& in Zoaram,id eſt,paruulam,Syro ſermone tranſlata eſt.Recordabatur ſpeluncæ Lot,& uerſa in lachrymas,uirgines ſocias admonebat, cauendum eſſe uinum,in quo eſt luxuria:cuius opus Moabitæ ſunt & Ammonitæ.Diu hæreo in meridie,ubi ſponſa cubantem repperit ſponſum,& Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis. Reuertar Hieroſolymam,& per Thecuam,atq; Amos,rutilantem montis oliueti crucem aſpiciam. De quo ſaluator aſcendit ad patrem.In quo per annos ſingulos uacca ruffa in holocauſtum domino cremabatur:& cuius cinis expiabat populũ Iſrael: in quo iuxta Eçechielem Cherubim de templo tranſmigrantes,eccleſiam dñi fundauerunt.Poſt ingreſſa ſepulchrum Laçari,Mariæ & Marthæ uidit hoſpitium,& Bethphage uillam ſacerdotalium maxillarum: & locũ in quo pullus laſciuiens gentium,dei frena ſuſcepit:apoſtolorumq; ſtratus ueſtibus,mollia terga præbuit ad ſedendum:rectoq; itinere deſcendebat Hiericho:recogitans illum de euangelio uulneratum:ac ſacerdotibus & leuitis, mẽtis feritate prætereuntibus,clæmẽtiam Samaritæ, id eſt,cuſtodis: qui ſeminecẽ ſuo iumento impoſitum,ad ſtabulum eccleſiæ deportauit.Et locũ
D Adomim ,quod interpretatur ſanguinum, quia multus in eo ſanguis,crebris latronum fundabatur incurſibus.Et arborem ſycomorũ Zachæi,id eſt,bona pœnitentiæ opera:quibus cruenta dudum & noxia rapinis,peccata calcabat:Excelſumq; dñm de excelſo uirtutum intuebatur.Et iuxta uiam cæcorum loca,qui receptis luminibus utriuſq; populi credentis,in dominũ ſacramẽta præmiſerant.Ingreſſa Hiericho uidit urbem,quã fundauit Haçel in Abiram primogenito ſuo,& cuius portas poſuit in Segub nouiſſimo filiorum.Intuita eſt caſtra Galgalæ,& aceruum præputiorum,& ſecũdæ circũciſionis myſterium:& duodecim lapides,qui de Iordanis illuc trãſlati alueo,duodecim apoſtolorum fundamenta firmauerant:& fontem quondã legis amariſſimum,& ſterilem:quẽ uerus Heliſæus,ſua condiuit ſapientia,& in dulcorem ubertatemq; cõuertit. Vix nox tranſierat,feruentiſſimo æſtu uenit ad Iordanem.Stetit in ripa fluminis & orto ſole,ſolis iuſticiæ recordata eſt,quomodo in medio amnis alueo,ſicca ſacerdotes poſuerint ueſtigia:& ad Heliæ & Heliſæi imperium,ſtantibus ex utraq; parte aquis,iter unda præbuerit: polutaſq; diluuio aquas,& totius humani generis interfectione maculatas,ſuo dñs mũdauerit baptiſmate. Longum eſt ſi uelim de ualle Achor dicere,id eſt,tumultus atq; turbarũ,in qua furtũ & auaricia condemnata eſt:& de Bethel domo dei,in qua ſuper nudam humum,nudus & pauper dormiuit Iacob,& poſito ſubter caput lapide:qui in Zacharia ſeptẽ oculos habere deſcribitur:& in Eſaia,lapis dicitur angularis:uidit ſcalam uſq; ad cœlum tendentem,in qua dñs deſup innitebatur, aſcendentibus porrigens manũ, & negligentes de ſublimi præcipitans. Sepulchra quoq; in mõte Ephraim Ieſu filij Naue,& Eleaçari filij Aaron ſacerdotis,e regiõe uenerata eſt, quorum alter conditus eſt in Tãnathſare,a ſeptẽtrionali parte montis Gaas:alter in Gabaa filij ſui Phinees:ſatiſq; mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionum,ſibi montana & aſpera delegiſſet. Quid narrem Silo,in qua altare dirutum,hodieq; mõſtratur,& raptum Sabinarum a Romulo:tribus Beniamitica præcucurrit. Tranſiuit Sichem,non ut plæriq; errãtes legunt Sichar: quæ nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Gariçim extructam circa puteum Iacob intrauit eccleſiam:ſuper quo reſidens dominus,ſitienſq; & eſuriens, Samaritanæ fide ſatiatus

eſt,quæ

A est,quæ quinq; Mosaicorum uoluminum uiris,sexto q; quem se habere iactabat:errore Dosi/
thei derelicto, uerum messiam,& uerum repperit saluatorem. Atq; inde diuertēs, uidit duode/
cim patriarcharum sepulchra, & Sebasten,id est, Samariam:quæ in honorē Augusti ab Hero/
de græco sermone Augusta est nominata.Ibi siti sunt Helisæus,& Abdias,pphetæ:&(quo ma/
ior inter natos mulierum non fuit)Iohannes baptista. Vbi multis intremuit cōsternata mirabi
libus. Nāq; cernebat uarijs dæmones rugire cruciatibus,& ante sepulchra sanctorum,ululare
homines more luporum,uocibus latrare canum,fremere leonum,sibilare serpentū,mugire tau/
rorum. Alios rotare caput,& post tergum terram uertice tangere:suspensisq; pede fœminis,ue/
stes defluere in faciem. Miserebatur omnium,& per singulos effusis lachrymis, Christi dæmē/
tiam deprecabatur.Et sicut erat inualida,ascendit pedibus montem,in cuius duabus speluncis
persecutionis & famis tempore,Abdias propheta,centum prophetas aluit pane & aqua. Inde
cito itinere percucurrit Naçareth nutriculam domini: Chanaā & Capharnaum,signorum eius
familiares.Lacum Tyberiadis,nauigante domino sanctificatum:Et solitudinem,in qua multa
populorum milia,paucis saturata sunt panibus: & de reliquijs uescentium,repleti sunt cophini
duodecim tribuum Israel.Scandebat montem Thabor,in quo transfiguratus est dñs.Aspicie/
bat procul montes Hermon &Hermoniū, & campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara &
omnis exercitus eius,Barach uincente prostratus est.Torrens Cison,qui mediam planiciem di
uidebat,& oppidum iuxta Naim,in quo uiduæ suscitatus est filius,monstrabatur.Dies me pri/
us cōq; sermo deficiet,si uoluero cuncta percurrere,quæ Paula uenerabilis,fide incredibili perua/
gata est.Transibo ad Aegyptum,& in Sochoth,atq; apud fontem Sampson,quem de molari
maxillæ dente produxit,subsistam parumper: & arentia ora colluam,ut refocillatus uideā Mo
rasthim,sepuchrum quondam Micheæ,pphetæ, nunc ecclesiam.Et ex latere derelinquā Chor/
reos,& Getheos,Maresa,Idumæam,& Lachis: & per arenas mollissimas,pergentium uestigia
subtrahentes,latamq; eremi uastitatem, ueniam ad Aegypti fluuium Sior, qui interpretatur
turbidus:& quinq; Aegypti trāseam ciuitates,quæ loquūtur lingua Chananitide,&terrā Ges/
sen, & campos Taneos,in quibus fecit deus mirabilia.Et urbem No,quæ postea uersa est in
B Alexandriam:Et oppidum dñi Nitriam,in quo purissimo uirtutum nitro,sordes lauātur quo/
tidie plurimorum.Quod cum uidisset,occurrente sibi sancto & uenerabili episcopo Isidoro cō/
fessore,& turbis innumerabilibus monachorum,ex quibus multos sacerdotalis & leuiticus sub
limabat gradus:lætabatur quidem ad gloriam domini,sed se indignam tanto honore fatebat.
Quid ego narrem Macarios, Arsetas, Serapionas,& reliqua columnarum Christi nomina?
Cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est? Per singulos sanctos Chri/
stum se uidere credebat:& quicquid in illos contulerat,in dñm contulisse lætabatur. Mirus ar/
dor,& uix in fœmina credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis corporeæ,inter tot milia
monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eam suscipientibus impe/
trasset:ni maius sanctorū locorum retraxisset desyderium. Atq; propter feruentissimos æstus
de Peluſio Maioniā nauigatione perueniens,tanta uelocitate reuersa est,ut auem putares.Nec
multo post in sancta Bethlehem mansura perpetuo,angusto per trienniū mansit hospitiolo:
donec extrueret cellulas ac monasteria,& diuersorum peregrinorum iuxta uiam conderet man
siones:in qua Maria & Ioseph hospitium non inuenerant.Hucusq; iter eius descriptū sit, quod
multis uirginibus & filia comite peragrauit. ¶ Nunc uirtus latius describatur,quæ ipsius pro/
pria est:& in qua exponenda,deo iudice ac teste profiteor,me nihil addere,nihil in maius attol/
lere more laudantium:sed ne rerum excedam fidem,multa detrahere:& ne apud detractores &
genuino me semper dente rodentes,fingere puter,& cornicem Aesopi alienis coloribus ador/
nare. Quæ prima Christianorū uirtus est,tanta se humilitate deiecit:ut qui eā nō uidisset,& p/
celebritate nominis uidere gestisset,ipsam esse nō crederet,sed ancillarum ultimam.Et cum fre/
quētibus choris uirginum cingeretur,& ueste,& uoce & habitu & incessu minima omniū erat:
nunq; post uiri mortem usq; ad diem dormitionis suæ cum ullo comedit uiro, cuius eum san/
ctum & in pontificali sciret culmine constitutum.Balneas,nisi periclitans,non adijt.Mollia,etiā
in grauissima febre,lectuli strata non habuit:sed sup durissimā humū,stratis ciliciolis qescebat:

C si tamen illa quies dicenda est:quæ iugibus pene orationibus dies nocteſq; iungebat:illud im/
plẽs de pſalterio. Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ,lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. In
qua fontes crederes lachrymarũ:ita leuia peccata plangebat:ut illã grauiſſimorũ criminũ crede
res reã. Cũq; a nobis crebrio moneret:ut parceret oculis,& eos ſeruaret euãgelicæ lectiõi:aiebat:
Turpãda eſt facies,quã cõtra dei præceptũ,purpuriſſo & ceruſſa & ſtibio ſæpe depinxi. Affligẽ
dũ corpus,quod multis uacauit delitijs. Longus riſus,perpeti cõpenſandus eſt fletu. Mollia lin/
teamina & ſerica precioſiſſima,aſperitate cilicij commutanda. Quæ uiro & ſæculo placui:nunc
Chriſto placere deſydero. Si inter tales tãtaſq; uirtutes caſtitatẽ in illa uoluero prædicare,ſup/
fluus uidear:in qua etiã cũ ſæcularis eſſet,omniũ Romæ matronarũ exemplum fuit: quæ ita ſe
geſſit:ut nunq; de illa etiã maledicorũ qcq; auderet fama cõfingere. Nihil animo eius dæmen
tius,nihil erga humiles blandius fuit. Nõ appetebat potẽtes:nec tamẽ ſupbos & gloriolã quæ
rẽtes,faſtidio deſpiciebat. Si pauperẽ uidebat,ſuſtẽtabat:Si diuitẽ,ad bñfaciendũ cohortabat.
Liberalitas ſola excedebat modũ. Et uſuras tribuẽs,uerſuram quoq; ſæpius faciebat:ut nulli ſti
pẽ rogantiũ denegaret. Fateor errorẽ meũ,cũ in largiendo eſſet ꝓfuſior,arguebã: illud ꝓferens
de Apoſtolo: Non ut alijs refrigeriũ,nobis aũt tribulatio,ſed ex æqualitate in hoc tẽpore,ut ue
ſtra abũdantia ſit ad illorũ inopiã,& illorũ abundantia ſit ad ueſtrã inopiã. Et hoc de euange/
lio ſaluatoris: Qui habet duas tunicas,det alterã nõ habenti. Et ꝓuidendũ eſſe,ne quod liben/
ter faceret,ſemꝑ facere nõ poſſet,multaq; huiuſcemodi:quæ illa mira uerecundia, & ſermone
parciſſimo diſſoluebat:teſtem inuocans deũ,ſe pro illius noie cũcta facere,& hoc habere uoti,
ut mendicans ipſa moreret:ut unũ nũmũ filiæ nõ dimitteret, & in funere ſuo, aliena ſindone
inoluereť. Ad extremũ inferebat: Ego ſi petiero,multos inueniã qui mihi tribuãt:iſte mendi/
cans ſi a me nõ acceperit:quæ ei poſſum etiã de alieno tribuere,& mortuus fuerit,a quo eius ani
ma requireť? Ego cautior in re familiari eſſe cupiebam,ſed illa ardentior fide,toto ſaluatori ani
mo iungebatur:& pauperẽ dñm,pauper ſpiritu ſequebať,reddens ei quod acceperat,pauper ꝓ
ipſo effecta. Deniq; cõſecuta eſt quod optabat,& in grandi ære alieno filiã dereliquit:quod huc
D uſq; debens,non ſuis uiribus, ſed Chriſti ſe cõfidit miſericordia redditurã. Solent plæræq; ma
tronarũ buccinatoribus ſuis dona conferre,& in paucos largitate ꝓfuſa,manum a cæteris retra
here:quo illa omnino carebat uitio. Ita emꝫ ſingulis ſuam pecuniã diuidebat:ut ſingulis neceſſa
rium erat. Nõ ad luxuriã,ſed ad neceſſitatẽ. Nemo ab ea pauperũ uacuus reuerſus eſt. Quod
obtinebat,nõ diuitiarũ magnitudine,ſed prudẽtia diſpẽſandi:illud ſemꝑ replicãs:Beati miſeri
cordes:quoniã ipſi miſericordiam cõſequẽtur. Et,ſicut aqua extinguit ignẽ: ita eleemoſyna ex/
tinguit peccatũ. Et,facite uobis amicos de iniquo mãmona,qui uos recipiant in æterna taberna
cula. Et,date eleemoſynã:& ecce oĩa mũda ſunt uobis. Et uerba Danielis,regẽ Nabuchodono/
ſor monentis,ut eleemoſynis redimeret peccata ſua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effun/
dere,qui cum terra & ſæculo tranſituri ſunt:ſed in uiuis lapidibus,qui uoluuntur ſuper terram:
De quibus in apocalypſi Iohannis,ciuitas magni regis extruitur:quos in ſaphirum & ſma/
ragdũ & iaſpidem,& cæteras gemmas eſſe uertendos, ſcriptura cõmemorat. Verũ hæc poſſunt
eſſe cõmunia cũ paucis,& ſcit diabolus,nõ in ſummo uirtutũ culmine poſita. Vnde loqtur ad
dñm,poſt amiſſã Iob ſubſtãtiã,poſt euerſã domũ,poſt liberos interfectos,coriũ ꝓ corio,& oĩa
quæ habuerit homo,dabit ꝓ ania ſua. Sed extẽde manũ tuã,& tange oſſa eiꝰ & carnes,niſi in fa
ciẽ bñdixerit tibi. Scimꝰ plæroſq; dediſſe eleemoſynã,ſed de ꝓprio corpe nihil dediſſe:porrexiſ
ſe egentibus manũ, ſed carnis uoluptate ſuperatos:dealbaſſe ea quæ foris erãt:& intus plenos
fuiſſe oſſibꝰ mortuorũ. At nõ Paula talis:quæ tãtæ cõtinẽtiæ fuit,ut ꝓpe menſurã excederet:&
debilitatẽ corporis, nimijs ieiunijs ac labore cõtraheret. Quæ exceptis diebꝰ feſtis uix oleum in
cibo caperet:ut ex hoc uno æſtimetur,quid de uino & liquamine,& piſcibus, & melle,& ouis,&
reliquis quæ guſtui ſuauia ſunt iudicarit: In qbus ſumendis qdam ſe abſtinentiſſimos putant:
& ſi his uentrẽ ingurgitauerint,tutã pudicitiã ſuſpicanť. Semꝑ qdem uirtutes ſequitť inui/
dia,feriũtq; ſũmos fulgura montes. Nec mirũ,ſi hoc de hoibus loquar:cũ etiã dñs noſter Phari
ſæorũ çelo ſit crucifixus,& oẽs ſancti æmulos habuerint:in paradiſo quoq; ſerpens fuerit:cuius
inuidia mors introiuit in orbem terrarũ. Suſcitauerat ei dñs Adad Idumæũ,qui eã colaphiça/

ret,ne

A ret,ne ſe extolleret:& quaſi quodã ſtimulo carnis ſæpius ammonebat,ne magnitudo uirtutum altius raperet:& aliarũ uitijs fœminarũ,ſe in excelſo crederet cõſtitutã.Ego aiebam,liuori eſſe cedendũ,& dãdũ inſaniæ locũ,qđ feciſſet Iacob in fratre ſuo Eſau,& Dauid in ꝑtinaciſſimo inimicorũ Saul:quorum alter in Meſopotamiam fugerit,alter ſe Allophylis tradiderit,malens hoſtibus cẽꝫ inuidis ſubiacere.At illa reſpondebat:iuſte hæc diceres,ſi diabolus contra ſeruos dei & ancillas nõ ubiqꝫ pugnaret:& ad omnia loca fugientes non præcederet:ſi nõ ſanctorũ locorum amore retinerer,& Bethlehem meã in alia reperire poſſem parte terrarũ.Cur em̃ nõ patientia liuorem ſuperẽ?Cur nõ humilitate frangã ſuperbiã,& percutienti maxillã offeram alterã?Dícẽte apoſtolo Paulo:Vincite in bono malũ.Nõne apoſtoli gloriabãtur:quãdo ꝑ dño ſunt paſſi contumeliã?Nõne ipſe ſaluator humiliauit ſe,formam ſerui accipiens,& factus eſt obediens patri uſqꝫ ad mortẽ,& mortem crucis:ut nos ſua paſſione ſaluaret?Iob niſi certaſſet,& uiciſſet in prelio:non accepiſſet coronam iuſticiæ:nec audiſſet a dño:Putas me aliter locutum tibi,cẽꝫ ut appareres iuſtus?Beati dicũtur in euãgelio,q ꝑſecutionẽ patiuntur ꝓpter iuſticiã.Secura ſcit cõſcientia,quod nõ ꝓpter peccata patiamur:& afflictio in ſæculo,materia præmiorũ eſt.Si quando procacior fuiſſet inimicus,& uſqꝫ ad uerborũ iurgia proſiliſſet:illud pſalterij decãtabat.Cũ cõſiſteret aduerſum me peccator,obmutui & ſilui a bonis.Et rurſum:Ego aũt quaſi ſurdus nõ audiebam,& quaſi mutus nõ aperiens os ſuũ.Et factus ſum ſicut homo non audiẽs:& non habens in ore ſuo increpatiões.In tentationibus,Deuteronomij uerba uoluebat:Tentat uos dñs deus ueſter:ut ſciat ſi diligatis dñm deũ ueſtrũ de toto corde ueſtro,& de tota anima ueſtra.In tribulationibus & in anguſtijs,Eſaiæ replicabat æloquia:Qui ablactati eſtis a lacte,qui abſtracti ab ubere,tribulationẽ ſup tribulationẽ expectate,ſpem ſup ſpem,adhuc puſillũ ꝓpter malitiã labiorũ,ꝓpter linguã malignã.Et ſcripturæ teſtimoniũ in cõſolationẽ ſuã ediſſerebat:Ablactatorũ eſſe,corũ ſcilicet q ad uirilẽ ætatẽ pueniſſent,tribulationẽ ſup tribulationẽ ſuſtinere:ut ſpem ſuper ſpem mereant accipere.Scientes quoniã tribulatio patientiã operat:patien-

B tia autẽ,ꝓbationẽ:probatio uero ſpem:ſpes autẽ non cõfundit.Et,quod ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpat:ille qui intus eſt innouetur:& in præſentiarũ leue & momentaneũ tribulationis ueſtræ,æternæ gloriæ pondus operat in uobis:nõ aſpicientibus quæ uidentur,ſed quæ nõ uidentur.Quæ em̃ uidentur,temporalia ſunt:quæ autẽ nõ uident,æterna.Nec longũ fore tẽpus:etiã ſi humanæ impatiẽtiæ tardum uideatur,quin dei ſtatim uideat auxiliũ,dicẽtis:Tempore opportuno exaudiui te:& in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.Nec doloſa labia & linguas iniquorũ eſſe metuẽdas:cum dño adiutore lætemur,& ipſum debeamus audire ꝓpphetam monẽtẽ.Nolite timere opprobria hominũ,& blaſphemias eorũ ne metueritis.Sicut em̃ ueſtimẽtũ,ſic comedit eos uermis:& ſicut lanã,ſic deuorauit eos tinea.Et,per patientiã ueſtrã poſſidebitis animas ueſtras.Et,non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam,quæ reuelabit in nobis.Et alibi:Tribulationem ſuper tribulationem ſuſtinere:ut patienter agamus in omnibus quæ accidunt nobis.Patiens enim uir multum prudens.Qui autem puſillanimis eſt,uehementer inſipiens.In languoribus & crebra infirmitate dicebat:Quando infirma ſum,tũc fortis ſum.Et,habemus theſaurũ iſtum in uaſis fictilib9:donec mortale hoc induat immortalitatẽ,& corruptiuum hoc ueſtiatur incorruptione.Et iterum:Sicut ſuperabundant paſſiones Chriſti in nobis:ita & per Chriſtum abundauit & conſolatio.Ac deinde:Vt ſocij paſſionum eſtis,ſic eritis & conſolationis.In mœrore cantabat:Quare triſtis es anima:& quare cõturbas me?Spera in deo,qm̃ adhuc cõfitebor illi,ſalutare uultus mei,& deus meus.In periculis loquebat:Qui uult uenire poſt me,abneget ſemetip̃m,& tollat crucẽ ſuã,& ſequat me.Et iterũ:Qui uult animã ſuã ſaluã facere,perdet eã.Et,q perdiderit animã ſuã,ꝓpter me,ſaluã eã faciet.Quãdo diſpẽdia rei familiaris & euerſio totius patrimonij nũciabat:aiebat.Quid em̃ ꝓdeſt homini ſi totũ mundũ lucrifecerit,& animæ ſuæ damnũ habuerit?Aut quã dabit homo cõmutationẽ pro anima ſua?Et nudus exiui de utero matris meæ,nudus & redeã.Sicut dño placuit,ita factũ eſt.Sit nomen dñi benedictũ.Et illud:Nolite diligere mundũ,neqꝫ ea quæ ſunt in mundo.Quoniam omne quod in mũdo eſt,deſyderiũ carnis eſt,& concupiſcentia oculorũ & ſuperbia uitæ huius:quæ nõ eſt ex patre,ſed ex mundo.Et mundus tranſit,& concupiſcentia eius.Scio em̃ ſcriptas

C infirmitates grauiſſimas liberorum,& maxime Toxotij ſui, quem diligebat plurimum. Cūq; illud uirtute compleſſet, turbata ſum, & non ſum locuta, in hæc uerba prorupit. Qui amat filium aut filiam plus q̄ me, non eſt me dignus. Et orans ad dominum loquebatur: Poſſide domine filios mortificatorum: qui pro te quotidie mortificant corpora ſua. ¶ Noui ſuſurronem quendā(quod genus hominū pernitioſiſſimum eſt)quaſi beniuolum nunciaſſe, quod pro nimio feruore uirtutū,quibuſdā uideretur inſana, & cerebrū illius dicerent cōfouendum. Cui illa reſpōdit: Theatrū facti ſumus mundo,& angelis & hominibus. Et,nos ſtulti propter Chriſtū,ſed ſtultum dei ſapientius eſt hominibus. Vnde & ſaluator loquitur ad patrem: Tu ſcis inſipientiā meā. Et iterū: Tanq̄ prodigiū factus ſum multis,& tu adiutor fortis, ut iumentū factus ſum apud te,& ego ſemper tecum. Quē in euangelio,& propinqui quaſi mentis impotem ligare cupiebant,& aduerſarij ſuggillabant,dicentes: Dæmoniū habet,& Samaritanus eſt. Et,in Beelçebub principe dæmoniorū eiȷcit dæmonia. Sed nos audiamus apoſtolum cohortantem: Hæc eſt gloria noſtra,teſtimoniū conſcientiæ noſtræ:quoniā in ſanctitate & ſyncritate,& in gratia dei conuerſati ſumus in mundo. Et dñm dicentem ad apoſtolos: Ideo mundus odit uos,quoniā non eſtis de mundo. Si em̄ eſſetis de mundo,amaret utiq; mundus quod ſuum erat. Et ad ipſum dominū uerba uertebat: Tu noſti cordis abſcōdita,& hæc omnia uenerunt ſuper nos,nec ſumus obliti tui,nec inique egimus in teſtamento tuo,nec auerſum eſt retrorſum cor noſtrum. Et,propter te mortificati ſumus tota die. Reputati ſumus,ut oues occiſionis. Sed dñs auxiliator meus,non timebo quid faciat mihi homo. Legi em̄: Fili honora dominum,& confortaberis,& extra dñm nullum timueris. His & talibus teſtimonijs,quaſi armatura dei,& aduerſus omnia quidē uitia,ſed præcipue inſtruebat ſe contra inuidiam ſæuientem: & patiēdo iniurias,furorem rabidi pectoris mitigabat. Deniq; uſq; ad diem mortis: & huius patientia, & aliorū çelus omnibus patuit: qui ſuū rodit authorem,& dum æmulū lædere nititur, in ſemetipſum proprio furore bacchatur. ¶ Dicam & de ordine monaſterij,quomodo ſanctorum continentiam in ſuum uerterit lucrū. Seminabat carnalia,ut meteret ſpiritalia: dabat terrena,ut cœleſtia tolleret: breuia concedebat,ut p̄ his æterna mutaret. Poſt uirorum monaſteriū, quod uiris tradiderat gubernandū,plures uirgines quas e diuerſis prouincijs congregarat,tam nobiles,q̄ medij,& infimi generis, in tres turmas monaſteria q; diuiſit: ita dūtaxat,ut in opere & in cibo ſeparatæ: pſalmodijs & orationib⁹ iungerentur. Poſt alleluia cantatū (quo ſigno uocabant ad collectā)nulli reſidere licitū erat. Sed prima ſeu inter primas ueniens: cæterarū operiebat aduentū,pudore & exēplo ad laborē eas prouocans,non terrore. Mane,hora tertia, ſexta, nona,ueſpere,noctis medio: per ordinē pſalteriū cantabant. Nec licebat cuiq̄ ſororū ignorare pſalmos: & nō de ſcripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Die tm̄ dñico ad eccleſiā procedebāt,ex cui⁹ habitabāt latere. Et unūquodq; agmē,matrē propriā ſequebat: atq; inde pariter reuertētes,inſtabant operi diſtributo,& uel ſibi,uel cæteris indumenta faciebāt. Si qua erat nobilis,nō p̄mittebatur de domo ſua habere comitē,ne ueterū actuū memor,& laſciuiētis infantiæ, errorē refricaret antiquū,& crebra cōfabulatiōe renouaret. Vnus omniū habitus. Linteamine ad tergendas ſolū manus utebātur. A uiris tanta ſeparatio: ut a ſpadonibus quoq; eas ſeiungeret: ne ullā daret occaſionē linguæ maledicæ, quæ ſanctos carpe ſolita eſt,in ſolatiū delinquēdi. Siqua uel tardior ueniebat ad pſalmos: uel erat in opere pigrior,uarijs eā modis aggrediebat. Si erat iracūda, blanditijs. Si patiens,correptione: illud apoſtoli imitans. Quid uultis? In uirgā ueniā ad uos: an in ſpiritu lenitatis & māſuetudinis? Excepto uictu & ueſtitu,nullā habere q; quā patiebat,dicēte Paulo: Habētes uictum & ueſtitū,his cōtenti ſumus: ne conſuetudine plus habendi præberet locū auariciæ: quæ nullis expleť opibus: & quāto amplius habuerit,plus requirit: & neq; copia, neq; inopia minuitur. Iurgantes inter ſe, ſermone leniſſimo fœderabat. Laſciuientē adoleſcentularū carnē,crebris & duplicatis frangebat ieiunijs,malēs eis ſtomachū dolere q̄ mentē. Si uidiſſet aliquā cōptiorem,cōtractiōe frōtis,& uult⁹ triſticia arguebat errantē,dicēs: mūdiciā corpis,atq; ueſtit⁹,animæ eſſe imūdiciā. Et turpe uerbū,atq; laſciuū nūq̄ de ore uirgineo p̄ferēdū,q̄b⁹ ſignis libidinoſus anim⁹ oñdit: & p̄ exteriorē hoiem,iterioris hoīs uitia demōſtrāt. Quā linguoſā garrulā ac p̄cacē rixiſq; p̄ſpexerat delectari,& ſæpi⁹ cōmonitā nolle cōuerti: inter

A ti:inter ultimas & extra conuentum ſororum,ad fores triclinij orare faciebat,& ſeparatim cibum capere:ut quã obiurgatio non correxerat,emendaret pudor.Furtum quaſi ſacrilegium deteſtabatur.Et quod inter ſæculi homines,uel leue putatur,uel nihil:hoc in monaſterijs grauiſſimum dicebat eſſe delictum.Quid memorem clæmentiam & ſædulitatem in ægrotantes, quas miris obſequijs,& miniſterijs confouebat? Cũq; alijs languentibus ,large præberet omnia,& eſum quoq; exhiberet carnium,ſi quando ipſa ægrotaſſet,ſibi non indulgebat:& in eo inæqualis uidebatur,quod in alijs clæmentiam,in ſe duritiam commutabat.Nulla iuuenum puellarum ſano & uegeto corpore,tantæ ſe dederat cõtinentiæ,quãtæ ipſa fracto,& ſenili debilitatoq; corpuſculo.Fateor,in hac re pertinacior fuit,ut ſibi non parceret,& nulli cederet admonenti. ¶ Referam quod expertus ſum.Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris: & poſt deſperationem cum dei miſericordia reſpiraſſet,& medici perſuaderent ob refectionem corporis uino opus eſſe tenui & parco,ne aquam bibens in hydropem uerteretur:& ego dam beatũ papam Epiphanium rogarem:ut eam moneret,imo compelleret uinum bibere:illa(ut erat prudens & ſolertis ingenij)ſtatim ſenſit inſidias:& ſubridens,meum eſſe quod ille diceret,intimauit.Quid plura? Cum beatus pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foras: quærenti mihi quid egiſſet,reſpondit. Tãtum profeci,ut ſeni homini pene perſuaſerit,ne uinum bibam.Hæc refero,non quod inconſyderanter,& ultra uires ſumpta onera probem:monente ſcriptura: Super te onus ne leuaueris:ſed quod mentis eius ardorem, & deſyderium fidelis animæ, ex hac quoq; probare uelim perſeuerantia,decãtantis: Sitiuit anima mea in te,cũq; multipliciter tibi caro mea.Difficile eſt modum tenere in omnibus. Et uere iuxta philoſophorum ſententiam, μεσότης ἡ ἀρετὴ ἡκακία ὑπερβολὴ τελεῖται,id eſt,modus uirtus eſt,uitium nimietas reputatur. Quod nos una & breui ſententiola exprimere poſſumus:Ne quid nimis. Quæ in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam:in luctu mitis erat,& ſuorum mortibus frangebatur,maxime liberorum.Nam & in uiri & filiarum dormitione,ſemper periclitata eſt.Et cum os ſtomachumq; ſi-
B gnaret,& matris dolorẽ,crucis niteretur impreſſione lenire:ſuperabatur affectu,& credulã mentem parentis uiſcera cõſternabant:animoq; uincens,fragilitate corporis uincebatur.Quam ſemel languor arripiens,longo tempore poſſidebat:ut & nobis inquietudinem, & ſibi diſcriminæ offerret.In quo illa lætabatur,per momenta cõmemorans:Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector,pro laudibus me uituperationem ſcribere.Teſtor Ieſum,cui illa ſeruiuit,& ego ſeruire cupio:me utrãq; in partẽ nihil fingere,ſed quaſi Chriſtianum de Chriſtiana,quæ ſunt uera proferre,id eſt,hiſtoriam ſcribere:non panegyricum:& illius uitia,aliorum eſſe uirtutes. Vitia loquor,ſecundum animum meum,& omnium ſororũ ac fratrum deſyderium,qui illam diligimus,& abſentem quærimus. ¶ Cæterum illa impleuit curſum ſuum,fidemq; ſeruauit: & nũc fruitur corona iuſticiæ:ſequiturq; agnum quocunq; uadit. Saturatur quia eſuriuit,& læta decantat:Sicut audiuimus,ita & uidimus in ciuitate dñi uirtutum,in ciuitate dei noſtri.O beata rerum cõmutatio,fleuit,ut ſemper rideret:Deſpexit lacus cõtritos,ut fontem dominũ reperiret. Veſtita cilicio eſt,ut nunc albis ueſtimentis uteretur, & diceret:Scidiſti ſaccum meum,& induiſti me lætitia.Cinerẽ ſicut panem manducabat,& potionem ſuam cum fletu miſcebat,dicens:Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte:ut in æternũ pane angelorum ueſceretur,& caneret:Guſtate & uidete,quoniam ſuauis eſt dñs.Et,eructauit cor meum uerbum bonum,dico ego opera mea regi.Et Eſaiæ,imo domini per Eſaiam in ſe cernetet uerba compleri: Ecce qui ſeruiunt mihi manducabunt, uos autem eſurietis.Ecce qui ſeruiunt mihi bibent,uos autem ſitietis.Ecce qui ſeruiunt mihi lætabuntur,uos autem confundemini.Ecce,qui ſeruiunt mihi exultabunt,uos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem ſpiritus ululabitis. Dixeram lacus eam ſemper fugiſſe contritos:ut fontem dominum reperiret:ut poſſet læta cantare:Sicut ceruus deſyderat ad fontes aquarum,ita deſyderat anima mea ad te deus.Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Tangã ergo breuiter quomodo hæreticorũ cœnoſos deuitauerit lacus,& eos inſtar habuerit ethnicorũ.Quidã ueterator callidꝰ,atq;(ut ſibi uidebat)doctꝰ& ſciolus,me neſciẽte cœpit ei ꝓponere quæſtiões,& dicere:Quid peccauit infãs,ut a dæmone corripiat? In qua ætate reſurrecturi ſumꝰ? Si in ipa qua

morimur:

C morimur:ergo nutricibus post resurrectionē opus erit.Sin aliter,nequaq; erit resurrectio mortuorum,sed transformatio in alios.Diuersitas quoq; sexus maris ac fœminæ erit,aut non erit? Si erit,sequentur & nuptiæ,& concubitus,sed & generatio.Si nō erit,sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent(aggrauat em̄ terrena inhabitatio sensum multa cogitantem): sed tenuia erunt & spiritalia,dicente Apostolo:Seminatur corpus animale,surget corpus spirituale.Ex quibus omnibus probare cupiebat,rationales creaturas ob quædā uitia,& antiqua peccata in corpora esse delapsas:& pro diuersitate & meritis peccatorū, tali uel tali conditione generari:ut uel corporū sanitate gauderent,& parentū diuitijs ac nobilitate:uel in morbidas carnes & domos inopum uenientes,pœnas pristinorū luerent delictorum:& præsenti sæculo atq; corporibus,quasi carcere clauderentur.Quod cum audisset,& ad me retulisset,indicans hominem,mihiq; incubuisset necessitas nequissimæ uiperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi:de quibus psalmista commemorat,dicens:Ne tradas bestijs animas confitentium tibi:Et,increpa domine bestias calami,qui scribentes iniquitatem,loquuntur contra dñm mendacium,& eleuant in excelsum os suum:conueni hominē,& orationibus eius,quam decipere nitebatur,breui interrogatione conclusi. Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorū,an non? Qui cum se credere respondisset,intuli:Eadem resurgent corpora,an altera? Cū dixisset eadē: scisitatus sum: In eodem sexu,an in altero? Ad interrogata reticenti,& instar colubri huc atq; illuc transferenti caput,ne feriretur:quia inq; taces,ego mihi pro te respondebo:& cōsequentia inferā. Si non resurget mulier,ut mulier,neq; masculus,ut masculus:non erit resurrectio mortuorū:quia sexus mēbra habet:membra aūt totū corpus efficiunt.Si autē sexus & membra nō fuerint,ubi erit resurrectio corporū:quæ sine sexu non constant & membris? Porro si corporum nō fuerit resurrectio,nequaq; erit resurrectio mortuorū.Sed & illud quod de nuptijs obijcis:Si eadem membra fuerint,sequi nuptias:a saluatore dissoluitur.Erratis nescientes scripturas,neq; uirtutē dei. In resurrectione em̄ mortuorū,non nubent,neq; nubentur,sed erunt similes angelorum. Vbi
D dicitur,non nubent,neq; nubentur,sexuum diuersitas demonstratur.Nemo em̄ de lapide & ligno dicit,non nubent neq; nubentur, quæ naturam nubendi nō habent:sed de his qui possint nubere:& gratia Christi ac uirtute non nubant.Quod si opposueris,quomodo ergo erimus similes angelorum:cū inter angelos, non sit masculus & fœmina. Breuiter ausculta:Non substātiā nobis angelorū,sed conuersationē, & beatitudinē dñs repromittit. Quomodo & Iohānes baptista antecq; decollaret,angelus appellat⁹ est:& oēs sancti ac uirgines dei,etiā in isto sæculo uitā in se exprimunt angelorū. Quando em̄ dicitur:Eritis similes angelorū,similitudo promittitur,non natura mutatur.Simulq; responde:quomodo illud interpreteris,quod Thomas domini resurgentis tetigerit manus,& uiderit lancea latus eius perforatū? Et Petrus in littore stantem uiderit dñm,& partē assi piscis,ac fauum mellis comedentē? Qui stabat,profecto habebat pedes. Qui monstrauit latus uulneratum,utiq; & uentrem,& pectus habuit,sine quibus non sunt latera uentri & pectori cohærētia. Qui locutus est,lingua & palato ac dentibus loquebat. Sicut em̄ plectrum chordis:ita lingua illiditur dentibus,& uocalem reddit sonum. Cuius palpatæ sunt manus,cōsequēter & brachia habuit. Cū igitur omnia membra habuisse dicatur,necesse est,ut totū corpus habuerit, quod cōficitur ex membris:non utiq; fœmineū,sed uirile,id est, eiusdē sexus,in quo mortuus est. Quod si obtenderis,ergo & nos post resurrectionem comedemus? Et quomodo clausis ingressus est ianuis:contra naturam pinguium,& solidorum corporum? Audies:Noli propter cibum resurectionis fidem in calumniam trahere. Nam & archisynagogi filiæ resuscitatæ iussit cibum dari.Et Laçarus quatriduanus mortuus,cum ipso scribitur iniisse cōuiuium,ne resurrectio eorum phantasma putaretur.Sinautem clausis ingressus est ianuis:& idcirco spiritale & aereum corpus niteris approbare:ergo & antecq; pateretur,quia contra naturā grauiorū corporū sup mare ambulauit,spiritale corpus habuit.Et apostolus Petr⁹: q & ipse sup aquas pendulo incessit gradu,spiritale corpus habuisse credēdus est:cū potētia magis & uirtus ostēdat dei,quādo fit aliqd cōtra naturā.Et ut scias in signorū magnitudine,nō naturæ mutationē,sed dei om̄ipotētiā demōstrari:Qui ambulabat fide,cœpit infidelitate mergi, nisi eū man⁹ dñi subleuasset,dicētis:Modicæ fidei:quare dubitasti? Miror aūt te obdurare frontem:loquente

A tem,loquente dño:Infer digitum tuum huc,& tange manus meas:& porrige manum tuam,& mitte in latus meum,& noli esse incredulus,sed fidelis. Et alibi: Videte manus meas,& pedes meos,quia ipse ego sum.Palpate & uidete,quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere.Et cum hoc dixisset,ostendit eis manus & pedes. Ossa audis & carnem,& pedes, & manus:& globos mihi Stoicorũ,atq; aeria quædam deliramẽta confingis. Porro si quæris: cur infans a dæmone corripiatur,qui peccata nõ habuit:aut in qua ætate resurrecturi simus:cũ diuersa ætate moriamur:ingratis suscipies,iudicia dei abyssus multa.Et,o altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei,cẽq; inscrutabilia sunt iudicia eius, & ininuestigabiles uiæ eius.Quis enim cognouit sensum dñi:aut quis consiliarius eius fuit? Aetatum autem diuersitas non mutat corporum ueritatem.Cum eñ corpora quotidie nostra fluant,& aut crescant,aut decrescant:ergo tot erimus homines,quot quotidie commutamur:aut alius fui cum decem ānorum essem,alius cum triginta,alius cum quinquaginta,alius cum iam toto cano capite sum? Igitur iuxta ecclesiarũ traditiones:& apostolum Paulum,illud est respondendũ:quod in uirum perfectũ,& in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus.In qua & Adam Iudæi cõditũ autumãt: Et dominũ saluatorem legimus surrexisse:& multa quæ de utroq; testamento,in suffocationẽ hæretici protuli.Ex quo die ita cœpit hominem detestari,& omnes qui eiusdẽ dogmatis erãt: ut eos uoce publica, hostes dñi proclamaret.Et hæc dixi:non ut breuiter hæresim confutarem: cui multis uoluminibus respondendũ est,sed ut fidem tantæ fœminæ ostenderem:quæ maluit inimicitias hominũ subire perpetuas,cẽq; dei offensam,amicitijs noxijs prouocare. Dicam ergo ut cœperam,nihil ingenio eius docilius fuit. // Tarda erat ad loquendum,uelox ad audiendũ: memor illius præcepti:Audi Israel,& tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter.Et cum amaret historiam:& hoc ueritatis diceret fundamentũ:magis tamen sequebatur intelligentiam spiritalem:& hoc culmine,ædificationem animæ protegebat.Deniq; compulit me,ut uetus & nouum instrumentũ,cum filia,me differente,perlegeret. Quod propter uerecundiã negans:propter assiduitatẽ tamen & crebras postulationes eius præstiti:ut docerẽ quod didiceram: non a

B meipso,id est,a præsumptione,pessimo præceptore,sed ab illustribus ecclesiæ uiris.Sicubi hæsitabã,& nescire me ingenue confitebar:nequacẽq; mihi uoluit acquiescere,sed iugi interrogatione cogebat: ut e multis uarijsq; sententijs:quæ mihi uideretur probabilior,indicarem. Loquar & aliud,quod forsitan æmulis uideatur incredibile.Hebræam linguam,quã ego ab adolescentia, multo labore ac sudore ex parte didici,& infatigabili meditatione non desero,ne ipse ab ea deserar,discere uoluit: & consecuta est:ita ut psalmos hebraice caneret:& sermonem absq; ulla latinæ linguæ proprietate personaret.Quod quidẽ usq; hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus:quæ ita semper adhæsit matri,& eius obediuit imperijs:ut nuncẽq; absq; ea cubaret,nũcẽq; procederet,nuncẽq; cibũ caperet,ne unum quidem nummum haberet potestatis suæ:sed & paternã & maternã substantiolam,a matre distribui pauperibus lætaretur:& pietatem in parentẽ,hæreditatẽ maximã & diuitias crederet.Non debeo silentio præterire,quãto exultauerit gaudio,quod Paulã neptem suã ex Læta & Toxotio genitã,imo uoto & futuræ uirginitatis repromissione conceptam:audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua,alleluia cantare:auiæq; & amitæ nomina,dimidiatis uerbis frangere.In hoc solo patriæ desyderium habuit:ut filium, nurũ, neptem,renunciasse sæculo, & Christo seruire cognosceret.Quod & impetrauit ex parte. Nam neptis Christi flammeo reseruatur.Nurus æternæ se tradens pudicitiæ, socrus opera,fide,& eleemosynis sequitur:& Romæ conatur exprimere, quod Hierosolymis illa compleuit. ¶ Quid agimus anima? Cur ad mortem eius uenire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur:dũ timemus ad ultima peruenire:quasi tacentibus nobis:& in laudibus illius occupatis differri possit occubitus.Hucusq; prosperis nauigauimus uentis,& crispantia maris æquora labens carina sulcauit.Nunc in scopulos incurrit oratio:& tumentibus fluctuum motibus, præsens utriq; nostrum intentatur naufragium: ita ut cogamur dicere:Præceptor saluos nos facerimus.Et illud:Exurge,ut quid obdormis domine? Quis eñ possit siccis oculis Paulam narrare morientem ? Incidit in grauissimam inualitudinem, imo quod optabat inuenit, ut nos desereret, & plenius domino iungeretur. In quo languore, Eustochij filiæ ,pbata semper in

matre

C matre pietas,magis ab omnibus comprobata est.Ipsa assidere lectulo,flabellum tenere,fusten
tare caput,puluillum supponere,fricare pedes,manu stomachum confouere,mollia strata com/
ponere,aquam calidam temperare,mappulam apponere,omnium ancillarum præuenire offi/
cia,& quicquid alia fecisset,de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus,quibus la/
mentis & gemitu,inter iacentem matrem & specum dñi discurrit,ne priuaretur tanto contuber/
nio,ne illa absente uiueret:ut eodem feretro portaretur? Sed o mortalium fragilis,& caduca na
tura:& nisi Christi fides nos extollat ad cœlum,& æternitas animæ promittatur,cum bestijs ac
iumentis,corporum una conditio est.Idem occubitus iusto & impio,bono & malo,mundo ac
immundo,sacrificanti & non sacrificanti. Sicut bonus,ita & qui peccat.Sicut qui iurat,ita & is
qui iuramentum metuit.Similiter & homines & iumenta,in fauillā & cinerem dissoluuntur.
Quid diu immoror,& dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentissima
fœminarum adesse mortem,& frigente alia parte corporis atq; membrorum,solum animæ te
porem, in sacro pectore palpitare: & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosq; desere/
ret,illos uersiculos susurrabat:Domine dilexi decorem domus tuæ,& locum habitationis glo/
riæ tuæ.Et,quā dilecta tabernacula tua domine uirtutum,concupiscit & deficit anima mea in
atria domini.Et,elegi abiecta esse in domo dei mei,magis q̄ habitare in tabernaculis peccato/
rum.Cūq; a me interrogaretur,cur taceret,cur nollet respondere,an doleret aliquid.Græco ser/
mone respondit,nihil se habere molestiæ,sed omnia quieta & tranquilla perspicere.Post hæc
obmutuit,& clausis oculis,quasi iam mortalia despiceret,usq; ad expirationem animæ,eosdem
repetebat uersiculos : ut quod dicebat,uix audire possemus.Digitumq; ad os tenens,crucis si/
gnum pingebat in labijs.Defecerat spiritus,& anhelabat in mortē.Animaq; erumpere gestiēs,
ipsum stridorem,quo mortalium uita finitur,in laudes domini conuertebat.Aderant Hiero/
solymarum & aliarum urbium episcopi,& sacerdotum inferiores gradus,ac leuitarum innume
rabilis multitudo.Omne monasteriū,uirginum & monachorum chori repleuerant. Statimq;
D ut audiuit spōsum uocantem:Surge,ueni proxima mea,specios a mea,columba mea: Quoniā
ecce hyems transijt & recessit,pluuia abijt sibi:Læta respōdit:Flores uisi sunt in terra, tempus se
ctionis aduenit.Et,credo uidere bona domini in terra uiuentiū.Ex hinc non ululatus,nō plan/
ctus:ut inter sæculi hoies fieri solet,sed psalmorū linguis diuersis examina cōcrepabant.Trās/
lataq; episcoporum manibus,& ceruicem feretro subijcientibus,cum alij pontifices lampadas
cereosq; præferrent:alij choros psallentium ducerent,in media ecclesia speluncæ saluatoris est
posita.Tota ad funus eius,Palestinarū urbium turba conuenit.Quem monachorum latentiū
in eremo cellula sua tenuit? Quam uirginum,cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium puta/
bat,qui non tali fœminæ ultimum reddidisset officium. Viduæ & pauperes in exemplū Dorca
dis,uestes ab ea præbitas ostendebant.Omnis inopum multitudo matrem,& nutritiam se per
didisse clamabat. Quodq; mirum sit,nihil pallor mutauerat faciem:sed ita dignitas quædam
& grauitas ora compleuerat:ut eam putares non mortuam,sed dormientem.Hebræo,Græco,
Latino Syroq; sermone psalmi in ordine personabant: nō solum triduo, donec subter eccleśiā,
& iuxta specum dñi conderetur:sed per omnē hebdomadam,cunctis qui uenerant,suū funus,
& proprias credentibus lachrymas. Venerabilis uirgo filia eius Eustochium, quasi ablactata
super matrem suam,abstrahi a parente non poterat:deosculari oculos,hærere uultui,totum cor
pus amplexari,& se cum matre uelle sepeliri. ¶ Testis est Iesus,ne unum quidem nummum ab
ea filiæ derelictū:sed ut ante iam dixi: derelictū magnum æs alienū:&(quod his difficilius est)
fratrū & sororū immensam multitudinē,quos sustentare arduum,& abijcere impium est.Quid
hac uirtute mirabilius,fœminā nobilissimæ familiæ, magnis quondā opibus:tanta fide oīa di/
largitam:ut ad egestatem pene ultimam perueniret? Iactēt alij pecunias,& in corbonā dei æra
congesta,funalibusq; aureis dona pendentia.Nemo plus dedit pauperibus,q̄ quæ sibi nihil re
seruauit.Nunc illa diuitijs fruitur,& his bonis:quæ nec oculus uidit,nec auris audiuit,nec in cor
hominis ascenderunt.Nostram uicem dolemus,& inuidere potius gloriæ eius uidebimur,si uo
luerimus diutius flere regnantem.Secura esto Eustochium,magna hæreditate ditata es. Pars
tua dñs,& quo magis gaudeas,mater tua longo martyrio coronata est.Non solum em̄ effusio

¶ sanguinis

A sanguinis in confessione reputatur,sed deuotæ quoq; mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosis & uiolis plectitur,ista de liliȝs. Vnde & in cantico scribitur canticorū:Fratruelis meus candidus & rubicundus:& in pace,& in bello, eadem præmia uincẽtibus tribuens. Mater inquã tua audiuit cum Abraham:Exi de terra tua,& de cognatione tua,& ueni in terram quam ostendam tibi. Et per Hieremiam dominũ præcipientẽ: Fugite de medio Babylonis,& saluate animas uestras. Et usq; ad diem mortis suæ,nõ est reuersa in Chaldæam:nec ollas Aegypti,& uirulentias carnium desyderauit,sed choris comitata uirgineis, cuius est saluatoris effecta:& de paruula Bethlehẽ,cœlestia regna conscendens,dicit ad uerã Noemi:Populus tuus,populus meus:& deus tuus,deus meus. ¶Hũc tibi librum ad duas lucubratiunculas,eodem quẽ tu sustines dolore,dictaui. Nam quotiens cunq; stilũ figere uolui,& opus exarare promissum:totiens obriguerunt digiti,cecidit manus,sensus elanguit. Vnde & inculta oratio,uotum scribẽtis absq; ulla elegantia & uerborũ lepore testatur. Vale o Paula,& cultoris tui ultimã senectutem,orationibus iuua. Fides & opera tua Christo te sociant,præsens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentum tuũ ære perennius,quod nulla destruere possit uetustas. Incidi elogium sepulchro tuo,quod huic uolumini subdidi:ut quocunq; noster sermo peruenerit:te laudatam,te in Bethlehem conditam lector agnoscat.

¶Sequitur titulus sepulchri.

Scipio quam genuit,Paulæ fudere parentes:
Gracchorũ soboles,Agamẽnonis iclyta,ples:
Hoc iacet in tumulo. Paulam dixere priores:
Eustochij genitrix:Romani prima senatus
Pauperiem Christi & Bethlehemitica rura secuta.

¶In fronte speluncæ.

Aspicis angustũ,præcisa rupe sepulchrũ?
Hospitium Paulæ est,cœlestia regna tenẽtis.
Fratrẽ,cognatos,Romã,patriãq; relinquens:
Diuitias,sobolẽ,Bethlehemiti condit' antro.
Hic p̃sepe tuũ Christe,atq; hic mystica magi
Munera portãtes, hominiq; deoq; dedere.

B Dormiuit sancta & beata Paula, septimo Kalendarum februariarũ,tertia sabbati post solis occubitum. Sepulta est quinto Kalen. earundem. Honorio Augusto,& Arestino consulibus. Vixit in sancto proposito,Romæ annos quinq;,Bethlehem annos uiginti. Om̃e uitæ tempus impleuit,annis quinquagintasex,mẽsibus octo,diebus uiginti.

¶ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶Hic Lucinus natione Beticus,destinarat adire Bethlehem,& opibus suis iuuerat Hieronymi gregẽ: sanctum illius propositum collaudat,hortans,ut pergat quo cœpit,ad perfectam uirtutem. Respondet ad quædam de quibus scripserat Lucinus.

¶SCHOLIA.

¶Multi ab oriente & occidente.) Siue quod uere conuersus esset ad Christum,rebus omnib⁹ cõtemptis. Siue,quod undiq; Bethlehem concurreretur e longinquis regionib⁹. ¶Pulcherrimum Auratã.) Aurata piscis est, a colore dictus,qui nomẽ suum hodieq; apud uulgus Italicum obtinet. ¶Leuiathan regnantẽ.) Ita describitur apud Iob. Nunquid extraham Leuiathan hamo? ¶Ad montana festinans.) Respexit ad historiam Lot,qui iussus est ad montana fugere, Sodoma ardente ¶Ne aratri stiuam.) Varijs allusionibus inserit hũc locum. Primũ alluſit ad id quod est in euãgelio: qui missa ad aratrũ manu retrospexerit,non esse idoneum regno dei. Deinde ad mulierem,quæ tacta fimbria Iesu,sanata est a fluxu sanguinis. Item alludit ad illud quod est in Cantícis,Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Rursus ad illud euangelicũ,quod in die illa uetat,ne de tecto descendat,ut tunicam recipiat,qui nudus fugere cœperit. Rursum de Lot & Abraham, qui diuisi sunt. Abraham elegit montana, Lot campestria. ¶Postq; dulces aquas.) Plinius libro quinto,capite decimo quinto,prodidit Iordanem amnẽ amœnũ,salubribus esse aquis,donec post longos flexus, uelut inuitus Asphaltite lacui miscet'. Ibi perdit laudatas aquas pestilentibus mixtas. Diximus eũ lacũ mortuũ mare dici. Significat aũt uere Christianũ,ab uniuersis huius mundi curis,liberũ esse oportere. ¶Nõ est inuidus Agonotheta.) Agonotheta græcis,est qui certamini præsidet,propositis præmijs. ἀγών certamen,τίθημι pono. ¶Rem doloris patior.) Sic & apud Therentiũ,Demæa lachrymat præ gaudio. ¶Ruth in lachrymis.) Est Ruth,capite primo. Flent em̃ nurus Noemi, non dolore,sed amore. Simulq; profectæ sunt in Bethlehem. Vnde tacite significat diuus Hieronymus optare se consortiũ Lucini. Sed suspicor hunc locũ esse deprauatũ:legendũ aũt, Ruth pro uerbis lachrymæ prorumpunt. Quãq; & altera lectio tolerabilis. ¶Hebræus,id est,περώτης.) περᾶν græce,est transire,siue supare aut transmittere. Idem Hebræis sonat Hebræus. ¶Meloten reliquit in terris.) μέλοτη pellis est ouilla, siue exuuium uelleris ouilli,μῆλον em̃ ouem significat. ¶Crates Thebanus.) Hic aurũ abiecit in mare: de quo dictum est alias. Antisthenes Cynicus fuit,strẽnuus cõtemptor omniũ rerũ. ¶Ac redituũ.) A redeũdo dicunt', non a reddendo. Quidius. Turpe thori reditu,census augere paternos. Quod autẽ fructus ex re qua-

C pia colligitur,id ex ea redire dicitur. ¶ Si paragrammata.) παραγράμματα dicere possis litteras perperā positas:γράμμα littera,& præpositio παρὰ,in malam fere partē significat. ¶ Et sancti Didymi.) In huius catalogo testatᵉ se uertisse librum de spiritu sancto. ¶ Excepto octateucho.) Octo græce octo,& τεῦχος uolumen.Ita distinguitᵉ a pentateucho,quinq; cōplectente uolumina Moysi,cū hæc pars octo cōplectatur. ¶ Amphimalū.) Tunica est Gausapina,utrinq; uillos habens. ¶ Quotidianæ symbolia pœnitētiæ.) σύμβολον aliquando significat signum:Inde diminutiuū symbolium.

¶HIERONYMVS AD LVCINIVM.

NEc opinanti mihi,subito litteræ tuæ redditæ sunt:quæ quāto insperatæ,tanto gaudiorū plenæ,quiescentē animā suscitarunt:ut statim amore cōplecterer,quē oculis ignorabā,& illud mecū tacitus mussitarē: Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & uolabo & requiescam,ut inueniat,quē diligit anima mea? Vere nunc in te dominicus sermo completus est.Multi ab oriente & occidente uenient,& recūbent in sinu Abrahæ. Cornelius centurio cohortis Italicæ:iam tunc Lucinij mei præfigurabat fidē.Apostolus Paulus scribens ad Romanos:Cum,inquit,in Hispaniam proficisci cœpero,spero quod pretereins uideam uos, & a uobis deducar illuc: tantis fluctibus approbauit,quid de illa prouincia quæreret. In breui tempore ab Hierosolymis usq; ad Illyricū euangelij iaciens fundamenta,Romam uinctus ingreditur:ut uinctos superstitionis erroribus,liberos faciat.Manet in hospitio conducto per bienniū: ut nobis utriusq; instrumenti æternā reddat domum.Piscator hominū, misso rete apostolico:te quoq; quasi pulcherrimū Auratam,inter innumera piscium genera traxit ad littus.Reliqsti amaros fluctᵘ,salsos gurgites,fissuras montiū,& Leuiathan regnantē in aquis, cū Iesu deserta expetens cōtempsisti,ut possis illud,pphetico canere:In terra deserta,& in inuio, & inaquoso, sic in sancto apparui tibi.Et iterum:Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit,a pusillanimitate spiritus & tempestate. Obsecro te & moneo parentis affectu:ut qui Sodomam reliquisti,ad montana festinans,post tergum ne respicias:ne aratri stiuam, ne fimbriā saluatoris,ne cincinnos eius noctis rore madefactos, quos
D semel tenere cœpisti,aliquando dimittas.Ne de tecto uirtutum pristina quæsiturus uestimenta descendas,ne de agro reuertaris domum,ne campestria cum Lot & amœna hortorum diligas: quæ nō irrigantᵉ de cœlo,ut terra sancta,sed de turbido flumine Iordanis,postq; dulces aquas, maris mortui cōmixtione mutauit.Cœpisse multorū est,ad culmen peruenisse paucorū. Qui in stadio currunt,omnes quidē currunt:sed unus accipit brauiū.At contra de nobis dicitur:Sic currite,ut apprehendatis.Non est inuidus Agonotheta noster: nec alterius palma,alteri parat ignominiā.Omnes athletas suos desyderat coronari.Gaudet anima mea,& magnitudine lætitiæ,rem mœroris patior.Ruth in lachrymas uerba prorumpūt.Zacheus publicanus ad unius horæ conuersionē,hospitem habere meruit saluatorē.Martha & Maria cōuiuio præparato dominū susceperē.Meretrix lauat fletibus pedes,& unguentis bonorū operū,dñici corporis dedicat sepulturā.Simon leprosus inuitat magistrū cum discipulis,& nō contemnitur.Abrahæ dicitur:Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui,& uade in terrā quā mō strauero tibi.Relinquit Chaldæā,relinquit Mesopotamiā:quærit quod nescit, ne perdat quod inuenerat.Non em̄ arbitratus est simul se habere posse,& patriam & dñm:sed iam tunc illud ꝓphetæ Dauid opere cōplebat.Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oēs patres mei: Hebræus,id est, παρώτης atq; transitor : dum nō est præsenti uirtute contentus,sed preteritorum obliuiscens, in futurū se extendit, & scit illud:Ibunt de uirtute in uirtutem:mysticū sortitus est nomen,& uiam tibi aperuit,quō nō quæras ea quæ tua sunt,sed quæ aliena.Et illos putes parētes,fratres,affines,atq; cognatos,q tibi in Christo copulati sunt.Mater,inqt,mea & fratres mei sunt hi,qui faciūt uoluntatē patris mei.Habes tecū prius in carne:nūc in spiritu sociā,de coniuge germanā: de fœmina uirū:de subiecta parē,quæ sub eodē iugo ad cœlestia simul regna festinat.Cauta rei familiaris dispēsatio,& ad calculos rediens,non cito deponitᵉ.Ioseph cū tunica Aegyptiam effugere non potuit.Adolescens ille q opertus sindone sequebatᵉ Iesum:quia tentus fuerat a ministris,terrenū abīciens operimentū,nudus euasit.Helias igneo curru raptus ad cœlū,meloten reliquit in terris.Helisæus boues & iuga prioris operis uertit in uota.Loquitᵉ sapientissimus uir:Qui tāgit picem inquinabitᵉ ab ea.Quādiu uersamur in rebꝰ sæculi,& anima

A nostra,possessionũ ac redituũ procuratione deuincta est,de deo libere cogitare nõ possumus. Quæ eñ participatio iusticiæ cum iniquitate,aut quæ societas lucis ad tenebras? Qui cõsensus Christi ad Belial? Quæ pars fideli cũ infideli? Non potestis(inquit dñs)deo seruire & mãmonæ. Aurum deponere incipientiũ est,nõ perfectorũ. Fecit hoc Crates Thebanus,fecit Antisthenes. Seipsum offerre deo,ꝓprie Christianorũ est & apostolorũ:qui duo cum uidua,pauperta/tis suæ in gaçophylaciũ æra mittentes,totũ censum quẽ habuerũt dño tradiderunt:& merẽtur audire:Sedebitis super duodecim solia,iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc & ipse intelligis quo animo replicẽ:& quod sub aliꝭs uerbis,te ad sanctorũ locorũ inuitẽ habitaculũ. Abũdantia tua multorũ inopiã sustentauit:ut & horũ diuitiæ in tuã indigentiam redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mãmona,qui te reciperent in æterna tabernacula. Laudanda res,& apostoli/corũ temporũ uirtutibus coæquanda;quãdo uenditis possessionibus suis,credentes afferebant pecunias,atq; fundebãt ante pedes apostolorũ:ostendentes auariciã esse calcandam. Sed dñs magis quærit animas credentiũ,cꝫ opes. Legimus:Redemptio animæ uiri,ꝓpriæ diuitiæ. Possum⁹ qdẽ diuitias ꝓprias intelligere:quæ nõ de alieno,non de rapinis sunt:iuxta illud: Honora deum de tuis iustis laboribus: sed melior est intelligentia,ut diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos:quos nec fur possit suffodere, nec latro uiolentus eripere. ¶ Opuscula mea quæ nõ sui merito, sed tua bonitate desyderare te dicis:ad describendũ hoibus tuis dedi: & descripta uidi in chartaceis codicibus:ac frequenter monui,ut cõferrent diligentius,& emendarent. Ego eñ tanta uolumina præ frequentia cõmeantiũ,& peregrinorũ turbis relegere non potui:& ut ipsi probauere præsentes,longo tentus incõmodo,uix diebus quadragesimæ qbus ipsi ꝓficiscebantur,respirare cœpi. Vnde si paragrãmata reppereris,uel minus aliqua descripta sunt,quæ sensum legentis impediant,nõ mihi debes imputare,sed tuis, & imperitiæ notariorũ librariorũ q; incuriæ:qui scribũt nõ quod inueniunt,sed quod intelligunt: & dũ alienos errores emendare nituntur,ostendũt suos. Porro Iosephi libros,& sanctorũ Papiæ & Polycarpi uolu/mina, falsus ad te rumor pertulit a me esse trãslata:quia nec ocij mei,nec uiriũ est,tantas res eadem in alterã linguã exprimere uenustate. Origenis & sancti Didymi pauca transtulimus,uo/
B lentes nostris ex parte ostendere,quid græca doctrina retineret. Canonẽ Hebraicæ ueritatis exceptο octoteucho,quẽ nũc in manibus habeo,pueris tuis & notarijs dedi describendũ. Septuaginta interpretũ æditionẽ, & te habere non dubito,& ante annos plurimos diligentissime emẽdatam,studiosis tradidi:nouũ testamentũ græcæ reddidi authoritati. Vt eñ ueterũ librorũ fides de Hebræis uoluminibus examinanda est:ita nouorũ græci sermonis normam desyderat. ¶ De Sabato qd' quæris, utrũ ieiunandũ sit: & de eucharistia, an accipienda quotidie,quod Romanæ ecclesiæ & Hispaniæ obseruare perhibẽtur: scripsit qdem & Hippolytus uir disertissimus,& carptim diuersi authores e uarijs authoribus ædidere. Sed ego illud te breuiter admonendũ puto:traditiones ecclesiasticas(præsertim quæ fidei non officiant)ita obseruandas, ut a maioribus traditæ sunt. Nec aliorũ consuetudinẽ,aliorũ contrario more subuerti. Atq; utinam omni tẽpore ieiunare possimus,quod in Actibus apostolorũ diebus Pentecostes,& die dñico, apostolũ Paulũ,& cũ eo credentes fecisse legimus. Nec tamen Manichææ hæreseos accusandi sunt:cũ carnalis cibus præferri nõ debuerit spiritali. Eucharistiã quoq; absq; cõdemnatione nostri,& pungẽte cõscientia semp accipere,& psalmistã audire dicentẽ: Gustate & uidete, quoniã suauis est dñs:& cũ eo canere:Eructauit cor meũ uerbũ bonũ. Nec hoc dico,quod dñicis dieb⁹ ieiunandũ putẽ,& contextas sexaginta diebus ferias auferã:Sed unaquæq; ꝓuincia abundet in sensu suo:& p̃cepta maiorũ,leges apostolicas arbitretur. Duo palliola,& amphimalum de tuis usibus uel utenda, uel sanctis danda suscepi: Ego insignia paupertatis, & quotidianæ symbolia pœnitentiæ, tibi & sorori tuæ misi, quatuor ciliciola apta proposito, & usibus uestris:& codicem,hoc est uisiones Esaiæ,ualde obscurissimas:quas nuper historica explanatiõe disserui:ut quotiẽscũq; mea opuscula uideris,totiens amici dulcissimi recordatus,nauigationẽ quam parũper distuleras,pares. Et quia non est in homine uia eius: & a dño gressus hominis diriguntur:si forte(quod procul absit)aliquid fuerit impedimenti:quæso ut quos charitas iungit,terrarũ longitudo nõ separet:& absentẽ Lucinũ nostrũ, semp præsentẽ litterarũ uicissitudine sentiamus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Theodoram Hiſpanã uiduã cõſolatur de morte Lucini Betici mariti, ſed quẽ fratris habuerit loco.

SCHOLIA.

C

NOn ſumus Græcus & barbarus.) Ita Paulus ad Galatas, capite tertio. Quicũq; in Chriſto baptiçati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Non eſt ludæus, neq; græcus: nõ eſt ſeruus, neq; liber: non eſt maſculus, neq; fœmina. Omnes em̃ uos unũ eſtis in Chriſto Ieſu. Quãdo dicit, nõ nubẽt.) De hac Hæreſi diſputat in epitaphio Paulæ copioſius. Baſilidis Hæreſi.) Baſilides in cæteris Simonianus, trecentos ſexaginta quinq; fabricatus eſt cœlos, ut teſtat̃ diuus Auguſtinꝰ in libro ad Quoduultdeum. Inde myſticũ illud nomẽ ſuis diſcipulis cõmendabat ἄβραξας. Nã his litteris iuxta græcam ſupputationem, hic numerus ſignatur, α & β, ſignificant unũ & duo, ρ & α centũ & unum, ξ & α ducenta & unũ, σ quæ ſeptima eſt in hac dictiõe littera, ſignificat ſexaginta. In ſumma redduntur, trecenta ſexaginta quinq;. Proinde mundũ hunc & hominẽ negabat a deo conditũ, ſed a trecenteſimo ſexageſimo quinto cœlo. Idẽ negabat ipſum Chriſtũ a ludæis fuiſſe crucifixũ, ſed eiꝰ loco Simonẽ Cyrenẽſem, q iuxta Matthæũ coactus fuit baiulare crucẽ dñi. Diuus Hieronymꝰ enarrãs tertiũ Amos ꝓphetæ caput, prodidit Baſilidem hoc portentoſo uocabulo deũ appellaſſe, quẽ gentiles alijs litteris, ſed eundẽ reddẽtibus numerũ, μύθραν appellent. Mythran autẽ illi ſolem appellãt, qui hoc dierũ numero, curſum annuũ cõficit. Meminit idẽ huius ꝓdigioſi uocabuli Abraxas, enarrãs primũ Abdiæ caput. Cæteq; illud Armagil, Barbelon, Balſamum, Leuſibora, conſimilis inſaniæ ſunt uocabula: in hoc conficta, ut αἰῶνας, hoc eſt ſæcula ſignificent, litterarum notis: quæ ridicule cõmentus eſt Valentinus & Marcion, triginta conſtituens αἰῶνας, quadradas, octoadas, & duodecadas, atq; huiuſmodi præſtigijs uerborum, plæbeculæ ſimplici & imperitæ conãs imponere: quæ peregrina magis miratur: & quæ minus intelligit, plus credit habere myſterij. Vnde q ridiculas ꝓfitent artes, magiã, notoriã, Græca quædã & Hebraica: nõnulla cõficta uocabula inculcant nihil ſignificãtia. Meminit horũ uerborũ Hieronymus & in libro aduerſus Vigilantiũ. Itẽ in cõmẽtarijs in Eſaiã. Quaſi de Hebraicis fontibꝰ.) Nõ quod Hebraica ſint, ſed quo plus haberẽt authoritatis, hinc ſumpta uideri uolebãt, ex occultis illorũ Thalmudicis, aut Caballiſticis libris haberẽtq; nõnihil tale, quale apud Hebræos nomẽ dei tetragrãmaton. Baſilidis Gnoſtici.) Hoc cognominis ſibi uindicabãt, ob arcanã myſteriorũ ſciẽtiã, ſed rectiꝰ ijdẽ βορβορίται ſũt dicti a cœno, ob turpitudinẽ quã exercebant in ſuis myſterijs. Hirenæus uir apoſtolicoq; tẽporũ.) Hic uolumẽ ſcripſit aduerſus quinq; hæreſes, ut teſtat̃ in catalogo ſcriptorũ Hieronymꝰ, ubi mentionẽ facit & Papiæ. Inde Pyrenæũ.) Montes em̃ Pyrenæi Gallias dirimũt ab Hiſpanijs. Vt hir. qui uigil.) Habes Danielis, cap. 4.

D

HIERO. AD THEODORAM EPITAPHIVM LVCINI BETICI.

LVgubri nuncio conſternatus ſup ſancti & uenerabilis mihi dormitiõe Lucini, uix breuẽ epiſtolã dictare potui. Nõ quod eius uicẽ doleã: quẽ ſcio ad meliora tranſiſſe, dicẽte Moyſe: Trãſiens uidebo uiſionẽ hãc magnã: ſed quo torquear deſyderio, nõ meruiſſe me eiꝰ uiri uidere faciẽ: quẽ in breui tẽpore huc uentur; eſſe credebã. Verũ eſt illud ſup neceſſitate mortis ꝓphetale uaticiniũ, quod fratres diuidat, & chariſſima inter ſe noia crudelis & dura diſſociet: Sed habemus cõſolationẽ: quia dñi uoce iugulat̃, per quem ad eã dicitur: Ero mors tua o mors: ero morſus tuus inferne. Et in cõſequentibus: Adducet urentẽ uentũ dñs de deſerto deſcendentẽ, qui ſiccabit oẽs uenas eius, & deſolabit fontẽ illius. Exiuit em̃ uirga de radice ieſſe, & flos de uirginali frutice pullulauit. Qui loquit̃ in canticocanticorum: Ego flos campi, & liliũ cõualliũ. Flos noſter mortis interitus: ideoq; & mortuꝰ eſt, ut mors illius morte moreret̃. Quod aũt de deſerto dicitur adducẽdus, uirginalis uterus demonſtrat̃, q abſq; coitu, & ſemine uiri deũ nobis fudit infantẽ. Qui calore ſpũs ſancti, exiccaret fontes libidinũ: & caneret in pſalmo: In terra deſerta & inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Aduerſum ergo mortis duritiam & crudeliſſimam neceſſitatem hoc ſolatio erigimur, quod breui uiſuri ſumus eos, quos dolemꝰ abſentes. Neq; em̃ mors, ſed dormitio & ſomnus appellat̃. Vnde & beatus Apoſtolus, uetat de dormientibꝰ cõtriſtari: ut quos dormire nouimus, ſuſcitari poſſe credamus: & poſt digeſtũ ſoporẽ uigilare cũ ſanctis, & cũ angelis dicere: Gloria in excelſis deo: & ſup terrã pax hoibuſ bonæ uolũtatis. In cœlo ubi nõ eſt peccatũ: gloria eſt, & ꝓpetua laus, & indefeſſa p̃conia. In terra aũt ubi ſeditio, bella atq; diſcordiæ, pax imprecanda eſt: & pax nõ in oĩbus, ſed in his q bonæ uolũtatis ſunt: & ſalutationẽ audiũt apoſtolicã: Gratia uobis & pax a deo patre & dño noſtro Ieſu Chriſto multiplicetur: ut in pace ſit locus eius, & habitatio eiꝰ in Sion, id eſt, in ſpecula, in ſublimitate dogmatũ atq; uirtutũ, in anima credẽtis: cuius quotidie angelus uidet faciẽ dei, & reuelato uultu gloriã dei cõtemplatur. Vnde obſecro te, & currentẽ (ut aiunt) impello: ut Lucinũ tuũ deſyderes quidẽ ut fratrẽ, ſed gaudeas regnare cũ Chriſto: quia raptus eſt, ne malicia immutaret mentẽ eius. Placita em̃ erat deo anima illius: & in breui ſpatio tempora

multa

A multa compleuit. Nos dolendi magis, qui quotidie ſtamus in prelio peccatorum, uitijs ſordida
mur: accipimus uulnera: & de ocioſo uerbo reddituri ſumus rationē. Ille iam ſecurus & uictor te
aſpicit de excelſo, & fauet laborāti: & iuxta ſe locū præparat, eodē amore & eadē charitate, qua
oblitus officij cōiugalis: in terra quoq; ſororē te habere cœperat, imo tu illū fratrē: quia caſta cō
iunctio, ſexū nō habet nuptialē. Et ſi adhuc in carne poſiti & renati in Chriſto, nō ſumus græ/
cus & barbarus, ſeruus & liber, maſculus & fœmina: ſed omnes in eo unū ſumus: quanto magis
cū corruptiuū hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē: non nubent,
neq; nubentur: ſed erūt ſicut angeli in cœlis? Quādo dicit: nō nubent, neq; nubētur: ſed erūt ſi/
cut angeli in cœlis: nō natura & ſubſtantia corporū tollitur, ſed gloriæ magnitudo monſtratur.
Neq; em̄ ſcriptum eſt: erunt angeli, ſed ſicut angeli. Vbi ſimilitudo promittitur, ueritas dene/
gatur. Erunt (inquit) ſicut angeli, id eſt, ſimiles angelorū. Ergo hoies eſſe nō deſinent. Indyti qui/
dē & angelico ſplendore decorati: ſed tamen hoies: ut Apoſtolus, Apoſtolus ſit: & Maria Ma/
ria: & confundat̄ hæreſis, quæ ideo incerta & magna promittit: ut quæ certa & moderata ſunt,
auferat. Et quia hæreſeos ſemel fecim⁹ mentionē, qua Lucinus noſter digne æloquētiæ tuba p̄/
dicari poteſt, qui ſpurciſſima per Hiſpanias Baſilidis hæreſi ſæuiente, & inſtar peſtis & morbi,
totas intra Pyrenæū & Oceanū uaſtante prouincias, fidei eccleſiaſticæ tenuit puritatē, nequaq̄
ſuſcipiens, Armagil, Barbelon, Abraxas, Balſamū, & ridiculū Leuſiboram: cæteraq; magis por/
tenta quā nomina: quæ ad imperitorū & mulierclarū animos cōcitandos, quaſi de Hebraicis
fontibus hauriunt: barbaro ſimplices quoſq; terrentes ſono: ut quod nō intelligunt, plus mirē/
tur. Refert Hirenæus uir apoſtolicorū tempor⁹, & Papiæ auditoris euāgeliſtæ Iohānis diſcipu
lus, epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis: quod Marcus quidā de Baſilidis gnoſtici ſtirpe deſcendēs,
primū ad Gallias uenerit: & eas partes per quas Rhodanus & Garumna fluunt, ſua doctrina
maculauerit: maximeq; nobiles fœminas, quædā in occulto myſteria repromittens, hoc errore
B ſeduxerit: magicis artibus & ſecreta corporū uoluptate, amorē ſui cōcilians. Inde Pyrenæū tran
ſiens, Hiſpanias occuparit: & hoc ſtudio habuerit: ut diuitū dom⁹, & in ipſis fœminas maxime
appeteret: quæ ducuntur uarijs deſyderijs, ſemper diſcentes, & nunq̄ ad ſcientiā ueritatis per/
uenientes. Hoc ille ſcripſit ante annos circiter trecētos. Et ſcripſit in his libris, quos aduerſus oēs
hæreſes doctiſſimo & æloquētiſſimo ſermone cōpoſuit. Ex quo perpendat prudentia tua, qua
Lucinus noſter laude ſit dignus: q dauſit aurē, ne audiret iudiciū ſanguinis: & omnē ſubſtantiā
ſuā diſperſit & dedit pauperibus, ut iuſticia eius maneret in æternū. Nec patriæ ſuæ largitate cō
tentus, miſit Hieroſolymarū & Alexandrinæ eccleſiæ tantū auri: quāto multorū poſſit inopiæ
ſubueniri. Quod cū multi mirentur & predicēt: ego in illo magis laudabo feruorē & ſtudiū ſcri
pturarū: Quo ille deſyderio opuſcula noſtra flagitauit: & miſſis ſex notarijs (quia in hac prouin
cia latini ſermonis ſcriptorū q; penuria eſt) deſcribi ſibi fecit, quæcū q; ab adoleſcentia uſq; in p̄/
ſens tēpus dictauimus? Nō nos honorauit, q paruuli & minimi Chriſtianor⁹ omniū ſumus, &
ob cōſcientiā peccatorū, Bethlehemitici ruris ſaxa incolimus: ſed Chriſtū, qui honorat̄ in ſeruis
ſuis: & apoſtolis repromittit, dicens: Qui uos recipiūt, me recipiunt. Et qui me recipiūt, recipiūt
eum qui me miſit. Itaq; chariſſima filia hanc epiſtolā amoris mei in illum habeto epitaphiū: &
quicquid poſſe me ſcieris in opere ſpiritali, audacter impera: ut ſciant ſæcula poſt futura, eū qui
dicit in Eſaia: Poſuit me ut ſagittam electam, in pharetra ſua abſcondit me: duos uiros tantis
maris atq; terrarū inter ſe ſpatijs ſeparatos, ſuo acumine uulneraſſe: ut cum mutuo in carne ſe
neſciant, amore ſpirit⁹ copulētur. Subſcriptio. Sanctā te corpore & ſpiritu ſeruet ille Samarites,
id eſt, ſeruator & cuſtos: de quo in pſalmo ſcribitur: Nō dormitabit, neq; dormiet, qui cuſtodit
Iſrael: ut Hir, qui interpretatur uigil, qui deſcendit ad Daniel, ad te quoq; ueniat: & poſſis dice/
re: Ego dormio, & cor meum uigilat.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Fabiolam nobilem fœminam, laudat quod poſt lapſum ad Chriſtum conuerſa, ſanctiſſimam uereq;
Chriſtianam egerit uitam, glorioſumq; meruerit uitæ finem. Scripſit ad hanc de ueſtibus Aaron: cuius
epiſtolæ initium eſt, Vſq; hodie, quam in ſuo reperies Tomo. Item alteram de manſionibus.

SCHOLIA.

C RArentis affectus.) Parentis, refertur ad Paulam Bleſillæ matrẽ: auunculi, ad Heliodorũ Nepotiani auunculum: mariti, ad Pãmachium Paulinæ maritũ. Scholæ memor.) Declamatoriã ſcholam intellige. Porro præcepta iubent in genere laudatorio a maiorũ laudibus oriri. Vnus qui nobis.) Retulit Vergilianum carmen ex libro Aeneidos ſexto, quod ille ab Ennio mutuatus tradit. Dictũ eſt hoc de Quinto Fabio Maximo, q cõtatione ſua Hannibalẽ fregit, remq; Romanam pene ad extremam deſperationẽ redactam reſtituit. Vnde & contator dictus eſt. Et quia ſtatim in princip.) Hoc ad conſiliũ pertinet: quod & admonet Quintilianus, ut ſi quid fuerit, quod ad cauſam uideat obſtaturũ, id amoliamur nõ obſeruata ratione cõmuniũ præceptorũ. Id quod fecit. M. Tullius in oratiõe habita pro Milone. Corporis ſui infamare partẽ.) Corporis partẽ maritũ uocat, quod uir & uxor unũ corpus appellet Paulus. Hoc addidit, ne uideret, uel fauore tacuiſſe, uel metu, ſed humanitate. Hoc admonendũ putaui, ne quis hic inepte argut⁹, aliquid obſcœnius ſomniet, cum nihil tale ſignificet Hieronymus. In Baſilica quondam Laterani.) Indicat unde baſilica Lateranenſis, quæ Romæ ſumma fuit, nomen inuenerit. Aaron ſacrilegiũ.) Legis Exodi, capite uigeſimo ſecundo. Fraternas preces, Moyſi preces intelligit. Q; Achab.) De peccato Achab, & de huius pœnitentia, legis tertio libro Regũ, cap. uigeſimo primo. Cõtra Montanũ.) Vel hinc apparet, iſtos Chriſtianis poſt baptiſmũ lapſis, negabaſſe per pœnitẽtiã reditũ ad gratiã Chriſti: deceptos opinor occaſione uerbor⁹ Pauli in epiſtola ad Hebræos. Impoſſibile eſt &c. Et Iohãnis in prima epiſtola: Eſt peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo dico, ut roget quis. Ex hoc loco potes animaduertere, olim cõfeſſionẽ fuiſſe publicã: & de notis cõmiſſis, publicam item ſatiſfactionẽ. Et apparet Hieronymi tẽpore nondũ inſtitutã fuiſſe ſecretã admiſſorũ cõfeſſionẽ, quã poſtea eccleſia ſalubriter inſtituit, ſi modo recte utantur ea, & ſacerdotes & laici. Verũ in hoc labuntur Theologi quidã parũ attenti, ut quod ueteres illi de huiuſmodi publica & generali confeſſiõe, quæ nihil aliud erat, cũq; ſignis quibuſdã & piaminibus ab epiſcopo indictis, ſe peccatorẽ, & bonorũ cõmunione indignũ agnoſcere, trahunt ad hanc occultã & longe diuerſi generis. Sedit ſup carbones ignis. Alluſit ad carbones deſolatorios Dauid: & carbonẽ uiuũ, qui purgauit labia Eſaiæ. Et reſpondẽs generi.) Reſpondẽs elegãter dixit pro cõueniens & par. Erat em ut nobiliſſima, ita & ditiſſima. Noſocomion.) Ita lego in plæriſq; exemplaribus. Vide legẽdum ne ſit, νοσουντοκώμιον, quod latine ſonat languentiũ uiculũ. Nã νοσεῖν ægrotare eſt, κώμη uicus ſeu caſtellũ. Niſi forte mauis, νοσοκομεῖον, a uerbo κομάω, quod eſt, curo ſeu nutrio, pro loco quo nutriuntur ac fouentur egroti: atq; hoc mihi magis placet. Neq; em admodũ me mouet interpretatio græcæ uocis, quã in quibuſdã codicibus aſſcripſit neſcio quis. Exile fœmur, crura tur.) Alluſit ad Horatianũ illud. Et femur tumẽtibus Exile ſuris additũ. Id autẽ ſolet euenire tumidis & hydropicis. Vermiculos bullientes.) Significat morbũ pedicularẽ, quo perijt L. Sylla. Spirans cadauer.) Quaſi uiuens iam mortuus ſit: hoc ſuperius alijs dixit uerbis, de morbo regio laborãtibus, Suo funeri ſuperuiuit. In cœlũ laudibus fero.) Prouerbialis eſt hyperbole, pro eo quod eſt, uehemẽter laudare. Clinicũ.) Id eſt, q ob morbũ lecto decũbit, ut alibi diximus. Ab ultima Meotide.) Quæ ad Scythas pertingit. Vnde & ea gens Meotici uocantur a palude Meotide, quæ a Boſphoro, ad Tanaim uſq; deflectit, authore Mella. Glacialẽ Tanaim.) Qd' flumẽ hoc ob regionis frigus ſæpe cõcreſcat gelu. Maſſagetas.) Populus eſt Scythiæ, intra Caucaſi rupes cõcluſus. Alexandri clauſtra.) De portis Caucaſijs ſentit, quas magno errore Caſpias uocatas, admonet Plini⁹, libro ſexto, cap. 11. Itẽ libro. 5. cap. 27. Hac de re q plura cupiet cognoſcere, legat librũ Strabonis undecimũ. Tales ultra beſtias.) Noue dixit, pro eo quod eſt, magis feros, cũq; ſint ipſæ beſtiæ: niſi malis, ultra pro poſt hac. Tyrus ſe uolẽs a terra.) Tyrus metropolis Phœnices, abeſt uigeſimo prope miliario a Cæſarea Philippi, quondã inſula, mari prælto ſeptingentis paſſibus diuiſa: ſed ab Alexandro magno cõtinens facta, comportatis aggeribus, ut ipſe teſtat alibi Hieronymus. Incuria pacis.) In pace negligũtur ea quæ ad bellũ ptinẽt. Obſidebat Antiochia.) De ciuitate Antiochia ſentit, quæ ſita eſt in Cœleſyria. Quæ tota in ſarcinis.) Hieronymus & Paula cum ſuis uirginib⁹ cogebãtur manere, quod illic iam ædificauerant. At Fabiola, quoniã oia ſua in ſarcinis habebat, nõ in ædificijs aut fundis, poterat fugere. Hoc adiecit, ne uideretur reliquiſſe Bethlehem, uel quod parũ illi cõueniret cũ cæteris, uel quod inſtituti pœniteret. Necdũ dictũ, iam factũ.) Hoc prouerbiali dicto, mirã facti celeritatẽ ſignificabãt. Vergilius. Dicto citius tumida æquora placat. In Inſula Mitylene.) Inſula eſt oppoſita Aſiæ, in qua Paulus excuſſit uiperam: & in qua Publius eius inſulæ princeps, Paulũ triduo benigne excepit hoſpitio, cui⁹ patrẽ ſanauit dyſenteria laborantẽ, ut legis in actis apoſtolicis, cap. 8. Ne cõtradictioni.) Vt excludã, quod forte quis obiecturus ſit, Publiũ in plures hoſpitalẽ fuiſſe, nempe in unã nauim, quæ Paulũ uehebat. Didicit Britãnia.) Britanniã nominat, ut quæ longiſſime ſemota ſit ab Aegypto. Adeo uelox fuit fama, ut qd' uere cognouerãt propinqui Aegyptij, id eadẽ æſtate, rumor ad Britannos extremos orbis peruexerit. Quo modo uoluit.) Hoc eſt pauper, id em optabat. Et iam fama uolans.) Rurſus intertexuit uerſum Maronis. Quatiebat alleluia.) Annotandũ eſt alleluia, cani ſolitũ in funere Chriſtianorũ, uelut a gratulantibus, quod euolaſſent ad ſuperos. Hic Iuuenũ chorus.) Carmẽ eſt Maronis ex octauo Aeneidos libro. Hic Iuuenũ chorus, ille ſenũ qui carmine laudes Hercu leas & facta ferũt. Hercu leas Hieronym⁹ uertit in fœminæas. Nõ ſic furius.) Furiũ camillũ ſentit, q gallos præter ſpem ex urbe Roma depulit. Nõ Papyrius.) Papyrius curſor, egregiam de Samnitibus uictoriã retulit, cæſis eodẽ die, Samnitiũ triginta milibus, trecẽtis quadraginta, captis quatuor milibus, ſeptuaginta ſeptem. Captis itẽ ſignis militarib⁹, nonaginta ſeptem. Author Titus Liuius primæ decadis, libro decimo. Nõ Scipio de Numantia.) Scipio Aphricanus, Numantiã acerrime obſedit. Ipſi ciues

D

ne in

A ne in manus uictoris ueniret, inuicē ſeſe trucidarunt. Scipio tandē captā urbē funditus deleuit, decꝫ ea triumphauit. De ponti gentibus.) Cneus Pompeius Tigranē Armeniorū regem in deditionē accepit. Mithridatē ſæpius prelio uictū, & fugientē per oīa perſecutus, ad ſumēdū uenenū adegit. Denicꝫ Aſiam in prouinciæ formā redegit. In unū populos.) Vel quia ſepticollis eſt urbs, uel quia uarias habet in ſe nationes urbs Romana. ¶ Si paterfamilias.) Chriſtum intelligit, qui benignitate ſua dignatus eſt hoc honore, quæ reſipuit poſt lapſum. Inferias dedi.) Inferiæ dicūtur ſacrificia, aut munera quæ in honorem defunctorū inferuntur.

¶HIERONYMVS AD OCEANVM EPITAPHIVM FABIOLAE.

PLures anni ſunt, quod ſuper dormitiōe Bleſillæ, Paulam uenerabilē fœminā, recenti adhuc uulnere cōſolatus ſum. Quartæ æſtatis circulus uoluitur, ex quo ad Heliodorū epiſcopū Nepotiani ſcribens epitaphiū, quicqd habere potui uiriū in illo tūc dolore cōſumpſi. Ante hoc ferme bienniū, Pāmachio meo ꝓ ſubita peregrinatiōe Paulinæ, breuem epiſtolā dedi, erubeſcens ad diſertiſſimū uirū plura loqui, & ei ſua ingerere: ne nō tam cōſolari amicū uiderer, cꝫ ſtulta iactantia docere perfectū. Nūc mihi fili Oceane uolenti, & ultro appetenti, debitū munus imponis: quo pro nouitate uirtutū: ueterē materiā nouā faciam. In illis eī uel parentis affectus, uel mœror auunculi, uel deſyderiū mariti temperandum fuit: & pro diuerſitate perſonarū, diuerſa de ſcripturis adhibenda medicamina. In præſentiarū tradis mihi Fabiolam, laudē Chriſtianorū, miraculū gentiliū, luctum pauperū, ſolatiū monachorum. Quicquid primū arripuero, ſequentiū cōparatione uileſcit. Ieiuniū prædicē? Sed præualeſcūt eleemoſynæ. Humilitatē laudem? Sed maior eſt fidei ardor. Dicam appetitas ſordes, & in condemnationē ueſtiū ſericarū plebæiū cultum, & ſeruilia indumēta quæſita? Plus eſt animū depoſuiſſe, cꝫ cultum. Difficilius arrogantia, cꝫ auro caremus & gemmis. His eī abiectis, interdum glorioſis tumemus ſordibus: & uendibilē paupertatē, populari auræ offerimus. Celata uirtus, & conſcientiæ fota ſecreto: deum ſolū iudicem reſpicit. Vnde nouis mihi eſt efferen-
B da præconijs: & ordine rhetorū ꝑtermiſſo, tota de cōuerſionis ac pœnitētiæ incunabilis aſſumēda. Alius forſitan ſcholæ memor. Q. Maximum. ¶ Vnus qui nobis cunctando reſtituit rem: & Fabiorū gentē proferret in mediū, diceret pugnas: deſcriberet prælia: & per tantæ nobilitatis gradus Fabiolam ueniſſe iactaret: ut quod in uirga nō poterat, in radicibus demonſtraret. Ego diuerſorij Bethlehemitici, & præſepis dñi amator, in quo uirgo puerpera deū fudit infantem, ancillā Chriſti, nō de nobilitate ueteris hiſtoriæ, ſed de eccleſiæ humilitate producā. ¶ Et quia ſtatim in principio, quaſi ſcopulus quidā, & procella mihi obtrectatorū eius opponitur, quod ſecundū ſortita matrimoniū, prius reliquerit: non laudabo cōuerſam, niſi prius ream abſoluero. Tanta prior maritus uitia habuiſſe narratur: ut ne ſcortū quidē & uile mancipiū ea ſuſtinere poſſet. Quæ ſi uoluero dicere: perdā uirtutē fœminæ, quæ maluit culpā ſubire diſſidij, cꝫ corporis ſui infamare partē, & maculas eiꝰ detegere. Hoc ſolū ꝓferā, quod uerecūdæ matronæ & Chriſtianæ ſatis eſt. Præcepit dñs uxorē nō debere dimitti, excepta cauſa fornicationis: & ſi dimiſſa fuerit, manere innuptā. Quicqd uiris iubet', hoc cōſequēter redundat in fœminas. Neqꝫ eī ad-ultera uxor dimittēda eſt: & uir mœchus tenendus. Si q meretrici iungit', unū corpus facit: ergo & quæ ſcortatori impuroqꝫ ſociat', unū cum eo corpus efficit'. Aliæ ſunt leges Cæſarū, aliæ Chriſti: aliud Papinianus, aliud Paulus noſter ꝑcipit. Apud illos uiris impudicitiæ frena laxant': & ſolo ſtupro atqꝫ adulterio cōdemnato, paſſim ꝑ lupanaria & ancillulas libido permittit': quaſi culpā dignitas faciat, nō uolūtas. Apud nos, quod nō licet fœminis, æque nō licet uiris: & eadē ſeruitus pari cōditione cenſetur. Dimiſit ergo (ut aiunt) uitioſum: dimiſit illius & illius criminis noxiū: dimiſit (pene dixi) qd' clamāte uicinia, uxor ſola non prodidit. Sinautē arguitur: quare repudiato marito non innupta permanſerit: facile culpā fatebor, dū tamen referā neceſſitatem. Melius eſt (inquit Apoſtolus) nubere cꝫ uri. Adoleſcētula erat: uiduitatē ſuā ſeruare non poterat. Videbat aliam legē in mēbris ſuis repugnantē legi mētis ſuæ, & ſe uinctā & captiuā ad coitū trahi. Meliꝰ arbitrata eſt aperte cōfiteri imbecillitatē ſuā, & umbrā quādā miſerabilis ſubire cōiugij, cꝫ ſub gloria uniuiræ opa exercere meretricū. Idē Apoſtolus uult uiduas adoleſcētulas

C nubere,filios procreare:nullam dare occaſionem aduerſario maledicti gratia. Et protinus cur hoc uelit,exponit.Iam em̃ quædam abierunt retro poſt ſatanã.Igitur & Fabiola,quia perſuaſe rat ſibi,& putabat a ſe uirũ iure dimiſſum:nec euangelij uigorem nouerat:in quo nubendi uni uerſa cauſatio uiuentibus uiris fœminis amputatur:dum multa diaboli uitat uulnera,unũ in/ cauta uulnus accepit. ¶ Sed quid ego in abolitis & antiquis moror:quærens excuſare culpam: cuius pœnitentiã ipſa confeſſa eſt? Quis hoc crederet,ut poſt mortẽ ſecundi uiri,in ſemet reuer ſa:quo tẽpore ſolent uiduæ negligentes,iugo ſeruitutis excuſſo agere ſe liberius,adire balneas, uolitare per plateas, uultus circũferre meretricis,ſaccum indueret:ut errorem publice fateretur: & tota urbe ſpectante Romana,ante diẽ paſcæ in baſilica quondã Laterani:q Cæſariano trun catus eſt gladio:ſtaret in ordine pœnitẽtiũ,epiſcopo,preſbyteris,& om̃i populo collachryman/ tibus, ſparſum crinẽ,ora lurida, & ſqualidas manus,ſordida colla ſubmitteret? Quæ peccata fle tus iſte nõ purget? Quas inueteratas maculas hæc lamẽta nõ abluant? Petrus trinã negationẽ, trina confeſſione deleuit.Aaron ſacrilegiũ,& conflatũ ex auro uituli caput, fraternæ correxere preces.Dauid ſancti & manſuetiſſimi uiri homicidiũ pariter & adulteriũ:ſeptem dierum emen dabat fames.Iacebat in terra, uolutabat in cinere:& oblitus regiæ poteſtatis,lumẽ quærebat in tenebris.Illumq; tantũ reſpiciens quẽ offenderat,lachrymabili uoce dicebat: Tibi ſoli peccaui, & malum corã te feci.Et,redde mihi læticiam ſalutaris tui,& ſpiritu principali cõfirma me.Atq; ita factum eſt:ut qui me prius docuerat uirtutibus ſuis,quomodo ſtans non caderem: doceret per pœnitentiã,quomodo cadẽs reſurgerẽ. Quid tam impium legimus inter reges q̃ Achab: de quo ſcriptura dicit:Non fuit alius talis,ut Achab:qui uenundatus eſt,ut faceret malũ in con ſpectu dñi? Hic cũ ꝓpter ſanguinẽ Nabuthæ correptꝰ fuiſſet ab Helia:& audiſſet iram dñi per ꝓphetam:Occidiſti,& inſuper poſſediſti:& ecce ego inducam ſuper te malũ,& demetam poſte riora tua,& reliqua:ſcidit ueſtimenta ſua,& operuit cilicio carnẽ ſuã,ieiunabatq; in ſacco,& am/

D bulabat demiſſo capite. Tunc factus eſt ſermo dei ad Heliam Theſbiten,dicens: Nonne uidi/ ſti Achab humiliatum coram me? Quia ergo humiliatus eſt mei cauſa: non inducam malum in diebus eius. ¶ O felix pœnitentia,quæ ad ſe dei trahit oculos:quæ furentem ſententiã dei, confeſſo errore mutauit.Hoc idem & Manaſſen in Paralipomenon:& Niniuen feciſſe legimus in propheta: publicanum quoq; in euangelio.E quibus primus non ſolũ indulgentiã,ſed & re gnum recipere meruit.Alter impẽdentẽ dei fregit iram.Tertius pectus uerberans pugnis, ocu/ los non leuabat ad cœlum.Et multo iuſtificatior receſſit publicanus humili confeſſione uitiorũ, q̃ phariſæus ſuperba iactatiõe uirtutum.Non eſt loci huius,ut pœnitentiã prædicem,& quaſi contra Montanum Nouatũq; ſcribens:dicam illam hoſtiam dño eſſe placabilẽ:Et,ſacrificium deo,ſpiritũ cõtribulatum:Et,malo pœnitentiã peccatoris,q̃ mortem:Et,exurge,exurge Hieru/ ſalem,& multa alia:quæ prophetarũ clangunt tubæ.Hoc unũ loquar:quod & legentibus utile ſit:& præſenti cauſæ conueniat.Non eſt cõfuſa dñm in terris: & ille eam nõ cõfundetur in cœlo. Aperuit cunctis uulnus ſuum,& decolorem in corpore cicatricem,flens Roma cõſpexit.Diſſuta habuit latera:nudum caput,clauſum os.Non eſt ingreſſa eccleſiam domini:ſed extra caſtra cũ Maria ſorore Moyſi ſeparata conſedit:ut quam ſacerdos eiecerat,ipſe reuocaret.Deſcendit de ſolio delitiarum ſuarum: accepit molam, fecit farinam,& diſcalciatis pedibus tranſiuit fluenta lachrymarum.Sedit ſuper carbones ignis.Hi ei fuere in adiutorium.Faciem per quam ſecun/ do uiro placuerat,uerberabat,oderat Gemmas,linteamina uidere non poterat,ornamenta fu/ giebat.Sic dolebat,quaſi adulterium commiſiſſet: & multis impendijs medicaminum unum uulnus ſanare cupiebat. ¶ Diu morati ſumus in pœnitentia: in qua uelut in uadoſis lo/ cis reſedimus:ut maior nobis & abſq; ullo impedimento ſe laudum eius campus aperiret.Re/ cepta ſub oculis omnis eccleſiæ communione,quid fecit? Scilicet in die bona malorum non obli ta eſt:& poſt naufragiũ rurſum tẽtare noluit pericula nauigãdi.Quin potius oẽm cenſum quẽ habere poterat(erat aũt ampliſſimꝰ,& reſpõdens generi eius)dilapidauit,ac uẽdidit,& in pecu niã cõgregatũ,uſibus pauperũ p̃parauit,& prima omniũ *ποσοκομεῖον* inſtituit:in quo ægrotantes colligeret de plateis: & cõſumpta languoribꝰ atq; inedia miſerorꝝ mẽbra foueret.Deſcribã ego nũc diuerſas hominũ calamitates,trũcas nares,effoſſos oculos, ſemiuſtos pedes,luridas manꝰ: tumentes

A tumentes aluos,exile fœmur,crura turgentia:& de exesis ac putridis carnibus, uermiculos bul/
lientes? Quoties morbo regio & pedore cõfectos humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit pu
rulentam uulnerum saniem: quã alius aspicere nõ ualebat? Præbebat cibos propria manu, &
spirans cadauer,sorbitiũculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos ob stomachi angustiã
exercere huiuscemodi misericordiã per aliena ministeria: & dæmentes esse pecunia, nõ manu.
Quos equidẽ nõ reprobo:& teneritudinẽ animi nequaq; interpretor infidelitatẽ. Sed sicut im/
becillitati stomachi ueniã tribuo,sic perfectæ mẽtis ardorem in cœlũ laudibus fero. Magna fi/
des ista cõtemnit. Scit quid in Laçaro diues purpurat9 aliquãdo nõ fecerit,quali superba mens
retributione damnata sit. Ille quẽ despicimus,quẽ uidere non possumus,ad cuius intuitũ nobis
uomitus erumpit,nostri similis est:de eodẽ nobiscũ formatus est luto:ijsdem cõpactus elemen
tis. Quicquid patitur,& nos pati possumus. Vulnera eius existimem9 ppria: & omis animi in
alterũ duritia,dæmenti in nosmetipsos cogitatione frangetur. Nõ mihi si linguæ centũ sint,
oraq; centũ: Ferrea uox. // Omia morborũ percurrere nomina possim: Quæ Fabiola in tan/
ta miserorũ refrigeria cõmutauit:ut multi pauperũ sani,languentib9 inuiderent. Qz cq; illa simi/
li liberalitate erga clericos & monachos ac uirgines fuerit. Quod monasteriũ non illius opibus
sustentatũ est? Quẽ nudũ & dinicum non Fabiolæ uestimenta texerunt? In quorũ se indigen/
tiã nõ effudit præceps,& festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat
ergo insulas & totũ Ethruscum mare, Volscorũq; prouinciam:& reconditos curuorũ littorũ si/
nus:in quibus monachorũ cõsistunt chori,uel pprio corpore,uel transmissa per uiros sanctos
ac fideles munificentia circũibat. Vnde repente & contra opinionẽ omniũ Hierosolymã naui/
gauit:ubi multorum excepta concursu,nostro parumper usa est hospitio:cuius societatis recor
dans,uideor mihi adhuc uidere quam uidi. // Iesu bone,quo illa feruore, quo studio intenta
erat diuinis uoluminibus? & ueluti quandã famem satiare desyderans:per pphetas,euangelia
psalmosq; currebat: quæstiones & proponens, & solutas recondens in scriniolo pectoris sui.
B Nec uero satiabatur audiẽdi cupidine, sed addens scientiã,addebat dolorẽ:& quasi oleũ flam/
mæ adieceris,maioris ardoris fomẽta capiebat. Quodã die cũ in manibus Moysi Numeros te
neremus,& me uerecunde rogaret,quid sibi uellet nominũ tanta cõgeries:cur singulæ tribus in
alijs atq; alijs locis uarie iungerentur:quomodo Balaam ariolus,sic futura Christi mysteria ,p/
phetarit:ut nullus propemodũ pphetarũ tam aperte de eo uaticinatus sit: respondi ut potui,
& uisus sum interrogationi eius satisfacere. Reuoluens ergo librũ,peruenit ad eũ locum,ubi ca
talogus describitur omniũ mansionũ,per quas de Aegypto egrediens populus,peruenit usq;
ad fluenta Iordanis. Cunq; causas quæreret & rationes singularũ:in quibusdã hæsitaui,in alijs
inoffenso cucurri pede,in plærisq; simpliciter ignorantiã cõfessus sum. Tunc uero magis cœpit
urgere,& quasi nõ mihi liceret nescire,quod nescio,expostulare:ac se indignã tãtis mysterijs di/
cere. Quid plura? Extorsit mihi negandi uerecũdiam:ut propriũ ei opus huiuscemodi disputa
tiunculæ pollicerer,quod usq; in p̃sens tẽpus,ut nũc intelligo,dñi uolũtate dilatũ,reddetur me/
moriæ illius:ut sacerdotalibus prioris ad se uoluminis induta uestibus,per mũdi hui9 solitudi/
nẽ gaudeat se ad terrã repromissionis aliquãdo uenisse. Verũ quod cœpimus,psequamur.
Quærentib9 nobis dignũ tantæ fœminæ habitaculũ,cũ illa ita solitudinẽ cuperet,& diuersorio
Mariæ carere nollet:ecce subito discurrentibus nuncijs oriens totus intremuit,ab ultima Mæo/
tide inter glatialem Tanain, & Massagetarũ immanes populos,ubi Caucasi rupibus feras gen
tes Alexandri claustra cohibent,erupisse Hunnorũ examina,quæ pernicibus equis huc illucq;
uolitantia,cædis pariter ac terroris cuncta complerent. Aberat tunc Romanus exercitus: & bel/
lis ciuilibus in Italia tenebat. Hanc gentẽ Herodotus refert sub Dario rege Medorũ uiginti an
nis orientẽ tenuisse captiuũ,& ab Aegyptijs atq; Aethiopib9 annuũ exegisse uectigal. Abigat
Iesus ab orbe Romano tales ultra bestias. Insperati ubiq; aderãt,& famã celeritate uincentes:
nõ religioni,nõ dignitatib9,nõ ætati parcebãt,nõ uagiẽtis miserebãtur infãtiæ. Cogebant mori
q nõdũ uiuere cœperãt: Et nesciẽtes malũ suũ:inter hostiũ manus ac tela ridebãt. Cõsonus inter
omnes rumor, petere eos Hierosolymam,& ob nimiam auri cupiditatem ad hanc urbem per/
currere. Muri neglecti pacis incuria,sarciebãtur: Antiochia obsidebatur, Tyrus se uolens a terra

abrumpere

C abrumpere,insulam quærebat aliquã. Tunc & nos compulsi sumus parare naues,esse in littore: aduentum hostiũ præcauere:& seuientibus uentis,magis barbaros metuere q̃ naufragiũ: non tam ꝓpriæ saluti,q̃ uirginum castimoniæ prouidentes.Erat in illo tẽpore quædam apud nos dissensio,& barbarorũ pugnã,domestica bella superabant. Nos in oriente tenuerunt iam fixæ sedes,& inueteratũ locorũ sanctorũ desyderium.Illa quæ tota in sarcinis erat, & in omni urbe peregrina,reuersa est ad patriã,ut ibi pauper uiueret, ubi diues fuerat:manens in alieno, quæ multos prius hospites habuit:&(ne sermonẽ longiꝰ protrahã)in cõspectu Romanæ urbis pauperibꝰ erogaret,quod illa teste uendiderat.Nos hoc tantũ dolemus,quod pretiosissimũ de sanctis locis monile ꝓdidimus.Recepit Roma qd amiserat,ac procax & maledica lingua gentiliũ,oculoꝝ testimonio cõfutata est.Laudẽt cæteri misericordiã eius,humilitatẽ,fidẽ:ego ardorẽ animi plus laudabo. Librũ quo Heliodorum quondam iuuenis ad eremũ cohortatus sum, tenebat memoriter:& Romana cernens mœnia,inclusam se esse plangebat. Oblita sexus,fragilitatis immemor,ac solitudinis tantũ cupida,ibi erat,ubi animo morabatur.Non poterat teneri consilijs amicorum:ita ex urbe,quasi de uinculis gestiebat erumpere.Dispensationẽ pecuniæ, & cautam distributionẽ,genus infidelitatis uocabat.Non alijs distributionẽ eleemosynarũ tribuere,sed suis pariter effusis,ipsa pro Christo stipes optabat accipere.Sic festinabat,sic impatiens erat morarum,ut illam crederes profecturam.Itaq; dum semp paratur,mors eam inuenire nõ potuit imparatã.Inter laudes fœminæ subito mihi Pammachius meus exoritur.Paulinæ dormit,ut istee uigilet.Præcedit maritũ,ut Christo famulũ derelinquat.Hic hæres uxoris,& hæreditatis alij possessores. Certabant uir & fœmina, qs in portu,Abrahæ tabernaculũ figeret: & erat hæc inter utrũq; contentio,quis humanitate superaret.Vicit uterq;,& uterq; superatus est. Ambo se uictos & uictores fatentur,dum quod alter cupiebat, uterq; perfecit. Iungunt opes, sociant uoluntates:ut quod æmulatio dissipatura erat,cõcordia crescret. Necdum dictũ, iam factum.Emitur hospitium, & ad hospitiũ turba cõcurrit. Non est em̃ labor in Iacob,nec dolor
D in Israel.Adducunt maria,quos in gremio suo terra suscipiat.Mittit Roma properantes, quos nauigaturos,littus molle cõfoueat.Quod Publius semel fecit in insula Mytilene erga unũ apostolum:&(ne cõtradictioni locũ tribuam)in una naui:hoc isti & frequenter faciunt,& in plures: nec solũ inopum necessitas sustentatur,sed prona in omneis munificentia aliquid & habentibꝰ prouidet.Xenodochiũ in portu Romano situm,totus pariter mundus audiuit.Sub una æstate didicit Britãnia:quod Aegyptus & Parthus nouerãt uere.Quod scriptũ est: Timẽtibus dñm omnia cooperant in bonũ, in obitu tantæ fœminæ uidimus cõprobatum.Quodã præsagio futurorũ ad multos scripserat monachos,ut uenirent:& se graui onere laborantẽ absoluerent, faceretq; sibi de iniquo mãmona amicos,qui eam reciperent in æterna tabernacula.Venerũt,amici facti sunt,dormiuit illa quomodo uoluit:& deposita tandem sarcina, leuior uolauit ad cœlũ. Quantũ haberet uiuentis Fabiolæ Roma miraculũ,in mortua demonstrauit.Necdum spiritũ exhalauerat:necdũ debitã Christo reddiderat animã. Et iam fama uolans,tanti prænuncia luctus:totius urbis populũ ad exequias cõgregabat.Sonabant psalmi,& aurata tecta templorũ,reboans in sublime quatiebat alleluia.Hic iuuenũ chorꝰ,ille senũ,qui carmine laudes fœmineas & facta ferãt.Nõ sic Furius de Gallis,nõ Papyrius de Sãnitibus,nõ Scipio de Numantia,non Pompeius de Ponti gentibus triumphauit.Illi corpora uicerant:hæc spirituales nequitias subiugauit.Audio præcedentiũ turmas,& cateruatim in exequijs eius multitudinẽ cõfluẽtem.Non plateæ,nõ porticus,nõ imminentia desup tecta capere poterãt prospectantes. Tunc suos in unũ populos Roma cõspexit:Fauebant sibi omnes in gloria pœnitẽtis.Nec mirũ si de eius salute homines exultarent,de cuius cõuersione angeli lætabantur in cœlo.Hoc tibi Fabiola ingenij mei senile munus:has officiorũ inferias dedi.Laudauim̃ sæpe uirgines,uiduas,ac maritatas,quarũ semp fuere candida uestimẽta:quæ sequũtur agnũ quocũq; uadit.Felix p̃coniũ, quod nulla totius uitæ sorde maculatur.Procul liuor facessat,absit inuidia.Si paterfamilias bonus est:quare oculꝰ noster malus est? Quæ inciderat in latrones,Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud patrem.Vbi abundauit peccatum,superabundauit gratia.Cui plus dimittitur,plus amat.

A

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

EXcusat se Theophilo papæ Alexãdrino, quod librũ illius paschalem, eruditũ pariter & æloquentem, serius uerterit: impeditus partim obitu Paulæ, partim suo morbo. (Iuncto paschali libro.) Vtinam extaret hic liber, quẽ tantopere ꝓbat diuus Hieronymus. Nã de his duobus quos reperimus inter illius opera, quid sentiendũ sit, suo dicemus loco. (Non esse tristẽ æloquentiã.) Est em̃ ut, inquit, M. Tullius alumna pacis æloquẽtia, & lætis ac trãquillis rebus efflorescit. Itẽ Ouidius. Carmina proueniunt animo deducta sereno. (Demosthenẽ atq; Platonem.) Hoc est summum oratorem cum summo philosopho.

HIERONYMVS AD THEOPHILVM.

SEXeo tempore quo beatitudinis tuæ accepi epistolas: iuncto paschali libro, usq; in præsentem diem: ita & mœrore luctus, & sollicitudine, ac diuersis sup̃ statu ecclesiæ hinc inde rumoribus exagitatus sum: ut uix uolumen tuum potuerim in latinũ sermonem uertere. Optime enim nosti iuxta ueterem sententiam, non esse tristem æloquentiam: maxime si ad egritudinem animi, accedat corporis egritudo. Et hanc ipsam epistolã febre æstuans, & quintum iam diem decumbẽs lectulo: nimia festinatione dictaui: breuiter indicans beatitudini tuæ, magnum me laborem sustinuisse in translatione eius: ut omnes sententias pari uenustate transferrem: & græcæ æloquentiæ, latinũ aliqua ex parte respõderet æloquiũ. In principio philosopharis: & generaliter agẽs dũ oẽs erudis, unũ iugulas: in reliquis aũt quod uel difficillimũ est, rhetoricæ æloquentiæ, iungis philosophos, & Demosthenẽ, atq; Platonẽ nobis consocias. O quãta dicuntur in luxuriam, quantis præconijs extollitur continentia, & de intimis sapientiæ disciplinis, diei ac noctis, lunæ cursus ac solis ratio, mundi istius natura describitur: & hanc ipsam disputationem ad scripturarum refers authoritatem, ne in paschali libro uidearis de sæcularibus quicq; fontibus mutuatus. Quid plura? In his laudare te uereor, ne assentandi crimen incurram. Optimus liber est, & in philosophis, & agens susceptam causam, absq; inuidiæ personarum. Vnde obsecro te ignoscas tarditati etiam meæ. Ita em̃ sanctæ & uenerabilis Paulæ confectus sum dormitione, ut absq; translatione huius libri, usq; in præsentiarũ, nihil aliud
B diuini operis scripserim. Perdidimus em̃, ut ipse nosti repente solatium, quod, ut conscientiæ nostræ testis est dñs: nõ ad ꝓprias ducimus necessitates, sed ad sanctorũ refrigeria, qbus illa sollicite seruiebat. Sancta & uenerabilis te filia tua Eustochiũ, quæ nullã ꝓ matris absentia recipit cõsolationẽ, te uniuersa fraternitas suppliciter salutat. Libros quos dudũ scripsisse te nunciasti, uel legendos nobis, uel uertendos transmitte. Vale in Christo.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

(Abigao presbytero Hispano, excusat se quod nõ scripserit. Eundem consolat̃, ne moleste ferat cæcitatẽ corporis, cum animo cernat: Huius integritatẽ laudat.

SCHOLIA.

CRebro uince sermone.) Quidã codices pro uince habebant iunge: sed magis mihi probat̃ uince. (Quosdam etiã mũdi.) Democritum intelligit Epicurũ, & horũ discipulũ Metrodorũ qui fecerunt mũdos innumerabiles. (Nabuchodonosor &c.) Hostes barbari, qui subuerterunt Hierusalem, populo in captiuitatẽ abducto: uerum Zorobabel, cum Iesu cæterisq;, de quibus meminit Aggeus, cap̃. primo & secũdo, ruinas ciuitatis restituerũt. Animus est templũ dei, uitia hostes, uirtutes instauratrices. Sic em̃ interpretat̃ diuus Hieronymus. (Nec mittis mercedes.) Aggeus, capite primo. Et q mercedes cõgregauit, misit eas in sacculũ pertusum. Vide eius loci interpretationẽ, & hunc rectius intelliges. (Ad montẽ Naboth.) Naboth em̃ Hebræis sessionẽ significat. Ea est animæ quies & tranqllitas, quã parit ꝓfecta uirtus. Alluſit aũt ad mansiones, quas alibi est interpretatus. (Secũdã in Galgala.) Christianoꝝ est secũda circũcisio, quorũ est amputare oẽs affect⁹: nõ solũ turpes, uerũetiã mũdanos & corporeos crassosq;. Alluſit aũt ad circũcisionẽ quã fecit Iosue in loco cui a re nomẽ est inditũ Galgala, quod Hebraice significat collem preputiorũ. (Vt illi Hiericho.) Quõ septem tubis canentib⁹ septem sacerdotib⁹, funditus ruerint muri Hiericho, legis Iosue. ca. 6. (Adoniçedek.) Hic fuit unus ex quinq; regibus, quos cõfecit Iosue, ut legis Iosue, cap̃. 10. (Hai & Açor.) De Hai capta, habes eodem cap̃. De Açor exusta flammis, opulentissima ciuitate, legis Iosue, capite undecimo.

HIERONYMVS AD ABIGAVM.

QVamuis mihi multorũ sim cõsci⁹ peccatorũ, & quotidie in oratiõe flexis genib⁹ loquar: Delicta iuuẽtutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris: tamẽ sciẽs scriptũ esse ab Apostolo: ne inflatus superbia incidat in iudicium diaboli: Et in alio loco scriptum: Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam, nihil ita a pueri tia conatus

C tia conatus ſum uitare q̄ tumentem animum,& ceruicem erectam, dei contra ſe odium pro/
uocantem. Noui enim magiſtrum & dominum & deum meum in carnis humilitate dixiſſe:
Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde:& ante per os Dauid ceciniſſe:Memẽto domine
Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Et in alio loco legimus: Ante gloriam humiliabitur
cor uiri,& ante ruinam eleuatur. Itaq; obſecro te,ne me putes ſumptis litteris tuis ante tacuiſſe:
& aliorum,uel infidelitatem,uel negligentiam in me referas. Quid enim cauſæ erat,ut prouoca
tus officio tacerem, & amicitias tuas,meo ſilentio repellerem: qui ultro ſoleo bonorum appe/
tere neceſſitudinem, & me eorum ingerere charitati? Quia meliores ſunt duo q̄ unus,& ſi al/
ter ceciderit,ab altero fulcietur. Funiculus triplex nõ facile rumpitur:& frater fratrem adiuuans,
exaltabitur. Scribe ergo audacter:& abſentiam corporum,crebro uince ſermone. Nec doleas ſi
hoc non habeas quod formiculæ,& muſcæ,& ſerpentes habent,id eſt,carnis oculos:ſed illum te
oculum habere lætare:de quo in cantico dicitur canticorum: Vulneraſti me ſoror mea ſponſa,
uno de oculis tuis,quo deus uidetur:de quo a Moyſe dicitur: Tranſiens uidebo uiſionem hanc
magnã. Denicq; quoſdã etiam mundi philoſophos legim⁹:ut totam cogitationẽ ad mentis co/
gerent puritatem,ſibi oculos eruiſſe. Et a propheta dicitur: Intrauit mors per feneſtras ueſtras.
Et Apoſtoli audiunt: Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcendum eam,& reliqua. Vnde præcipiẽ
eis,ut leuent oculos & uideant ſegetes candidas:quæ præparatæ ſunt ad metendum. Quod au/
tẽ precaris, ut noſtris monitis Nabuchodonoſor,& Rapſaces,& Nabuçardan, & Holofernes
in te occidantur:nunq̄ noſtra auxilia poſtularet,ſi in te uiuerẽt. Sed quia illi in te mortui ſunt,
& cum Zorobabel,& cum Ieſu filio Ioſedech ſacerdote magno, cum Ęzra quoq; & Neemia rui
nas Hieruſalem ædificare cœpiſti:nec mittis mercedes in pertuſum ſacculum,ſed theſauros ti/
bi in cœleſtibus paras:idcirco noſtras appetis amicitias,quos Chriſti famulos arbitraris. San/
ctam filiam meam Theodorã,ſororem beatæ memoriæ Lucini per ſe commendatam,meo ſer
D mone cõmendo: ut in cepto itinere nõ laſſetur:ut ad terram ſanctam multo per eremum labo/
re perueniat:ut non putet perfectam eſſe uirtutem exiſſe de Aegypto,ſed per innumerabiles in
ſidias ad montem Nabo,& ad Iordanem fluuium peruenire:ut accipiat ſecundam in Galgala
circũciſionem:ut illi muri Hiericho corruant,ſacerdotalium tubarum ſubuerſi clangoribus: ut
iugulet Adoniçedek, ut Hai, & Açor pulcherrimæ quõdam corruant ciuitates. Fratres qui no
biſcũ in monaſteriolo ſunt te ſalutãt. Sanctos q nos diligere dignant per te,oppido ſalutam⁹.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Caſtrutium Pannonium conſolatur de cæcitate oculorum,docens eam aliquoties a deo propitio immitti.

SCHOLION.

Ciſſam uſq;.) Quidam codices habebant, Aediſſam. Ego legẽdum cẽſeo Iſſam,ſiue Iſſum:id eſt,op/
pidũ littorale, inter Ciliciam & Syriam. Vnde & mare dictum eſt Iſſicum. In hoc Alexander uicit Da/
riũ,unde pro Iſſo mutatum eſt nomen Nicopolis. Author Stephanus.

HIERONYMVS AD CASTRVTIVM.

SAnctus filius meus Heraclius diaconus mihi retulit,quod cupiditate noſtri Ciſſam
uſq; ueniſſes:& homo Pannonius,id eſt,terrenũ animal,non timueris Adriatici ma
ris æſtus & Aegei atq; Ionij ſubire diſcrimina. Et niſi te pius fratrum retinuiſſet af/
fectus:uoluntatem opere compleſſes. Habeo itaq; gratias,& in acceptum refero. In amicis em̃
non res quæritur,ſed uoluntas. Quia alterum ab inimicis ſæpe præbet:alterum ſola charitas tri
buit. Simulq; obſecro:ne imbecillitatẽ corporis quã ſuſtines:de peccato tibi exiſtimes eueniſſe.
Quod quidem & apoſtoli ſuſpicantes de eo qui natus erat cæcus ex utero,interrogante ſq; do/
minum ſaluatorem:Iſte peccauit an parentes eius,ut cæcus naſceretur,audiunt: Neq; hic pecca/
uit,nec parẽtes eius, ſed ut manifeſtent opera dei. Quãtos em̃ cernimus ethnicos atq; Iudæos,
hæreticos,atq; diuerſorum dogmatũ homines,uolutari in cœno libidinum,madere ſanguine,
feritate lupos,rapacitate miluos uincere,& nihilominus flagellum non appropinquare tabet/
naculis eorum,nec eos cum hominibus uerberari:& idcirco ſuperbire contra deum, & tranſire
uſq; ad cœlum os eorum? Cum ſanctos econtrario uiros, ſciamus ægrotationibus, miſerijs &
ægeſtate torqueri,qui forſitan dicunt: Ego fruſtra ſanctificaui animam meam,& laui inter inno

centes

A centes manus meas. Et ſtatim ſe reprehendentes aiunt: Si narrauero ſic, ecce nationem filiorũ tuorum reprobaui. Si cæcitatis cauſam putas eſſe peccatũ: & id dei inferre iram, quod crebro medici remediantur: inſimulabis Iſaac, qui intantũ lucis huius expers fuit: ut etiã cui nollet, errore deceptus benediceret. Referes crimen in Iacob, cuius caligauerat acies: & cum interioribus oculis, & ſpiritu, pphetali longe poſt futura proſpiceret: & Chriſtũ cerneret de ſtirpe regia eſſe uenturũ, Ephraim & Manaſſem uidere nõ poterat. Quid inter reges Ioſia ſanctius? Aegyptio mucrone interfectus eſt. Quid Petro: quid Paulo ſublimius? Neronianũ gladiũ cruentarunt. Et (ut de hominibus taceam) dei filius ſuſtinuit ignominiã crucis: & tu putas beatos, q felicitate iſtius ſæculi & delitijs perfruũtur? Magna ira eſt, quãdo peccantibus non iraſcitur deus. Vnde & in Eçechiele ad Hieruſalẽ: Iam, inquit, nõ iraſcar tibi, çelus meus receſſit a te. Quẽ em̃ diligit dñs, corripit: & caſtigat omnẽ filiũ quẽ recipit. Nõ erudit pater, niſi quẽ amat. Nõ corripit magiſter diſcipulũ, niſi eũ quẽ ardẽtioris cernit ingenij. Medicꝰ ſi ceſſauerit curare, deſperat. Quod ſi reſpõderis: quo modo Laçarus recepit mala in uita ſua: libẽter nũc tormẽta patiar: ut futura mihi gloria reſeruet. Nõ em̃ uindicabit dñs bis in idip̃m. Iob uir ſanctus & immaculatus, & iuſtus in generatione ſua: cur tanta perpeſſus ſit, ipſius uolumine cõtinetur. Et ne ueteres replicando hiſtorias, longũ faciam, & excedam menſurã epiſtolæ: breuẽ tibi fabulã referam, quæ infantiæ meæ tẽporibus accidit. Beatus Antonius cũ a ſancto Athanaſio Alexandriæ epiſcopo propter confutationẽ hæreticorũ, in urbem Alexandriã eſſet accitus, & iſſet ad eũ Didymus uir eruditiſſimus, captus oculis: inter cæteras ſermocinationes, quas de ſcripturis ſanctis habebãt: cum eius admiraretur ingeniũ: & acumen animi collaudaret: ſciſcitans ait: Num triſtis es, quod oculis carnis careas? Cum ille pudore reticeret: ſecundo tertio q; interrogans: tandẽ elicuit: ut mœrorem animi ſimpliciter fateretur. Cui Antonius: Miror (ait) prudentẽ uirũ eius rei dolere dãno: quã formicæ & muſcæ & culices habent: & nõ lætari illius poſſeſſione: quã ſancti ſoli & Apoſtoli meruerũt. Ex quo peruides, quod multo melius ſit ſpiritu uidere q̃ carne: & illos oculos poſſidere: in quos peccati feſtuca nõ poſſit incidere. Nos, licet hoc anno nõ ueneris: tamen nõ deſperamus aduentũ tuũ. Quod ſi ſanctus diaconus portitor litterarũ, tuis amplexibus fuerit irreti-
B tus: & illo comitante huc ueneris: libenter ſuſcipiam diſpenſationis morã, magnitudine fœnoris duplicati.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Iulianus diues & potens, intra paucos dies amiſit duas filias & uxorem. Mox incurſantibus barbaris, bonã poſſeſſionũ partem perdidit. Hunc cõparatione Iob conſolatur, & exemplo Pãmachij Paulinæq; adhortatur ad pfectam uitã, hoc eſt abſolutũ mũdi cõtemptũ, uidelicet huc uocante etiã ipſa fortuna.

SCHOLIA.

Illius meus.) Suũ filiũ uocat, ſenex iuuenẽ, illius fratrem, ob æqualẽ ætatẽ, ſiue quod germanus eſſet. Iam dimiſſo Synthemate.) Synthema græce, cõpoſitionẽ ſignificat. Vnde ueſtis genus e uarijs cõpoſitæ, quæ & Syntheſis dicitur: & Syntheſiati qui hac induti eſſent. Martialis, Syntheſibus dum gaudet equus, dñſq; ſeruatus. Et alibi. Frigus em̃ magnũ ſyntheſis una facit. Apparet hanc ueſtem fuiſſe potentũ & nobiliũ uice togæ, quam hic deponit conſcenſurus equum. Equus publicus.) Id honoris cauſa fiebat nobilibus. Fugiens urſum incidat.) Ita legis Amos, capite quinto. Quomodo ſi fugiat uir a facie leonis, & occurrat ei urſus. Et ingrediatur domũ, & innitatur manu ſuper parietẽ, & mordeat eum coluber. Punicea indutum.) Purpura & baltheus, inſignia quondã erãt procerũ aulicorũ. Muſica in luctu.) Muſicam hoc loco uocat rhetoricã, orationis ſuauitatẽ. Si fractus illabatur orbis.) Duo uerſus ſunt ex odis Horatij, de uiro Stoico, quẽ nulla res cõmouere poſſit. Totis aduerſum te cuneis.) Cuneos aciẽ uocat, quod hac ſpecie ſoleant acies confligere inſtructæ. Ditior pater.) De Iob ſentit, qui diues erat poſſeſſionibus, ſed beatior erat numero liberorũ. Ἀδιάφορα.) Id eſt, indifferentia. Sic em̃ uocant Stoici omnia præter uirtutẽ & turpitudinẽ, qd' illa nec mala ſint nec bona, ueluti paupertas, diuitiæ, regnũ, ſeruitus, uita, mors. Vnde eſt Nabutha.) De Naboth per dolũ occiſo quod creditus eſſet maledixiſſe deo & regi, legis libro Regũ tertio, cap̃. 21. Panegyricis.) Panegyrici erãt oratiões ſolẽnes, quæ in frequentiſſimo totiꝰ populi cõuentu, recitabantur in laudem alicuius. Si in ſublimi tecto.) Locus eſt apud Marcũ, capite decimo tertio. Duobus uerbis indicauit allegoriã. Tectũ eſt faſtigiũ euangelicæ pfectionis, ueſtimenta mundi opes. Aegyptiam dominã.) Quod eſt in Geneſi de Ioſeph ſollicitato ab impudica dña, trahit ad tropologiam. Vnde & Helias.) Locus eſt quarto Regũ libro, cap̃. ſecũdo. Ad paradiſi regna trahentem.) Quia præceſſit & mortua eſt. Nõnulli codices habebant, tendentẽ. Sed trahentẽ mihi magis probatur. In uilibus.) Quaſi ſolũ hoc maneret ex opibus, quod in pauperes fuerit erogatũ. Iunctæ ſponſo.) Quia iam in cœlo ſint. In diuitias ſororis.) Sentit de uera Iuliani ſorore, cuius mẽtionẽ facit

C in calce epistolæ. Excuses nobilitatẽ.) Excusamus illi,cui negamus quod petit. Excusamns eum,pro quo respondemus. Excusamus rem,ut ualetudinem,occupationes,ætatem,cuius prætextu nos excusa mus. Hoc admonui, quod in plærisq; codicibus locũ hunc deprauarãt inelegantes quidã hac offensi ele gantia. E quibus unus.) Id narrant de Cratete philosopho,cuius alibi sæpenumero meminit. Vile mancipium,) Accõmodat exemplum per collationẽ. Mancipiũ uocat,philosophũ quod seruiat famæ populari,& huius gratia nihil nõ faciat. Iepte obtulit uirginẽ.) Refertur in epistola pauli ad Hebræos, inter sanctos Iepte,cũ fuerit spurius. De uirgine filia ex uoto immolata,legis Iudicũ,capite undecimo. Proscriptio tollere.) Proscriptio fuit olim atrocissimũ damnationis genus,qua subito facultates ali cuius publicabant. Patriarcha parente.) In cui9 sinu fouetur ut filius. Et Athletæ suis incitatorib9.) Athletæ dicũtur qui nõ cõducti,sed gloriæ causa certant. Qui hos certantes extimulant uoce,uocat in citatores. Sancte Veræ.) Hanc apparet esse iuliani sororẽ,cuius ante meminit. In calce huius episto læ asscriptum erat in quibusdã codicibus: Tribuat tibi Christus ut audias,ut taceas,ut intelligas,& sic lo quaris. Quæ quoniã adiecta uidebantur a quopiam,& nihil ad huius epistolæ pertinebant argumentũ, resecui,præsertim cum in uetustis exemplaribus non haberentur.

HIERONYMVS AD IVLIANVM.

Fllius meus,frater tuus,Ausonius in ipso iam profectiõis articulo:cum mihi præsen tiam sui tarde dedisset,& cito abstulisset,atq; in puncto temporis,salue pariter ua leq; dixisset:uacuũ se redire arbitrat9 est,nisi mearũ aliquid ad ad te nugarũ,tumul tuario sermone portaret. Iam demisso synthemate equus publicus sternebat̃,& no bilem iuuenẽ punicea indutũ tunica baltheus ambiebat:& tamẽ ille apposito notario cogebat loqui,quæ uelociter ædita:uelox cõsequeretur manus,& linguæ celeritatẽ,prenderent signa uer borũ. Itaq; non scribentis diligentia,sed dictantis temeritate,longũ ad te silentiũ rumpo, offe rens tibi nudã officij uoluntatẽ. Extẽporalis est epistola,absq; ordine sensuum:sine lenocinio & cõpositiõe uerborũ:ut totũ in illa amicũ,nihil de oratote reperias. In procinctu effusam putes, & abire cupienti ingestũ uiaticũ. Diuina scriptura loquitur: Musica in luctu,intempestiua nar ratio. Vnde & nos leporẽ artis rhetoricæ contemnẽtes,& puerilis atq; plausibilis æloquij uenu statẽ:ad sanctarũ scripturarũ grauitatẽ cõfugimus:ubi uera uulnerũ medicina est:ubi dolorum
D certa remedia:in qbus recipit unicũ filiũ mater in feretro:ubi turbæ dicit̃ circũstãti. Nõ est mor tua puella,sed dormit. Vbi & quatriduanus mortuus ad uocẽ inclamantis dñi ligatus egredit̃. Audio te in breui tẽpore,duas uirgunculas filias iũctis pene extulisse funeribus,& pudicissimã ac fidissimã coniugẽ tuã Faustinã,imo fidei calore germanã:in qua sola post amissos liberos ac quiescebas: subita tibi dormitiõe subtractam: quasi si naufragus in littore latrones reperiat:& iuxta æloquia ꝓphetarũ fugiens ursum:incidat in leonem:extendensq; manũ ad parietẽ, a co lubro mordeat̃. Cõsecuta rei familiaris damna:uastationẽ totius barbaro hoste ꝓuinciæ: & in cõmuni depopulatiõe priuatas possessionum tuarum ruinas:abactos armentorũ ac pecorum greges: uinctos occisosq; seruulos:& in unica filia quã tibi tam crebræ orbitates fecerant cha riorẽ,electũ nobilissimũ generũ: ex quo(ut oia taceam)plus mœroris,cq̃ gaudij suscepisti. Hic est catalogus tentationũ tuarum:hæc cũ Iuliano tyrunculo Christi,pugna hostis antiqui. Quæ si ad te respicias,grandia sunt. Si ad bellatorẽ fortissimũ,ludus & umbra certaminis. Beato Iob post malorũ examina uxor pessima reseruata est:ut ꝑ eã disceret blasphemare. Tibi sublata est optima:ut miseriarũ solatiũ ꝑderes. Aliud est sustinere quã nolis:aliud desyderare quã diligas. Ille in tot mortibus filiorũ domus suæ ruinam unũ habuit sepulchrũ:& scissis uestibus(ut parẽ tis monstraret affectũ)procidens in terrã adorauit,& dixit: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & redeam. Dñs dedit,dñs abstulit:sicut dño placuit,ita factũ est:sit nomen dñi benedi ctum. Tu(ut parcissime dicam)inter multorũ officia propinquorũ:& cõsolãtes amicos:tuorum exequias prosecutus es. Perdidit ille simul omnes diuitias:& succedentibus sibi malorũ nũcijs ad singulas plagas ferebatur ĩmobilis:cõplens in se illud de sapiente præconiũ: Si fractus illaba tur orbis:Impauidum ferient ruinæ. Tibi maior pars derelicta substantiæ,ut tantum tenteris, quantũ ferre potes. Necdum em̃ ad eum peruenisti gradum:ut totis aduersum te cuneis dimi cetur. Diues quondam dñs,& ditior pater:subito orbus & nudus est. Cũq; in oĩbus his quæ contigerant ei: nõ peccasset coram domino:nec quicq̃ locutus esset insipiens: exultans dñs in uictoria famuli sui:& illius patientiam suum ducens triumphum:dixit ad diabolum: Animad uertisti famulum meum Iob:quia non est quisq̃ ei similis super terram? Homo innocẽs,uerus

dei cultor.

A dei cultor,abstinens se ab omni malo:& adhuc perseuerans in innocẽtia.Pulchre addidit.Et ad huc perseuerans in innocentia:quia difficile est pressam malis innocentiam, non dolere: & hoc ipso fide non periclitari,quod se uideat iniuste sustinere quod patitur.Ad quæ respondens dia bolus dño ait:Coriũ pro corio,& oĩa quæ habuerit homo dabit pro anima sua.Sed extẽde ma num tuam,& tange ossa & carnes eius:nisi in faciem benedixerit tibi.Callidissimus aduersarius & inueteratus dierũ malorum,nouit alia esse quæ extrinsecus sint,& philosophis quoq; mundi adiaphora: hoc est indifferentia:in eorum amissione atq; contemptu perfectam non esse uir/ tutem:alia quæ intrinsecus & desyderata cogant dolere perdentem. Vnde audacter dei renuit prædicationẽ:& dicit:nequaq; eum debere laudari:qui nihil de se,sed totum extra se dederit:q pro corio suo coria obtulerit filiorum,deposuerit marsupium:ut fruatur corporis sanitate. Vn/ de intelligat prudentia tua usq; ad hunc terminum peruenisse tentationes tuas:& dedisse te co rium pro corio,pellem pro pelle,omniaq; quæ habes,parũ esse dare pro anima tua. Necdum autẽ extentã in te manũ dei:nec tactas carnes:nec ossa cõfracta.Ad quorum dolorẽ difficile est non ingemiscere:& in faciem deo benedicere,pro eo quod est maledicere. Vnde & Nabutha in Regum libris dicitur benedixisse deũ & regem, & idcirco lapidatur a populo. Sciens autẽ dñs athletam suum,imo uirum fortissimum etiam in isto extremo perfectoq; certamine non posse superari.Ecce,inquit,trado illũ tibi:tantũ animam illius custodi.Caro uiri sancti datur in dia/ boli potestatẽ,& animæ sanitas reseruatur,ne si illud percussisset,in quo sensus est mentisq; iu/ diciũ:non esset culpa peccantis:sed eius qui statum mẽtis euerterat. ¶ Laudent ergo te alij: & tuas cõtra diabolũ uictorias panegyricis prosequãtur, quod læto uultu mortes tuleris filiarũ, quod in quadragesimo die dormitiõis earum lugubrem uestẽ mutaueris: & dedicatio ossium martyris,candida tibi uestimenta reddiderit:ut non sentires dolorem orbitatis tuæ: quem ciui/ tas uniuersa sentiret:sed ad triumphum martyris exultares,quod sanctissimã coniugem tuam
B non quasi mortuã, sed quasi proficiscentẽ deduxeris.Ego te nequaq; adulatione decipiã: nec lubrica laude supplantabo. Loquar illud potius quod tibi audire cõducit.Fili accedens ad ser/ uitutem dei: præparato animam tuam ad tentationẽ,& cum omnia feceris,dicito:Seruus inuti lis sum, feci quod facere debui. Tulisti liberos,quos ipse dederas.Recepisti ancillã,quã mihi ob breue solatium cõmodaueras. Nõ cõtristor,quod recepisti:sed ago gratias,quod dedisti.Quõ dam diues adolescens omnia quæ in lege præcepta sunt,se implesse iactabat.Ad quẽ dñs in euã gelio. Vnum,inquit,tibi deest.Si uis perfectus esse:uade uende omnia quæ habes, & da paupe ribus:& ueni sequere me.Qui omnia se fecisse dicebat:in primo certamine diuitias uincere nõ potest. Vnde & difficile intrant diuites in regna cœlorũ:quæ expeditos,& alarum leuitate sub/ nixos,habitatores desyderant. Vade,inquit,& uende:nõ partem substantiæ, sed uniuersa quæ possides,& da:nõ amicis,non consanguineis,nõ propinquis,non uxori,non liberis. Plus aliqd addam:Nihil tibi ex oĩbus metu inopiæ reseruãs:ne cum Anania damneris & Sapphira:sed da cuncta pauperibus:& fac tibi amicos de iniquo mãmona:qui te recipiant in æterna taberna cula:ut me sequaris,ut dñm mundi,possessionem habeas:ut possis canere cum propheta:Pars mea dñs.Et ut uerus leuita nihil de terrena hæreditate possideas.Et hoc hortor:Si uis esse per/ fectus, si apostolicæ dignitatis culmen cupis,si sublata cruce Christum sequi:si apprehenso ara tro non respicere post tergum,si in sublimi tecto positus,pristina uestimenta contemnis:& ut euadas Aegyptiam dominã,sæculi pallium derelinquis. Vnde & Helias ad cœlorũ regna festi/ nans,non potest ire cum pallio,sed mundi in mundo uestimenta dimittit.Sed hoc ais Aposto/ licæ dignitatis est:& eius qui uelit esse perfectus.Cur autem & tu nolis esse perfectus?Cur qui in sæculo primus es,nõ in Christi familia primus sis?An quia uxorem habueris?Habuit & Pe/ trus, & tamen cum reti eam & nauicula dereliquit.Prouidentissimus dñs,& omnium salutem desyderans:malensq; pœnitentiam peccatoris q̃ mortem,abstulit tibi hanc excusationem:ut non illa te retrahat ad terras,sed tu eam sequaris ad paradisi regna trahentem. Bona liberis pa res:quæ te ad dominũ præcesserunt:ut partes earum non in diuitias sororis proficiant: sed in redemptionem animæ tuæ,atq; alimenta miserorum.Hæc monilia filiæ tuæ a te expetunt: his gemmis ornari capita sua uolunt.Quod periturũ erat in serico,uilibus pauperũ tunicis seruet

C Repetunt a te parteis ſuas:iunctæ ſponſo nolũt uideri pauperes & ignobiles,propria ornamẽ/
ta deſyderant. ¶ Nec eſt,quod excuſes nobilitatem & diuitiarum pondera. Reſpice ſanctum
uirum Pammachium & feruentiſſimæ fidei Paulinum preſbyterum, qui nõ ſolum diuitias:ſed
ſeipſos domino obtulerunt:Qui contra diaboli tergiuerſationem: nequaq; pellem pro pelle:
ſed carnes & oſſa & animas ſuas domino conſecrarunt:Qui te & exemplo & æloquio,id eſt, &
opere & lingua poſſunt ad maiora perducere.Nobilis es,& illi: ſed in Chriſto nobiliores. Di/
ues & honoratus:& illi,imo ex diuitibus & honoratis pauperes & inglorij: & idcirco ditiores &
magis inclyti:quia pro Chriſto pauperes & inhonorati.Et tu quidem benefacis, quod ſancto/
rum diceris uſibus miniſtrare,fouere monachos,eccleſijs offerre q̃plurima. Sed hæc rudimen/
ta ſunt militiæ tuæ. Contemnis aurum, contempſerunt & multi philoſophi. E quibus unus
(ut cæteros ſileam)multarum poſſeſſionum precium,proiecit in pelagus:Abite dicens in pro/
fundum malæ cupiditates: ego uos mergam,ne ipſe mergar a uobis.Philoſophus gloriæ ani/
mal,& popularis auræ uile mancipium:totam ſimul ſarcinam depoſuit: & tu te putas in uirtu/
tum culmine conſtitutum:ſi partem ex toto offeras? Teipſum uult dñs hoſtiam uiuam, placen
tem deo. Te inquam,non tua.Et ideo uarijs tentationibus commonet:quia multis plagis & do
loribus eruditur Iſrael.Et quem diligit dominus corripit.Flagellat autem omnem filium quẽ
recipit.Raupercula uidua duo æra minuta miſit in gaçophylaciũ.Et quia totum obtulit quod
habebat,omnes dicitur in oblatione munerum dei ſuperaſſe locupletes:quæ non pondere ſui,
ſed offerentium uoluntate pẽſantur. Vt multis erogaueris cenſum tuum: & quidam tua gau/
deant liberalitate:tamẽ multo plures ſunt,quibus nihil dediſti.Neq; enim Darij opes:& Cræ/
ſi diuitiæ ualent explere pauperes mundi.Quod ſi teipſum domino dederis: & apoſtolica uir/
tute perfectus,ſequi cœperis ſaluatorem:tunc intelliges ubi fueris, & in exercitu Chriſti,quam
D extremum tenueris locum.Non planxiſti filias mortuas,& paternæ in genis lachrymæ Chriſti
timore ſiccatæ ſunt.Quanto maior Abraham,qui unicum filium uoluntate iugulauit:& quem
hæredem mundi futurum audierat:non deſperat etiam poſt mortem eſſe uicturum. Iepte ob/
tulit uirginem filiam:& idcirco in enumeratiõe ſanctorum ab Apoſtolo ponitur. Nolo tantũ
ea offeras domino,quæ poteſt fur rapere,hoſtis inuadere, proſcriptio tollere: quæ & accedere
poſſunt & recedere:& inſtar undarum ac fluctuum a ſuccedentibus ſibi dominis occupantur:
atq; (ut uno cuncta ſermone comprehendã) quæ uelis,nolis,in morte dimiſſurus es. Illud offer,
quod tibi nullus hoſtis poſſit auferre:nullus eripere tyrannus, quod tecum pergat ad inferos,
imo ad regna cœlorũ,& ad paradiſi delitias.Extruis monaſteria,& multus a te per inſulas Dal
matiæ ſanctorum numerus ſuſtentatur. Sed melius faceres,ſi & ipſe ſanctus inter ſanctos uiue
res. Sancti eſtote,quoniam ego ſanctus ſum,dicit dñs. Apoſtoli gloriantur,quod omnia dimi
ſerint, & ſecuti ſint ſaluatorem: & certe præter retia, & nauem nihil legimus eos dimiſiſſe: & ta/
men teſtimonio futuri iudicis coronantur. Quia ſe offerentes, totum dimiſerant quod habe/
bant. Hæc loquor non in ſugillationem operum tuorum,uel quod extenuem liberalitatem &
eleemoſynas tuas:ſed quod te nolim inter ſæculares eſſe monachũ:& inter monachos ſæcula/
rem. Totumq; a te expetam:cuius audio mentem diuino cultui deditam. Si huic conſilio no/
ſtro,uel amicus,uel aſſecla,uel propinquus renititur,& te ad delitias ſplendẽtis menſæ reuocat:
intelligito eum non de tua anima,ſed de ſuo uentre cogitare:& omnes opes lautaq; conuiuia,
ſubita morte finiri. Octo & ſex annorum,intra uiginti dies duas filias amiſiſti: & arbitraris ſe/
nem diu poſſe uiuere? Cuius ut ætas longa tendatur,audi & Dauid: Dies uitæ noſtræ ſeptua/
ginta anni. Si autem amplius,octoginta:& quicquid ſupereſt,labor & dolor eſt. Felix & omni
dignus beatitudine:quẽ ſenectus Chriſto occupat ſeruientem:quem extrema dies ſaluatori in/
uenerit militantem:qui non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta:cui in introitu pa
radiſi dicetur:Recepiſti mala in uita tua:nunc autem hic lætare. Nec eñ ulciſcetur bis dñs in ea
dem re. Diuitem purpuratum gehennæ flamma ſuſcepit. Laçarus pauper & ulceribus plenus:
cuius carnes putridas lambebant canes,& uix de micis menſæ locupletis miſerabilẽ ſuſtenta/
bat animam,in ſinu Abrahæ recipitur:& tanto patriarcha parẽte lætatur. Difficile,imo impoſ/
ſibile eſt:ut & præſentibus quis & futuris fruatur bonis:ut & hic uentrem,& ibi mentẽ impleat:

ut de

A ut de delitijs transeat ad delitias:ut in utroq; sæculo primus sit:ut & in cœlo & in terra appareat glorioſus. Quod ſi tibi tacita cogitatio ſcrupulũ mouerit:cur monitor ipſe nõ talis ſim: qualem te eſſe deſydero: & nõnullos uideris in medio itinere corruiſſe: illud breuiter reſpondebo:non mea eſſe quæ dico:ſed dñi ſaluatoris. Nõ monere quod ipſe poſſim,ſed quid debeat uelle,qui ſeruus futurus eſt Chriſti. Et athletæ ſuis incitatoribus fortiores ſunt: & tamen monet debilior, ut pugnet ille qui fortior eſt. Noli reſpicere Iudam negantem,ſed Paulum reſpice cõfitentem. Iacob ditiſſimi patris filius,ſolus & nudus in baculo pergit Meſopotamiã: iacet laſſus in itinere: & qui delicatiſſime a Rebecca matre fuerat educatus,lapide ad caput pro puluillo utitur. Vidit ſcalam de terra uſq; ad cœlum,& aſcendẽtes per eam angelos & deſcendentes,& deſuper innitentem dñm:ut laſſis manum porrigeret,ut aſcendẽtes ſuo ad laborem prouocaret aſpectu. Vnde & uocatur locus ipſe Bethel,id eſt,domus dei, in qua quotidie aſcenditur atq; deſcenditur. Et ſancti eñ corruũt,ſi fuerint negligentes:& peccatores priſtinũ recipiunt gradũ, ſi ſordes fletibus lauerint. Hoc ideo dixi:ut non te terreant deſcendentes:ſed prouocent aſcẽdentes. Nũq; exemplũ a malis ſumitur. Etiam in ſæculi rebus ſemper a meliori parte incitamenta uirtutũ ſunt. Oblitus propoſiti,& epiſtolaris breuitatis, plura dictare cupiebam (Ad materiæ quippe dignitatem,& ad meritum perſonæ tuæ,parum eſt omne quod dicitur):& ecce tibi noſter Auſonius cœpit ſchedulas flagitare,urgere notarios:& hinnitu feruentis equi, ingenioli mei feſtinus arguere tarditatem. Memento igitur noſtri,& cura ut in Chriſto ualeas. Atq; ut cætera taceam,domeſtica ſanctæ Veræ exempla ſectare, quæ uere ſecuta Chriſtum:peregrinatiõis moleſtias ſuſtinet:& ſit tibi tanti dux fœmina facti.

¶ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶Exuperantium adhortatur,ut relicta militia imperiali, conferat ſe ad perfectam Chriſtiani uitam: unaq; cum fratre ſuo Quintiliano Bethlehem cõmigret. ¶SCHOLIA.

SVb paludamento.) Paludamentum ueſtis eſt militaris. Vnde paludati uocantur. In domate conſtitutus.) Reſpicit ad illud euangelicũ,quo uetamur e tecto deſcẽdere,ad tollenda ueſtimenta. ¶Stiuam dimittere.) Stiua pars ea eſt aratri,qua regitur ac tenet. Reſpexit ad locũ illũ euangelicum:Nemo mittens manũ ad aratrũ &c. ¶Quæ camelorum prauitatibus.) Prauum eſt quod intortũ eſt. Camelorũ corpora diſtorta,& gibbo montuoſa. B At ſimplex ſit oportet, qui uelit ſequi Chriſtũ. ¶Aut adhuc tenuis.) Eleganter tenuem uocat pauperem. ¶Eroganda non queras.) Venuſte uſus eſt ſchemate ἀντιμεταβολῆς,quã quidam uocant commutationem. ¶Chriſtus agnoſcit.) Agnoſcimus,quæ recipimus & approbamus.

¶AD EXVPERANTIVM HORTATORIA.

INter omnia quæ mihi ſancti fratris Quintiliani amicitiæ præſtiterũt:hoc uel maximũ eſt,quod te mihi ignotũ corpore,mente ſociauit. Quis eñ nõ diligat eũ,qui ſub paludamento & habitu militari agat opera,pphetarũ:& exteriorẽ hominem aliud promittentẽ,uincat interiori hoie,q formatus eſt ad imaginẽ creatoris? Vnde & prior ad officiũ,puoco litterarũ,& precor,ut mihi occaſionẽ tribuas ſæpius reſcribẽdi:quo de cætero ſcribã audacius. Illud autẽ prudentiæ tuæ breuiter ſignificaſſe ſufficiat:ut memineris aplicæ ſentẽtiæ: Vinctus es uxori:ne quæras ſolutionẽ:ſolut9es,ne quæras uxorẽ,id eſt,alligationẽ:quæ ſolutiõi cõtraria eſt. Qui igit seruit officio cõiugali,uinct9eſt:q uinctus eſt,ſeru9eſt. Qui aũt solut9eſt,liber eſt. Cũ ergo Chriſti gaudeas libertate,& aliud agas,aliud repromittas,ac ꝑpemodũ in domate cõſtitut9ſis:nõ debes ad tollendã tunicã tecto deſcẽdere:nec reſpicere poſt tergũ:nec aratri ſemel arrepti ſtiuã dimittere. Sed ſi fieri poteſt,imitare Ioſeph:& Aegyptiæ dominæ palliũ relinque:ut nud9ſequaris dñm ſaluatorẽ,q dicit in euãgelio: Niſi qs dimiſerit oĩa, & tulerit crucẽ ſuã,& ſecutus me fuerit,nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Proñce ſarcinã ſæculi: ne queras diuitias:quæ camelorũ prauitatib9cõparant. Nudus & leuis ad cœlũ euola: ne alas uirtutũ tuarũ auri deprimãt pondera. Hoc aũt dico:nõ quo te auarũ didicerim: ſed qd intelligã, idcirco adhuc militiæ operã dare:ut impleas ſaculũ:quẽ euacuare dñs præcepit. Si igit qui habẽt poſſeſſiones & diuitias:iubent oĩa uendere,& dare pauperib9,& ſic ſequi ſaluatorẽ:dignatio tua,aut diues eſt:& debet facere qd ꝑceptũ eſt:aut adhuc tenuis:& non debet q̃rere,qd erogatura eſt. Certe Chriſt9ꝑ animi uolũtate oĩa in acceptũ refert. Nemo apoſtolis paupior fuit, & nemo tantũ ꝑ dño dereliquit. Vidua illa in euangelio paupercula:quæ duo minuta miſit in gaçophylacium:cunctis præfertur diuitibus:quia totũ quod habuit dedit. Et tu igitur erogan/

¶ AD CASTORINAM.

C da non quæras: sed quæsita iam tribue: ut fortissimũ tyrunculũ suum Christus agnoscat: ut lætus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater: ut stolam tribuat: ut donet anulũ: ut immolet pro te uitulũ saginatũ: ut expeditũ cũ sancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulsaui amicitiarũ fores: si aperueris, nos crebro habebis hospites.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

EX ipsa epistola nõ liquet ad quã scripta sit. Titulus tamẽ indicat scriptã ad materterã Castorinã: cũ hac apparet Hieronymo fuisse dissidij nescio quid. Rogat igitur, ut tandẽ secũ redeat in gratiã. Iohannes idẽ apostolus.) Nõ sine causa addidit, idem apostolus & euãgelista. Partim quod nõ oẽs epistolæ Iohãnis sint Iohãnis euãgelistæ. Partim quo plus põderis habeat sententia, asscribit titulos authoritatis. Nec eñ leue uideri potest, quod scripsit, is q simul fuerit & apostolus & euãgelista. Irascimini & nolite peccare.) Si contigerit irasci, ne sinas iram exire in maledictum aut scelus, aut in simultatem.

¶ AD CASTORINAM MATERTERAM.

IOhannes idem apostolus & euangelista in epistola sua ait: Quicũq; odit fratrem suum, homicida est: & recte: Cum eñ homicidium ex odio sæpe nascatur: quicũq; odit: etiam si necdũ gladio percusserit: animo tamẽ homicida est. Cur ais tale principium? Scilicet ut ueteri rancore depositio: mundũ pectoris deo paremus habitaculũ? Irascimini (inquit Dauid) & nolite peccare. Hoc quid uelit intelligi, Apostolus plenius interpretatur. Sol nõ occidat super iracundiã uestrã. Quid agemus nos in die iudicij: super quorum irã nõ unius diei: sed tantorũ annorũ sol testis occubuit? Dñs loquitur in euangelio: Si offers munus tuum ad altare: ibiq; recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare: & uade reconciliari prius fratri tuo: & sic offeres munus tuũ ad altare. Væ mihi misero: ne dicam & tibi: qui tanto tẽpore, aut nõ obtuli munus ad altare, aut ira permanente sine causa obtuli. Quomodo in quotidiana prece uncq; diximus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: animo discrepante cũ uerbis: oratione dissidente cũ factis? Precor itaq; (quod & ante annũ prioribus litteris rogauerã) ut pacẽ quã nobis reliquit dñs, habeamus: & meum desyderiũ, & tuã mentem Christus intueatur. In
D breui ante tribunal eius, reconciliata seu scissa concordia: aut præmium recuperabit, aut pœnã. Qd si tu (quod pcul absit) nolueris, ego liber ero. Epistola me hæc mea cũ lecta fuerit, absoluet.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

HAnc scripsit Iuuenis ex eremo, quã primũ relicta patria adijt, Heliodoro comite. Familiaris est epistola, & ex parte Iocosa. Loco motũ.) Qui cedit loco, significat se uelle componere litẽ. Est aũt sermo militaris. Egrotatio.) Eleganter egrotationẽ tribuit corpori, animo egritudinẽ, cũ molestia seu morbus ad utrũq; pertineat. ¶ Oratorio more.) Primũ argumentis rem probant: deinde iubent citari testes. Nam argumenta ex ipsa re colligit orator. Testimonia sunt extra causam. Meis sceleribus fugatus.) Ciuiliter imputat suis sceleribus quod ille nõ remanserit, ut amicũ liberet suspitione leuitatis. Sororẽ meã.) Apparet sororẽ Hieronymi uirginitatis propositũ arripuisse, quã & alias cõmendat amicis suis. Hibera excetra.) Significat obtrectatorẽ aliquẽ uirulentũ. Nã excetra dicta est hydra, quã cõfecit Hercules. Addidit hibera, quod illa fuerit Argiuorũ. Hibera autẽ dixit, uel quod Hispanus esset obtrectator, uel quod portentosus.

¶ AD IVLIANVM DIACONVM.

ANtiquus sermo est. Mendaces faciũt: ut nec uera dicẽtibus credat. Quod mihi a te ego obiurgatus de silentio litterarũ accidisse uideo. Dicã: Sæpe scripsi, sed negligẽtia baiulorũ fuit? Respondebis: Omniũ nõ scribentiũ uetus ista excusatio est. Dicam, nõ repperi qui epistolas ferret? Dices, hinc isthuc isse cũq; plurimos. Contendã, me etiã his dedisse? At illi, quia nõ reddiderũt, negabũt: & erit inter absentes incerta cognitio. Quid igitur faciã? Sine culpa ueniã postulabo: rectius arbitrans pacem loco motum petere, cũq; æquo gradu certamina concitare: cũq; cũq; ita me iugis tã corporis ægrotatio, cũq; animæ ægritudo cõsumpsit: ut morte imminẽte, nec mei pene memor fuerim. Quod ne falsum putes: oratorio more post argumẽta testes uocabo. Sanctus frater Heliodorus hic adfuit, q cũ mecũ eremũ uellet incolere: meis sceleribus fugatus abscessit. Verũ oẽm culpã præsens uerbositas excusabit. Nã ut ait Flaccus in Satyra. Omnibus hoc uitiũ est cãtoribus, inter amicos Rogati ut nũcq; canteñt: iniussi nũcq; desistant. Ita te deinceps fascibus obruã litterarũ: ut ecõtrario incipias rogare, ne scribã. Sororẽ meã filiã in Christo tuã, gaudeo te primũ nũciãte in eo pmanere, quod cœperat. Hic eñ ubi nũc sum: nõ solũ qd agat in patria, sed an ipsa patria pstet, ignoro. Et licet me ministro Hibera excetra ore dilaniet: nõ timebo hominũ iudiciũ: habiturus iudicẽ meũ: iuxta illud quod

A lud qđ quidā ait: Si fractus illabat orbis: Impauidū ferient ruinæ. Quapropter quæso ut apo/ stolici memor præcepti, quo docet opus nostrū permanere debere: & tibi a domino præmiū in illius salute pares: & me de cōmuni in Christo gloria, crebris reddas sermonibus lætiorem.

¶ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Apparet hāc fuisse scriptā cū primū adisset eremū, & in Syriæ solitudinib⁹ incōmode ageret, nec mane re posset, ob uexationē regionis, nec redire, qđ iam aggressus esset hoc uitæ genus. Ex titulo magis q̄ ex epistola cognoscimus, hāc scripā ad Theodosiū, & cæteros anachoritas. Oīm crimine caput.) Ca/ put seip̄m uocat, ut ꝓ toto hoie, caput dicimus. Nec regredi ualeo.) Quia susceperat monachi, ꝓpositū, nec ꝓgredi, qa obstabāt multa incōmoda.

¶AD THEODOSIVM.

QVam uellē nūc uestro interesse cōuentui, & admirādū cōsortiū: licet isti oculi nō me reant aspicere: tota cū exultatiōe cōplecti. Spectarē desertū oīm amœnius ciuitate. Viderē desolata ab accolis loca, q̄si ad q̄ddā paradisi instar sctōr cœtib⁹ obsideri. Ver qa hoc mea faciūt delicta: ne cōsortio beator inferat obsessū oīm crimine ca put: idcirco obsecro (qa uos impetrare posse nō ambigo) ut me ex isti⁹ tenebris sæculi uestro libe retis oratu. Et ut ante dixerā p̄sens, & nūc ꝓ litteras uotū indicare nō cesso, qđ mēs mea oīm ad id studiū & cupiditate rapiat. Nūc uestrū est: ut uolūtatē sequat effect⁹: Meū est ut uelim. Ob secrationū uestrar est, ut qđ uelim & possim. Ego ita sum, quasi a cūcto grege morbida aberrās ouis. Quod nisi me bon⁹ pastor ad sua stabula humeris impositū reportarit: lababūt gressus, & in ipso conamine uestigia cōcident assurgētis. Ego sum ille ꝓdigus filius: q oīm quā mihi pater crediderat portiōe ꝓfusa: necdū me ad genitoris genua submisi: necdū cœpi prioris a me luxu/ riæ blandimēta depellere. Et qa paululū nō tā desiui a uitijs, q̄ cœpi uelle desinere: nūc me no/ uis diabolus ligat retibus: nūc noua impedimēta proponens: maria undiq̄ circūdat, & undiq̄ pontū: nūc in medio cōstitutus elemēto: nec regredi ualeo: nec ꝓgredi possum: Superest ut oratu uestro sanctispiritus aura me prouehat: & ad portum optati littoris prosequatur.

¶ARGVMENTVM ET SCHOLIA.

B Apparet hoc esse fragmētū longioris epistolæ. Scripserat in charta pusilla, ob inopiā: & tamē minutis litteris, quo plus uerbor cōplecteret. Videt humaniter except⁹ fuisse a uirginibus qbusdā. His gratias agit, quod ipse sanctæ, se peccatorē nō cōtēpserint. Nec hic titulus addit⁹ est ex epistola. Inscribit em ad uirgines Hermonēses, quas apparet fuisse in mōte Hermon. Dico em̄ læsus.) Apparet aliquē obtre/ctatorē minuere conatū opinionē illius apud has uirgines. Nolite iudicare.) Vtit duplici argumēto. Nemo despiciēdus. Qui scis em̄ an malus sit? Fallit in multis hominum iudiciū. Et si malus est, fieri po/ test, ut conuersus sit in aliū uirum. Nunc cum deus recipiat, cur fastidiant homines?

¶HIERONYMVS AD VIRGINES HERMONENSES.

CHartæ exiguitas indiciū solitudinis est: & idcirco longū sermonē, breui spatio coarta ui. Quia & uobiscū uolebā ꝓlixi⁹ loq: & angustia schedulæ cogebat tacere. Nūc igit ingenio est uicta pauperies. Minutæ q dē litteræ, sed cōfabulatio lōga est. Et tn̄ in hoc necessitatis articulo animaduertite charitatē: cū nec penuria scriptiōis ualuerit, phibere ne scribe rē. Vos aūt ignoscite obsecro dolēti. Dico em̄ læsus, dico lachrymās: ne unū qdē apicē, totiēs uo bis tribuēti officiū, prestitistis. Scio qa nulla cōmunio luci & tenebris est: nulla cum ancillis dei, pctōri societas. Attamē & meretrix dño pedes lachrymis lauit: & de dñor micis canes edūt. Et ip̄e saluator nō uenit iustos uocare, sed pctōres. Nō egent sani medico. Et magis uult pœnitētiā pctōris q̄ mortē. Et errātē ouiculā suis humeris refert. Et ꝓdigū filiū reuertentē, excipit læt⁹ pa/ ter. Quin potius Apostolus ait: Nolite iudicare ante tēpus. Tu em̄ quis es q alienū seruū iudi/ ces? Suo dño stat, aut cadit. Et q stat, uideat ne cadat. Et inuicē onera uestra portate. Aliter soro res charissimæ hominū liuor: aliter Christus iudicat. Non eadē est sententia tribunalis eius, & anguli susurronū. Multæ hoibus uiæ uident iustæ: quæ postea reperient prauæ. Et in testaceis uasculis thesaur⁹ sæpe recōdit. Petrū ter negātē, amaræ in suū locū restituere lachrymæ. Cui pl⁹ dimittit, plus amat. De toto grege silet, & ob uni⁹ morbidæ pecudis salutē angeli lætātur in cœ lo. Quod si cui uidet indignū: audiat a dño. Amice, si ego bon⁹ sum: q̄re oculus tuus nequā est?

¶ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

Nec a quo scripta sit hæc, nec ad quē satis liquet, stilus Augustinū magis resipit q̄ Hieronymū. Cū in urbem leges.) Legij sunt in Pānonia, quæ finitima est patriæ diui Hieronymi. Legeda est in Africa. Vnde magis uidebit esse scripta ab Augustino.

¶AD AVGVSTINVM.

CVm in urbe Leges anteriori tēpore cōmeassem: nimiū sum cōtristatus, quod te totū ibidem minime potui reperire. Inueni em̄ te mediū (& ut ita dicā) partē animæ tuæ

C Seuerum chariſſimum,de quo ex parte gauiſus ſum.Perfectæ enim gauderem, ſi te totum inuenirē.Vnde ex parte qua te repperera gratulabar:& ꝓpter partē tuā,quā neq; cernebā,oibꝰ modis cōtriſtabar.Proinde dixi animæ meæ:Quare triſtis es:& q̄re cōturbas me?Spera in deo, & faciet p̄ſentē amicū quē diligis.Vnde cōfido in dño & ſpero,quod me faciet de tua uiſiōe gratulari. O ſi oculis cerni dilectio poſſet:pfecto uideres,quanta apud te noſtra eſſet dilectio.Aut em̄ eqparans dilectioni tuæ magnū tibi afferret gaudiū:aut ſi maior eſſet,magnū tibi afferret imitationis ſtudiū.Ergo quia in dño te diligo,dilige diligentem.Et ut cæteri tecū diligāt, per ecdeſiaſticā authoritatē hortare. Nā quod petis in litteris tuis:ut ego pro te orem:id rectē facerem,ſi egoipſe a peccatis liber eſſem,ut pro aliꝭ liceret orare.Et ideo te admoneo:ut orationes aſſiduas animi tui pro me emittas ad dñm:& memor profeſſionis:illam ante oculos tuos conſtituas diem:in qua iuſtus ab auditu malo nō timebit:& ideo iuſtus non timebit:quia non audiet:Vade in ignem æternum.Sed ueni benedicte patris mei,percipe regnū.Ad quod nos perducat,qui uiuit & regnat in ſæcula ſæculorum.Amen.

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Hieronymus cū primū relictis cognatis & amicis Syriā adiſſet,Heliodorꝰ aliquātiſper apud eū cōmoratus,reuerſus eſt in patriā,Innocentius febri periꝭt.Euagri ſolius & Hylæ contubernio ſubleuabatur.Nam Bonoſus,cū quo pariter ab infantia fuerat educatus,& in litteris inſtitutus, quē ad monachi propoſitū prior inflāmauit, ſolus in inſula quadā horrida, ſanctā agebat uitā.Ac rebus hoc loco ſtantibus,tandē intellexit Ruffinum: quē & ipſum habuerat ſtudiorū ſacroꝝ ſodalē,in Aegyptū cōceſſiſſe.Hūc igitur inuitat ad ſe,& de ſuo ſtatu deq; Bonoſi ſodalis ſui uita reddit certiorem.

¶ SCHOLIA.

Audaci fieri ſatis uoto.) Audax uotum appellat,cū optat aliqs,quod uix poſſit impetrari: Præſentiæ mentiremur.) Rurſum mētiri ponit pro effingere & imaginari,aut imitari. Nam mutuis litteris quaſi colloquimur abſentes.Plus igiť obtigit,ꝙ auſus fuerat optare, cū ipſe Ruffinus adueniret in Aegyptū. ¶ Cœleſtē in terris.) Sentit cœtus monachorū, cœleſtē uitā in terris agentiū. ¶ Philippi ad Eunuchū.) Quō angelus miſerit Philippum obuiam Eunucho ut baptiçaret̄,legis in actis apoſtolorū,cap̄.8. ¶ Habacuc ad Danielē.) De Habacuc qui attulit prandiū Danieli incluſo,legis Danielis,cap̄.14. ¶ Vel errauit aliquādo.) Quod eodē Origenis ſtudio ducerētur.Itē alibi:Errauimꝰ iuuenes,emendemur ſenes. ¶ Ruffinū eſſe Nitriæ.) Ea ciuitas eſt iuxta Alexandriam,tum recens ad Chriſtū cōuerſa. ¶ Semp incertū mare.) Nō ſolū hybernis menſibus.Nā hæc ſcripſit æſtate. ¶ Tūc mihi cæruleus.) Intertexuit uerſus ex Aeneide Vergiliana.Significat ſibi obortas tenebras & rerū deſperationē,ob digreſſionē ſodalis. ¶ Cū me Thracia pontus.) Mirro cōpendio cōplexus eſt iter ſuū,quo peruenit e Dalmatia in Syriam.Primū em̄ occurrit Thracia, in quā eſt Cōſtantinopolis:ab hac trāſmiſſo freto Propontidis,puenit in minorē Aſiā:in qua occurrit Pōtus, Bithynia, Galatia, & Cappadocia.Nā a Cilicia proxima eſt Syria. ¶ E duobus oculis.) Vehemēter charū amicū oculū uocat, amantium more. ¶ Nunc uno & toto.) Toto,quia nō ſupereſt alius oculus. ¶ Erat nobiſcū.) Hylas,Aptum famulo uocabulū.Nam is fuit miniſter Herculis. ¶ Necdū obductū.) Intelligi uult recentē dolorē ex obitu Innocentiꝭ. ¶ In oſculo fruebatur.) Hoc dixit alludens ad uocem græcam ὀνέομαι,id eſt,fruor.Vnde dictꝰ eſt Oneſimus. ¶ Quā apoſtoli niſi.) Matthæus, cap̄.17.& Marcus cap̄.9.quorū ille addit ſeorſum,hic ſolos,oſtendens in ſolitudine montis hanc uiſionē apoſtolis exhibitam fuiſſe. ¶ Nouæ ciuitatis cenſu.) Cenſus agebatur quinto quoq; anno.Tū mos erat ſingulos darе nomina. ¶ Sed ſic melius.) Nimirum minus onuſtus corporis mole. ¶ Nulla Euriporum.) Euripos olim nobiles gaudebāt habere in hortis, ſic arte factos, ut aqua ſubito immitteret̄ & emitteret̄:& miris uicibus huc & illuc flueret ac reflueret,ad exemplar Euripi maris. ¶ Ad exemplum Iohannis.) Nam is creditur Apocalypſim in Pathmos inſula ſcripſiſſe. ¶ Quas nūc diabolū.) Reſpexit ad hoc quod Chriſtus tentatus fuit in deſerto. ¶ Ad Rheni ſemibarbaras ripas.) Admonuimꝰ alibi Hieronymū in Gallia cōmoratū,nominatim Treueris:licet hæ regiones nūc Germaniæ noie ferant̄. Semibarbaras uocat,qđ cultiores eſſent extrema Germania. Quin & alibi Galliarū ſtudia,florentiſſima uocat. ¶ Qui docuerit & nō fecerit.) Hoc ad ſe refert,qui bonos omnes inſtigarit ad hanc uitam,etiam ſi ipſe nō poſſit eandē ſequi. ¶ Pompaticis ferculis.) Quibꝰ in publicis ludis ac pompis ſpectacula ſtatuarū,aut ſimilia oſtentacula circūferebātur.Quāq; locus hic mihi uidet̄ nō uacare mēdo. ¶ Charitas nō poteſt.) Admonet Ruffinum,ut perſeueret in amicitia,quaſi iam tū præſagiēs futurū,ut eum aliquando ſentiret hoſtem.

¶ HIERONYMVS AD RVFFINVM.

Rus deū tribuere ꝙ rogaťꝭ:& ea ſæpe cōcedere:quæ nec oculus uidit:nec auris audiuit:nec in cor hominis aſcenderūt:licet ex ſacrorū miniſterio uoluminū ante cognouerim:tamen in cauſa propria nunc probaui Ruffine chariſſime. Ego em̄ qui audaci fieri ſatis uoto credebam:ſi uiciſſitudine litterarum imaginem nobis præſentiæ mentiremur: audio te Aegypti ſecreta penetrare, monachorum inuiſere choros: & cœleſtem in terris circumire familiam. O ſi mihi nunc dominus Ieſus Chriſtus, uel Philippi ad Eunuchum,uel

Habacuc

A Habacuc ad Danielem translationem repẽte concederet,cꝫ ego nunc tua arctis stringerem col
la complexibus,cꝫ illud os,quod mecum uel errauit aliquando uel sapuit,impressis figerem la/
bijs. Verũ quia nõ tam te sic ad me uenire,cꝫ ad te sic ire nõ mereor,& inualidũ etiam cũ sanũ
est corpusculum,crebri fregere morbi:has mei uicarias,& tibi obuias mitto,quæ te copula amo
ris innexum, ad me usqꝫ perducant. Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi est nun
ciata felicitas. Non credebam certum,quod certum esse cupiebam: præsertim cũ & ille ab alio
se audisse diceret:& rei nouitas fidem sermonis auferret. Rursum suspensam uoto nutãte men/
tem:quidam Alexandrinus monachus,qui ad Aegyptios confessores:& uoluntate iam marty/
res, pio plæbis iam dudũ fuerat transmissus obsequio,manifestus ad credulitatẽ nũcij author
impulerat. Fateor & in hoc meam labasse sententiam. Nam cum & patriam tuam ignoraret &
nomen:in eo tamen plus uidebatur afferre,quod eadem asserebat quæ iam alius indicauerat.
Tandẽ plenũ ueritatis pondus erupit. Ruffinũ em̃ Nitriæ esse:& ad beatũ perrexisse Macariũ:
crebra cõmeãtiũ multitudo referebat. Hic uero tota credulitatis frena laxaui:& tũc uere egrotũ
esse me dolui. Et nisi me attenuati corporis uires quadã cõpede præpedissent:nec mediæ feruor
æstatis:nec nauigãtibus semp incertũ mare,pia cũ festinatiõe gradienti,ualuisset obsistere. Cre
das mihi frater:non sic tẽpestate iactatus portũ nauta prospectat,non sic sitientia imbres arua
desyderant,non curuo assidens littori anxia filiũ mater expectat. Postcꝫ me a tuo latere subi/
tus turbo conuulsit:postcꝫ glutino charitatis hærentem impia distraxit auulsio: Tunc mihi
cæruleus supra caput astitit imber. Tunc maria undiqꝫ,& undiqꝫ cœlum. Tandem in incerto
peregrinationis erranti:cum me Thracia,Pontus atqꝫ Bithynia,totũqꝫ Galatiæ & Cappado/
ciæ iter,& feruido Cilicum terra fregisset æstu:Syria mihi uelut fidissimus naufrago portus oc/
currit. Vbi ego quicquid morborũ esse poterat expertus:ex duobus oculis unum perdidi. Inno
centiũ em̃ partẽ animæ meæ,repentinus febriũ ardor abstraxit. Nunc uno & toto mihi lumine
Euagrio nostro fruor:cui ego semper infirmus ad laborẽ cumulus accessi. Erat nobiscum & Hy
las sancti Melanij famulus, qui puritate morũ,maculã seruitutis abluerat:& hic necdum obdu
B ctam rescidit cicatricem. Verũ quia de dormientibus contristari Apostoli uoce prohibemur:&
nimia uis mœroris læto superueniente nuncio temperata est: indicamus hæc tibi:ut si nescis,dis
cas:si ante cognouisti,pariter gaudeamus. Bonosus tuus,imo meus:&(ut uerius dicam)noster,
scalam præsagatam Iacob somniante iam scandit,portat crucem suam:nec de crastino cogitat,
nec post tergum respicit. Seminat in lachrymis,ut in gaudio metat. Et sacramento Moysi ser/
pentem in eremo suspendit. Cedant huic ueritati,tam græco cꝫ Romano stilo,mendacijs ficta
miracula. Ecce puer honestis sæculi nobiscum artibus institutus:cui opes affatim, dignitas ap/
prime,inter æquales erat:contempta matre,sororibus,& charissimo sibi germano,insulam pe/
lago circũsonante naufragam:cui asperæ cautes & nuda saxa & solitudo terrori est, quasi qui/
dam nouus paradisi colonus incedit. Nullus ibi agricolarum:nullus monachorum: ne paruu/
lus quidem,quem nosti,Onesimus,quo uelut fratre in osculo fruebatur: in tanta uastitate ad/
hæret lateri comes,Solus ibi,imo iam Christo comitante non solus:uidet gloriam dei, quam
etiam Apostoli,nisi in deserto non uiderant. Non quidem conspicit turritas urbes:sed in nouæ
ciuitatis censu,dedit nomen suum. Horrent sacco membra deformi. Sed sic melius obuiam
Christo rapietur in nubibus. Nulla euriporũ amœnitate perfruitur, sed de latere domini aquã
uitæ bibit. Proponatur tibi ante oculos amice dulcissime: & in præsentiam rei totus animo ac
mente conuertere. Tunc poteris laudare uictoriam,cum laborem præliãtis agnoueris. Totam
circa insulam fremit insanum mare,& sinuosis montium illisum scopulis æquor reclamat. Nul/
lo terra gramine uiret,nullis uernans cãpus densatur umbraculis. Abruptæ rupes,quasi quen/
dam horrore carcerem claudunt. Ille securus, intrepidus, & totus de Apostolo armatus: nunc
deum audit dum diuina relegit:nunc cum deo loquitur cũ dñm rogat,& fortasse ad exemplum
Iohãnis aliquid uidet,dum in insula cõmoratur. Quas nũc diabolũ nectere credis tricas? quas
parare arbitraris insidias? Forsitan antiquæ fraudis memor,famẽ suadere tentabit. Sed iã illi re
spõsum est:Nõ in solo pane uiuit homo. Opes forsitan gloriãqꝫ proponet. Sed dicet illi: Qui
cupiũt diuites fieri,incidũt in muscipulã & tentatiões. Et,mihi gloriatio oĩs in Christo est. Fessa

membra

membra,ieiunijs morbo grauante concutiet:sed apostoli repercutietur æloquio: Quando em
C infirmor,tunc fortior sum.Et uirtus in infirmitate perficitur.Minabitur mortem,sed audiet:Cu
pio dissolui,& esse cum Christo.Ignita iacula uibrabit,sed excipientur scuto fidei.Et ne multa
replicem,impugnabit Satanas,sed tutabitur Christus.Gratia tibi dñe Iesu,quod in die tua ha
beo,q pro me te possit rogare.Scis ipse(tibi em patent pectora singulorũ,q cordis arcana rima
ris:qui tantæ bestiæ aluo inclusum prophetã in profundo uides)ut ego & ille pariter a tenera
infantia ad florentem usq; adoleuerimus ætatem:ut ijdem nos nutricũ sinus,ijdem amplexus
fouerint baiulorum.Et cum post Romana studia ad Reni semibarbaras ripas: eodẽ cibo,pari
frueremur hospitio:ut ego primus cœperim uelle te colere.Memento quæso hunc bellatorẽ
tuũ mecum quondam fuisse tyronẽ.Habeo promissum maiestatis tuæ.Qui docuerit & non fe
cerit:minimus uocabitur in regno cœlorũ.Qui aũt docuerit & fecerit,maximus uocabitur in re
gno cœlorum.Fruatur ille uirtutis corona:& ob quotidiana martyria stolatus agnum sequat.
Multæ enim sunt mansiones apud patrem:Et,stella a stella differt in claritate.Mihi concede,ut
inter sanctoꝝ calcanea caput possim leuare:ut cũ ego uoluerim,ille pfecerit:mihi ignoscas,quia
implere non potui:illi tribuas premiũ quod meretur.Plura fortasse cp epistolæ breuitas patie
batur longo sermone protraxerim:quod mihi semper accidere consueuit: quando aliquid de
Bonosi nostri laude dicendũ est.Sed ut ad illud redeam unde discesserã: obsecro te ne amicum
qui diu quæritur,uix inuenitur:difficile seruatur:pariter cum oculis mens amittat.Fulgeat cui li
bet auro:& pompaticis ferculis coruscа ex sarcinis metalla radient.Charitas nõ potest compa
rari.Dilectio preciũ non habet.Amicitia quæ definere potest,uera nuncp fuit.Vale in Christo.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

D EXpostulat cũ Nitia hypodiacono Aquileiæ,qd' nihil scribat,uelut immemor recẽtis ami
ci.Exemplo Chromatij & Eusebij hortatur,ut aliquando scribat.Hic Nitias Hieronymo
sodalis fuit deliciarũ,& peregrinationũ comes.Quãcp ad quẽ scripta sit epistola, e titulo
liquet,non ex ipsa. (Turpilius.) Hũc Eusebius testatur fuisse tẽporibus Pompeij.Quã
cp nulla ingenij sui monumẽta nobis reliquit,quæ quidẽ extent. (Quãcp in re nõ uera.)
Nam comœdia res ficta est.Et tamen in fictis fabulis ueræ dicũtur sententiæ.Quidam nõ intelligentes
hunc locum,ut qui nihil intelligunt,nisi quod redactũ sit in formã syllogismi,p his uerbis,cpcp in re non
uera,mutauerant, quã in se nouerat. (Quos Cascos Ennius appellat.) Prisci cascũ uocabãt uetus, lin
gua Sabinorũ.Enniani carmẽ adducit Marcꝰ Varro.Quã primũ Casci populi caruere latini.Est & p
uerbiũ in Chiliadibus nostris, Cascus cascam ducit.i.uetulus uetulã. (Ferino ritu.) Quia glandibus ui
ctitabant. (Ante Chartæ.) Membranæ conficiuntur e pellibus, chartæ e linteis. (E ligno codicillis.)
Tabulis ceratis,aut corticibꝰ arborum.Vnde codices dicuntur libri,a codice seu caudice arborũ. (Tu
mõ a nobis.)Modo,id est pauloante.Quo grauiꝰ est tã cito desisse meminisse absentis amici. (Scindis
potius cp dissuis.) Dissuimus paulatim discindimus repente.Docet autem.M.Tullius in Lælio,dissuẽ
dã esse consuetudinẽ,non discindendam,si quãdo inciderimus in amicitiã,nobis parũ idoneam.

HIERONYMVS AD NITIAM.

TVrpilius comicus tractans de uicissitudine litterarum:Sola,inquit,res est quæ ho
mines absentes præsentes facit.Nec falsam dedit,cpcp in re nõ uera sentẽtiã.Quid
em est(ut ita dicam)tam præsens inter absentes,cp p epistolas, & alloqui & audire
quos diligas? Nã & rudes illi Italiæ homines:quos Cascos Ennius appellat: q sibi
(ut in rhetoricis Cicero ait)ritu ferino uictũ quærebãt:ante chartæ & mẽbranarũ usum: aut in
de dolatis e ligno codicillis:aut in corticibus arborũ mutuo epistolarũ alloquia missitabãt.Vn
de & portitores earũ tabellarios:& scriptores a libris arborũ librarios uocauere.Quãto magis
igitur nos expolito iam artibus mundo:id non debemus omittere, quod illi sibi præstiterunt:
apud quos erat cruda rusticitas:& q humanitatẽ quodammodo nesciebant?Ecce beatus Chro
matius cum sancto Eusebio non plus natura, cp morum æqualitate germano: litterario me
prouocauit officio.Tu modo a nobis abiens, recentem amicitiam scindis potius cp dissuis.
Quod prudẽter apud Ciceronem Lælius uetat.Nisi forte ita tibi exosus est Oriens:ut litteras
quoq; tuas huc uenire formides.Expergiscere,expergiscere,euigila de somno:præsta unã char
tæ schedulam charitati.Inter delitias patriæ,& communes quas habuimus peregrinationes,ali
quando suspira.Si amas, scribe obsecranti.Si irasceris,iratus licet scribe.Magnum & hoc desy
derij solamen habebo:si amici litteras,uel indignantis accipiam.

A

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

CHromatius & Euſebius fratres, una cũ Iouiniano amico & matre, nec non ſororibus uirginibus, eadem in domo ſancte uiuebant. His omnibus una epiſtola ſatisfacit Hieronymus, cõprobat laudes Bonoſi, de quo ſcripſerant. Sororem ſuam illis cõmendat, & ſanctum illorum contubernium laudibus uehit.

SCHOLIA.

QVæ inter Syros ac Sarracenos.) Hos diuus Hieronymus pro Agarenis Sarracenos corrupto uocabulo dictos putat. Gentem autẽ eſſe feram & incertis uagantẽ ſedibus, infeſtam finitimis omnibus. In Hebraicis quæſtionibus ſignificat Sarracenos ab Iſmahele ortos, dictos a Sarram, quod Hebraica lingua ſonat onagrum. Sunt autem in cõfinio Syriæ & Arabiæ ad meridianam plagam. Marcelli apud Nolam.) In Canenſi pugna multa Romanorum milia ceciderant uictore Hannibale. Rurſus apud Nolam Marcelli auſpicijs, Pœni grauiſſime cõciſi ſunt. Narrat Liuius decadis tertiæ libro quarto. Aut barbarus ſemiſermo.) Cõſentiũt quidẽ exemplaria, uerũ arbitror legẽdum, ſemibarbarus ſermo, quod parum Syriace illic loquerẽtur. Aut barbariſſimus ſermo, aut barbarus mihi ſermo. Aegypto miniſtrante cõmertia.) Vide num legendum ſit, Aegypti miniſtrante cõmertio. Nam hinc aduehebãtur chartæ ſiue papyrus, quæ aliunde fiebant quã ex mẽbranis. Aut ſi nõ placet mutare ſcripturam, intellige chartas e Tyro, ubi primũ inuentæ putantur deuehi in Aegyptũ. Tamẽ rex Attalus mẽbranas.) Leuiter alluſit ad hiſtoriã, qd' ob emulationẽ circa bibliothecas Ptolemæus non paſſus ſit exportari papyrũ, & ob id chartæ ab Alexãdro repertæ ſũt. Deinde Pergami inuentæ membranæ, quarũ magnã uim Attalus rex Romã miſit. Quaſi filiꝰ piſcis.) Quod piſcis amet aquas. Is iocus quoniã frigidior erat, addidit Hieronymꝰ, ſicut ſcribitis, oſtendens illorum eſſe non ſuum. Nos priſtina.) Bonoſus elegerat inſulam, undiq; mari circũfluam, Hieronymus uerſabatur in arenis Syriæ. Porro regulus, quem græci baſiliſcum uocant & ſcorpius, in aridis locis maxime reperiuntur, ut in Libycis arenis. Nos ſerpenti.) Ita legis Geneſis tertio. Super pectus tuũ gradieris, & comedes terram omnibus diebus uitæ tuæ: Peccator autẽ pabulũ eſt diaboli. Summum graduum pſalmum.) Alluſit ad quindecim gradus, qui ſunt in quindecim pſalmis. Trans Euphratem.) Hic locus ad quẽ alludit, eſt apud Hieremiam, capite decimo tertio. Ruſticitas uernacula.) Quod græci uocant ἐπιχώριον, hoc eſt proprium alicui loco. Quidam codices ſcriptũ habebant, ruſticitatis uernacula. Lupicinus ſacerdos.) Epiſcopũ intelligit dignũ tali populo. Scitis lubricum.) Hic palam confitetur Hieronymus ſe fuiſſe lapſum in adoleſcentia, & alibi fatetur, ſe uirginitatem non habere.

B

Gentilis poeta.) Sic Vergilius in quarto libro Aeneidos. Omnia tuta timens. Similem habent labra.) Lactuca mollis eſt. At aſinus quoniã habet labra dura: quod nobis eſt lactuca, hoc illi eſt carduus, herba ſpinoſiſſima.

HIERONYMVS AD CHROMATIVM.

NOn debet charta diuidere, quos amor mutuus copulauit: nec per ſingulos officia mei ſunt partienda ſermonis: cum ſic inuicem uos ametis: ut non minus treis charitas iungat, cꝫ duos natura ſociauit: quin potius ſi rei conditio pateretur: ſub uno litterulæ apice, nomina indiuiſa concluderem, ueſtris quoq; ita me litteris prouocantibus: ut & in uno treis, & in tribus unum putarem. Nam poſtcꝫ ſancto Euagrio tranſmitte, in ea ad me eremi parte delatæ ſunt: quæ inter Syros ac Sarracenos uaſtum limitẽ ducit: ſic gauiſus ſum: ut illũ diem Romanæ felicitatis: quo primũ Marcelli apud Nolam prelio poſt Canenſem pugnã Hannibalis agmina conciderunt, ego uicerim. Et licet ſupradictꝰ frater ſæpe me uiſitet, atq; me ita ut ſua in Chriſto uiſcera foueat: tamẽ lõgo a me ſpatio ſeiunctus: nõ minus mihi dereliquit abeundo deſyderium, cꝫ attulerat ueniendo læticiam. Nunccũ ueſtris litteris fabulor: illas amplector, illæ mecũ loquuntur: illæ hic tantũ latinæ ſciunt. Hic eñ aut barbarus ſemiſermo diſcendus eſt, aut tacendum. Quotienſcũq; chariſſimos mihi uultus, notæ manus referunt impreſſa ueſtigia: totiẽs aut ego hic non ſum, aut uos hic eſtis. Credite amori uera dicẽti: & cũ has ſcriberem, uos uidebam. De quibus hoc primũ queror: cur tot interiacentibꝰ ſpatijs maris atq; terrarũ tam paruã epiſtolã miſeritis, niſi quod ita merui: qui uobis (ut ſcribitis) ante nõ ſcripſi. Chartã defuiſſe nõ puto Aegypto miniſtrãte cõmertia. Et ſi alicui Ptolemæus maria clauſiſſet: tamẽ rex Attalus mẽbranas a Pergamo miſerat: ut penuria chartæ pellibus pẽſaret: Vñ & pergamenæ nomẽ ad hũc uſq; diẽ tradẽte ſibijnuicẽ poſteritate ſeruatũ eſt. Quid igit? Arbitrer baiulum feſtinaſſe? Qz uis lõgæ epiſtolæ una nox ſufficit. An uos aliqua occupatiõe detẽtos? Nulla neceſſitas maior eſt charitate. Reſtãt duo. Vt aut uos piguerit, aut ego non meruerim. E quibus magis uolo uos incuſare tarditatis, cꝫ me cõdemnare non meritũ. Facilius eñ negligentia emendari poteſt, cꝫ amor naſci. Bonoſus (ut ſcribitis) quaſi filius ἰχθύος, id eſt, piſcis aquoſa

C aquosa petit. Nos pristina contagione sordentes: quasi reguli & scorpiones arentia quæq; secta
mur. Ille iam calcat super colubri caput: nos serpenti, terrā ex diuina sententia comedēti, adhuc
cibus sumus. Ille iam potest summū graduum psalmum scandere: nobis adhuc in primo ascen/
su flentibus: nescio an dicere aliquando contingat: Leuaui oculos meos in montes: unde ueniet
auxilium mihi. Ille inter minaces sæculi fluctus in tuto insulæ: hoc est ecclesiæ gremio sedens:
ad exemplum Iohannis, librū forte iam deuorat: ego in scelerum meorum sepulchro iacens: &
peccatorū uinculis colligatus: dominicū de euangelio expecto damorē: Hieronyme ueni foras:
Bonosus inquā (quia secundū ꝓphetā omnis diaboli uirtus in lumbis est) trans Euphratem tu
lit lumbare suū: ubi illud in foramine petræ absconden: & postea scissum reperiens, cecinit: Do
mine tu possedisti renes meos. Dirupisti uincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Me uero
Nabuchodonosor ad Babylonē, id est, confusionē mentis meæ catenatum duxit: ibi mihi capti
uitatis iugum imposuit: ibi ferri circulum naribus meis innectens: de canticis Sion cantare præ/
cepit. Cui ego dixi: Dñs soluit compeditos: dñs illuminat cæcos. Vt breuiter cœptam dissimili/
tudinem finiam: ego ueniam deprecor: ille expectat coronā. Soror mea, sancti Iuliani in Chri/
sto fructus est. Ille plantauit, uos rigate: dñs incrementum dabit. Hanc mihi Iesus pro eo uul/
nere, quod diabolus inflixerat præstitit, uiuam reddendo pro mortua. Huic ego (ut ait gentilis
poeta) omnia etiam tuta timeo. Scitis ipsi lubricum adolescētiæ iter, in quo & ego lapsus sum,
& uos non sine timore transistis. Hoc illa nunc maxime ingrediens: omniū est fulcienda præce/
ptis: omniū est sustentanda solatijs, id est, crebris uestræ sanctitudinis epistolis roboranda. Et
quia charitas oia sustinet: obsecro ut etiam a papa Valeriano ad eam confortandā litteras exi/
gatis. Nostis puellares animos his rebus plærumq; solidari: si se intelligant curæ esse maiorib⁹.
In mea enim patria rusticitatis uernacula: deus uenter est, & in diem uiuitur, & sanctior est ille,
qui ditior est. Accessit huic patellæ (iuxta tritum populi sermone prouerbium) dignum opercu/
lum: Lupicinus sacerdos, secūdū illud quoq;, de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucillius:
D similem habent labra lactucam, asino carduos comedente: uidelicet ut perforatam nauem de/
bilis gubernator regat: & cæcus cæcos ducat in foueam. Talisq; sit rector: quales illi qui regunt.
Matrem cōmunem, quæ cum uobis sanctitate societur: in eo uos præuenit: quia tales genuit,
cuius uere uenter aureus potest dici: eo salutamus honore quo nostis: una quoq; suscipiendas
cunctas sorores: quæ sexum uicere cum sæculo: quæ oleo ad lampades largiter præparato: spon
si opperiuntur aduentu. O beata domus, in qua morantur Anna uidua: uirgines prophetissæ,
geminus Samuel nutritus in templo. O tecta felicia, in quibus cernimus Machabeorū marty/
rum coronis cinctam martyrem matrem. Nam licet quotidie Christum cōfiteamini, dum eius
præcepta seruatis: tamen ad priuatam gloriā publica hæc accessit uobis & aperta cōfessio, quod
ꝑ uos ab urbe uestra Arriani quōdā dogmatis uirus exclusum est. Et miramini forsitan, quod
in fine iam epistolæ rursus exorsus sim. Quid faciam? Vocem pectori negare non ualeo: epistō
læ breuitas, compellit tacere: desyderium uestri cogit loqui. Præproperus sermo. Confusa tur/
batur oratio: amor ordinem nescit.

ARGVMENTVM ET SCHOLIVM.

EXpostulat cum Chrysogono Aquileiæ monacho, quod nihil scribens, oblitus uideatur ab
sentis amici, idq; tam cito, & eius quem nuper amicum habere cœperit. ¶ Sed tu quod na/
tura lynces.) Plinius tradit Lyncibus hanc inesse obliuionem, ut si inter edendum subito
respexerint, oblitæ cibi qui adest, alium quærāt. ¶ Quam in corde Christi.) Sic em Paulus
ad Corinthios epistola secunda cap. tertio. Epistola mea uos estis scripta in cordibus &c. ¶ Parua litu/
ra.) Litura delet summū æquor ceræ, a linendo dicta. At tum solent apparere nonnunq; aliqua littera/
rum uestigia. Cæterum quod penitus aboletur, imis ceris eradi dicitur.

¶ HIERONYMVS AD CHRYSOGONVM MONACHVM.

QVi circa te affectus meus sit: charissimus ambobus Heliodorus tibi potuit fideli/
ter nunciare: qui non minore te diligit amore q̄ ego diligo: ut semp in ore meo
nomen tuum sonem: ut ad primam quāq; confabulationem iucundissimi mihi
consortij recorder, ut humilitatem admirer: uirtutem efferam, prædicem charita/
tem. Verum tu quod natura lynces insitum habent: ne post tergum respicientes meminerint
priorum:

priorum:& mens perdat quod oculi uidere deſierint:ita noſtræ es neceſſitudinis penitus obli/
tus:ut illã epiſtolã quã in corde Chriſtianorum ſcriptam Apoſtolus refert:nõ parua litura: ſed
imis(ut aiunt)ceris eraſeris. Et ille quidem(quas diximus)feræ:ſub frondente captantes arbo/
ris ramo fugaces capreas:aut timidũ ceruos animal comprehendunt:currentemq; fruſtra præ/
dam,dum hoſtem ſuum ſecum uehit:rabido deſuper ore dilaniant:& tãdiu meminere prædan
di,q̃diu uenter uacuus ſiccum fame guttur exaſperat. Vbi uero ſanguine paſta feritas uiſcera
diſtenta compleuerit: cum ſaturitate ſuccedit obliuio: tãdiu neſcitura quid capiat: donec me/
moriã reuocauerit eſuries. Tu necdũ ſatiatus e nobis: cur finẽ iungis exordio? cur amittis ante/
q̃ teneas? Niſi forte negligentiæ ſemper excuſatione ſocia,aſſeras te non habuiſſe quod ſcribe/
res:cum hoc ipſum debueris ſcribere:te non habuiſſe,quod ſcriberes.

¶ SCHOLIVM SEQVENTIS.

CONtra ſophiſtas.) Sophiſtas intelligit ſapientiæ profeſſores. At nunc ut diuitias & impe/
rium, ita ſapientiam quoq; pluſq; mũdanam libenter amplectimur,cum Chriſtus amet eſſe
purus ab omni contagio mundi. ¶ Cum tu ne motum,quidem.) Quidam codices habebãt
motum,quidam mutum, quidam nutum. Conſcio ſcriptum fuiſſe ne my quidem,ſiue ne
mu quidem,pro eo quod eſt,ne minimũ quidẽ uerbũ. M. Varro refert hunc uerſum, ni fallor Ennianũ.
Dicit quod minimũ eſt,neq;,ut aiunt,my facere audent. De quo plura ſcripſim⁹ in Chiliadibus prouer
biorum. Aliquis imperitus,cũ nõ intelligeret, quid ſibi uellet facere mu,caſtigauit,hoc eſt deprauauit,
mutum,quod alius rurſum offenſus abſurditate ſenſus,uertit in motum. Tertius quiſpiam cui nec hoc
faciebat ſatis,ex mutum fecit nutum. Atq; hæc ſane lectio tolerabilior eſt.

¶ HIERONYMVS AD ANTONIVM DE MODESTIA.

DOminus noſter,humilitatis magiſter,diſceptantibus de dignitate diſcipulis: unũ
apprehendit e paruulis,dicens: Quicũq; ueſtrum non fuerit cõuerſus ſicut infans:
non poteſt introire in regnum cœlorum. Quod ne tantum docere,nec facere uide
retur,impleuit exemplo:dum diſcipulorum pedes lauat:dum traditorẽ oſculo ex/
cipit:dum loquitur cum Samaritana:dum ad pedes ſibi ſedente Maria,de cœlorum diſputat
regno:dum ab inferis reſurgens,primum mulierculis apparet. Satanas autem ex archangelico
faſtigio,non aliam ob cauſam niſi ob contrariam humilitati ſuperbiam ruit. Et Iudaicus popu
lus primas cathedras,& ſalutationes in foro uendicans:deputato antea in ſtillam ſitulæ gentiũ
populo ſuccendente,deletus eſt. Contra ſophiſtas quoq; ſæculi & ſapientes mũdi Petrus & Ia/
cobus piſcatores mittuntur. Cuius rei cauſa ſcriptura ait: Superbis deus reſiſtit, humilibus dat
gratiam. Vide frater,quale malum ſit,quod aduerſarium habet deum. Ob quod in euangelio
& phariſæus arrogans ſpernitur:& humilis publicanus auditur. Decem iam(niſi fallor) epiſto/
las plenas tam officij q̃ precum miſi:cum tu ne nutum quidem facere dignaris:& dño loquen/
te cum ſeruis,frater cum fratre non loqueris. Nimis,inquies,contumelioſe. Crede mihi,niſi ſtili
uerecundia prohiberet:tanta læſus ingererem:ut inciperes mihi reſcribere,uel iratus. Sed quo/
niam & iraſci hominis eſt,& iniuriam non facere Chriſtiani: ad antiquum morem reuertens:
rurſus precor:ut & diligentem te diligas,& conſeruo ſermonẽ cõſeruus impartias. Vale in dño.

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

¶ Quidam ex conſenſu uxoris,inſtituerat ab uſu matrimonij abſtinere. Sed per occaſionem domeſti/
cæ conſuetudinis relapſus eſt ad coitum. Illa pœnitẽs ſe contulerat ad loca ſancta. Hieronymo rem nar/
rat. Adhortatur igitur maritũ ut uxoris exẽplo pœniteat,& ſacra uiſat loca. Opinor nomẽ eius, ad quẽ
ſcribit,data opera ab Hieronymo prætermiſſum,ne famam illius notaret. Quãq; haud ſcio quis aſſcri/
pſit ad Ruſticum.

¶ SCHOLIA.

ABſq; humore & rheumate.) ῥεῦμα græce fluxus eſt. Pituita & humor,corporis deſiccatur
inedia. Et corpore exucco,libido extinguitur. Id refert ad hoc quod ſcriptũ eſt, In inuio &
inaquoſo. ¶ Sicut Adama ponam te.) Adama & Seboim duæ ciuitates ſunt iuxta Sodo
mam,ex his quas ignis cœleſtis abſumpſit. ¶ Quid paleis ad frumentũ.) Eſt apud Hiere/
miam,capũ.23. ¶ Tanti dux fœmina facti.) Hemiſtichium eſt Maronis,quo diuus Hiero/
nymus libenter utitur. ¶ Candidatus es fidei.) Quia ſeruatur uir infidelis in muliere fideli. Vt cãdida
ti nondũ aſſecuti ſunt honorem,ſed proximum eſt ut conſequãtur:ita uicinus eſt ſaluti,cuius uxor iam
præceſſit ad uere Chriſtianam uitam.

HIERONYMVS AD RVSTICVM.

C QVod ignotus ad ignotum audeo ſcribere:ſanctæ ancillæ chriſti Hedibiæ & filiæ meæ,coniugis tuæ Artemiæ,imo ſororis ex coniuge atq; conſeruæ,fecit depreca/tio. Quæ nequaq; propria ſalute contenta:tuam & ante quæſiuit in patria:& nũc in ſanctis locis quærit:imitari cupiens,Andreæ & Philippi apoſtolorum beneuo/lentiam:quorum uterq; inuentus a Chriſto,fratrem Simonem & amicũ Nathanael inuenire deſyderat:ut alter eorũ mereat audire: Tu es Simon filius Iohãna, tu uocaberis Cephas,quod interpretatur Petrus:Alter donum dei(hoc enim lingua noſtra ſonat Nathanael), Chriſti ad ſe loquentis teſtimonio ſubleuetur.Ecce uere Iſraelita,in quo dolus non eſt. Optauerat quon/dam & Lot cum filiabus ſaluare coniugem ſuam,& de incendio Sodomæ & Gomorræ pene ſemiuſtus erumpẽs,educere eam,quæ priſtinis uitiis tenebatur aſtricta:ſed ea deſperatione tre pida,reſpicienſq; poſt tergum:æterno infidelitatis titulo condemnatur.Et ardẽs fides pro una muliere perdita:totam Segor liberat ciuitatẽ.Deniq; poſtq; Sodomiticas ualles ac tenebras de relinquens,ad montana conſcendit,ortus eſt ei ſol in Segor,quæ interpretatur paruula: ut par/ua fides Lot,quia maiora non poterat,ſaltem minora ſeruaret.Neq; eñ Gomorræ quondam & erroris habitator,ſtatim ad meridiẽ poterat peruenire,in qua Abraham amicus domini cũ angelis ſuſcepit deum:Et Ioſeph fratres paſcit in Aegypto,ſponſuſq; audit a ſponſa: Vbi cu/bas:ubi paſcis in meridie:Samuel quõdam plangebat Saulẽ:quia ſuperbiæ uulnera pœniten tiæ medicamine non curabat.Et Paulus lugebat Corinthios:qui fornicationis maculas lachry/mis delere nolebant. Vnde & Eçechiel librum deuorat ſcriptum intus & foris:carmine & plan/ctu & uæ. Carmine ſuper laude iuſtorum:planctu ſuper pœnitẽtibus: Væ ſuper his de quibus ſcriptum eſt:Cum uenerit impius in profundum malorum,contemnit. Quos oſtendit Eſaias,
D dicens: Vocauit dñs ſabaoth in die illa ad fletum,& planctum & decaluationem & accinctionẽ ciliciorum:ipſi autem fecerunt læticiam & exultationem,mactantes uitulos & occidentes oues, ut comederent carnes,dicentes:Manducemus & bibamus,cras enim moriemur. De quibus & Eçechiel loquitur: Et tu fili hominis dic domui Iſrael:ſic locuti eſtis,dicentes: Errores noſtri & iniquitates noſtræ ſup nos erũt:& in ipis cõtabeſcimus:& quomodo ſalui eſſe poterimus:Dic eis: Viuo ego dicit dñs: Nolo mortẽ impĳ,ſed ut conuertatur a uia ſua. Et iterũ: Reuertimini recedentes a uia ueſtra:quare moriemini domus Iſrael:Nihil tam offendit deũ,q; deſperatio/ne meliorũ hærere priorib9. Licet ipſa deſperatio incredulitatis indiciũ ſit. Qui eñ deſperat ſa/lutem,non putat futurũ eſſe iudicium. Quod ſi metueret,utiq; bonis operibus ſe iudici præpa/raret. Audiamus per Hieremiam loquentem deũ: Conuerte pedem tuũ a uia aſpera, & guttur tuũ a ſiti. Et iterum: Nunquid qui cadit non reſurget:aut qui auerſus eſt,nõ reuertetur:Et per Eſaiam: Quando conuerſus ingemueris:tunc ſaluus eris,& ſcies ubi fueris. Scire non poſſumus ægrotationis mala,niſi cum fuerit ſanitas cõſecuta. Et quantũ boni uirtus habeat,uitia demon/ſtrant: clariuſq; fit lumẽ comparatione tenebrarum. Eçechiel quoq; ĩſdem uerbis: quia eodẽ & ſpiritu: Conuertimini(inquit)& redite ab iniquitatibus ueſtris domus Iſrael,& non erũt uo/bis in tormentũ impietates. Proĳcite omnes impietates ueſtras,quibus impie egiſtis aduerſum me: & facite uobis cor nouum & ſpiritũ nouum: Et quare moriemini domus Iſrael: Nolo eñ mortẽ peccatoris dicit dñs. Vnde & in conſequentibus loquitur: Viuo ego dicit dñs: Nolo mor tem peccatoris,niſi ut reuertatur a uia ſua & uiuat,ne mens incredula de bonorum repromiſſio ne deſperet:& ſemel perditioni animus deſtinatus,non adhibeat uulneri curationem:quod ne/quaq; exiſtimat poſſe curari. Idcirco iurare ſe dicit:ut ſi non credimus promittenti deo: creda/mus ſaltem pro noſtra ſalute iuranti. Quam ob cauſam iuſtus precatur, & dicit: Conuerte nos deus ſalutaris noſter,& auerte furorem tuũ a nobis. Et iterum: Dñe in uoluntate tua præſtitiſti decori meo fortitudinem. Auertiſti faciem tuã a me,& factus ſum cõturbatus. Poſtq; eñ fœdi/tatem delictorum meorum uirtutum decore mutaui:infirmitatem meam tua gratia robora/ſti. Ecce audio pollicentem: Perſequar inimicos meos, & comprehẽdam illos,& nõ reuertar, donec deficiant:ut qui te ante fugiebam,& inimicus eram:tua comprehendar manu. Ne ceſſes a perſequendo,donec deficiam a uia mea peſſima, & reuertar ad uirum meum priſtinum: qui

A mihi dabit linteamina mea, & oleum,& similam,& cibabit me pinguissimis cibis. Qui idcirco obsepsit,atq; præclusit uias meas pessimas,ut eam inuenirem uiã,quæ dicit in euangelio: Ego sum uia,ueritas & uita. Audi ꝓphetam loquentẽ: Qui seminant in lachrymis,in gaudio metẽt. Euntes ibant & flebant,portantes semina sua: Venientes aũt uenient in exultatione,portantes manipulos suos. Et loquere cũ eo: Lauabo per singulas noctes lectum meũ,in lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Et iterꝝ: Sicut desyderat ceruus ad fontes aquarũ:ita desyderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deũ fontem uiuũ,quãdo ueniã & apparebo ante faciẽ dei. Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes per diem & noctẽ. Et in alio loco: Deus deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit anima mea ad te,cꝫ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta & inuia & inaquosa,sic in sancto apparui tibi. Quãcꝫ em̃ sitierit te anima mea:tamen multo te plus carnis meæ labore quæsiui, & tibi in sancto apparere nõ potui:nisi prius in terra deserta a uitijs,& inuia aduersarijs potestatib9,& absq; humore & rheumate ullius libidinis cõmorarer. Fleuit & dñs sup ciuitatem Hierusalem:quia non egissent pœnitentiã:& Petrus trinam negationẽ amaritudine abluit lachrymarũ: impleuitq; illud ꝓpheticũ: Exitus aquarum deduxerũt oculi mei. Plangit & Hieremias populũ pœnitentiã non agentem,dicens: Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontem lachrymarũ,& plorabo populũ istum per diem & noctem? Cur autẽ plangat,& defleat:sequenti sermone demonstrat. Nolite flere mortuum, neq; plangatis eum. Flete planctu qui egreditur:quia nõ reuertetur ultra. Nequaq; igitur gentilis plangẽdus est,atq; Iudæus: qui in ecclesia non fuerũt,& semel mortui sunt, de quibus saluator dicit: Dimitte mortuos,sepelire mortuos suos: Sed eos plange,qui per scelera atq; peccata ægrediũtur de ecclesia, & nolunt ultra reuerti ad eam damnatione uitiorum. Vnde & ad uiros ecclesiasticos: qui muri & turres ecclesiæ nuncupantur: loquitur sermo propheticus, dicens: Muri Sion proferte lachrymas,implentes illud Apostoli: Gaudere cum gaudentibus,flere cum flentibus: ut dura corda peccantiũ,uestris lachrymis prouocetis ad fletum:ne perseuerãtes in malitia,audiant: Ego plantaui te uineam frugiferam, omne semen uerũ: quomodo uersa es in amaritudinem uitis alienæ? Et iterum: Ligno dixerunt,pater meus es tu:& lapidi,tu genuisti me,& uerterũt ad me dorsa,& non facies suas. Et est sensus. Noluerunt ad me conuerti,ut agerent pœnitentiam, sed per

B cordis duritiam in iniuriam meã sua terga uerterunt. Quãobrem & dñs loquitur ad Hieremiã: Vidisti quæ fecerunt mihi habitatio Israel? Abierunt super omnẽ montẽ excelsum, & subter omne lignum frondosum,& fornicati sunt ibi:& dixi: Postcꝫ fornicata est & fecit hæc omnia: ad me reuertere,& non est reuersa. O clæmẽtia dei, O nostra duritia: dum & post tanta scelera nos prouocat ad salutem. Et ne sic quidem uolumus ad meliora conuerti. Si reliquerit, inquit, uxor uirum suũ:& alij nupserit,& uoluerit postea reuerti ad eũ,nunquid suscipiet eam, & nõ detestabitur? Pro quo scriptũ est,iuxta hebraicam ueritatẽ:quod in græcis & latinis codicibus nõ habetur,& tu reliquisti me:tamen cõuertere,& suscipiam te dicit dñs. Esaias quoq; in eundem sensum ijsdem pene loquitur sermonibus: Conuertimini qui profundũ cõsiliũ cogitatis & iniquum filij Israel:reuertere ad me,& redimã te. Ego deus,& non est alius præter me,iustus & saluator non est absq; me. Reuertimini ad me,& salui eritis,qui estis in extremis terræ. Recordamini horũ,& ingemiscite,& agite pœnitentiam qui erratis. Cõuertimini corde,& mementote priorum a sæculo: quoniã ego sum deus, & non est alius absq; me. Scribit & Ioel, Conuertimini ad me ex toto corde uestro,in ieiunio & lachrymis & planctu:scindite corda uestra,& nõ uestimenta uestra. Misericors em̃ & miserator est dñs:& agens pœnitentiã super malitijs. Quãtæ autem sit misericordiæ:& quam(ut ita loquar)nimiæ ineffabiliscꝫ clæmẽtiæ, Osee propheta nos doceat: per quẽ loquitur deus: Quid tibi faciã Ephraim? quomodo te protegã Israel? quid tibi incꝫ faciam? Sicut Adama ponam te,& sicut Seboim. Cõuersum est cor meum in me:& cõturbata est pœnitudo mea. Nequacꝫ faciam secundum iram furoris mei. Vnde & Dauid loquitur in psalmo: Non est in morte qui memor sit tui:in inferno autem quis cõfitebitur tibi? Et in alio loco: Peccatũ meũ notum feci,& iniquitatem meã non abscondi. Dixi pronunciabo contra me inquitatẽ meã dño,& tu dimisisti impietatem cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tẽpore oportuno, Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ ad eum nõ approximabunt. Vide

C quanta magnitudo sit fletuum:ut aquarũ diluuio cõparetur. Quos qui habuerit & dixerit cũ Hieremia:Non sileat pupilla oculi mei:statim in illo complebit:Misericordia & ueritas obuiauerunt sibi,iusticia & pax deosculatæ sunt:ut si te iusticia & ueritas seruauerint, misericordia & pax prouocent ad salutem. Totam pœnitentiã peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus: quãdo ingressus est Dauid ad Bethsabeæ uxorẽ Vriæ Ethei,& a Nathã ,pphetante correptus respondit:Peccaui. Statimq; meruit audire: Et dñs abs te abstulit peccatum. Adulterio enim iunxerat homicidiũ:& tamẽ cõuersus ad lachrymas:Miserere(ait)mei deus secundũ magnã misericordiã tuã.Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarũ,dele iniquitatẽ meã.Magnũ em̃ peccatũ,magna indigebat misericordia. Vñ iungit & dicit:Multũ laua me ab iniqtate mea,& a peccato meo munda me.Quoniã iniquitatẽ meã ego agnosco,& delictũ meũ cõtra me est semp. Tibi soli peccaui(rex em̃ eram,alium non timebã)& malũ coram te feci,ut iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cum iudicaris.Cõclusit em̃ deus omnia sub peccato,ut oĩbus misereatur: Tantũq; pfecit,ut dudum peccator & pœnitens trãsierit in magistrũ,& dicat:Docebo iniquos uias tuas,& impĩ ad te conuertentur.Confessio em̃ & pulchritudo coram eo:ut qui sua confessus fuerit peccata & dixerit:Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, fœditatem uulnerũ in sanitatis decorem cõmutet.Qui em̃ abscondit iniquitatem suã,non prosperabitur. Achab rex impĩssimus uineã Nabuthæ cruore possedit:& cũ Hieçabel nõ tam cõiugio sibi,cẽq; crudelitate coniuncta,Heliæ increpatiõe corripitur.Hæc dicit dñs:Occidisti & possedisti. Et iterũ:In loco in quo linxerũt canes sanguinẽ Nabuthæ,ibi lingent sanguinẽ tuum:& Hieçabel canes comedent ante muros Ieçrael. Quod cũ audisset Achab,scidit uestimenta sua & posuit saccum sup carnẽ suã,ieiunauitq; & dormiuit in cilicio.Factusq; est sermo dñi ad Heliam,dicens:Quoniã reuerítus est Achab faciem meã,nõ inducã malũ in diebus eius.Vnũ scelus Achab &Hieçabel:tamen cõuersus ad pœnitentiam Achab,pœna differ ur in posteros: & Hieçabel in scelere perseuerans:præsenti iudicio cõdemnatur. Loquitur & dñs in euangelio:Viri Niniuitæ surgent in iudiciũ cum generatione hac & cõdemnabũt eam,quia egerũt pœnitentiam in prædicatione Ionæ.Non enim ueni uocare iustos,sed peccatores ad pœnitentiam.Drachma perit:& tamen inuenitur in stercore.Nonagintanouem oues relinquuntur in solitudine, & una ouis quæ aberrauerat,pastoris humeris reportatur.Vnde & lætitia angelorum est super uno peccatore agente pœnitentiã.Quanta felicitas,ut de salute nostra exultent cœlestia:De q; D buis dicitur:Pœnitentiã agite,appropinquauit em̃ regnum cœlorũ.Nullum in medio spatium. Mors & uita sibi cõtraria sunt:& tamen pœnitentia copulantur Luxuriosus filius totam,pdegerat substantiam:& procul a patre,uix porcorũ cibis inediam sustentabat.Reuertitur ad parentẽ,immolatur ei uitulus saginatus, stolam accipit & anulum,ut Christi recipiat uestimentum, quod dudum polluerat: & audire mereatur :Candida sint semper uestimenta tua. Receptoq; signaculo dei,proclamet ad dñm:Pater peccaui in cœlum,& coram te:& reconciliatus osculo dicat ad eum:Signatum est super nos lumen uultus tui dñe.Iustícia iusti non liberabit eũ in qua cunq; die peccauerit:& iniquitas iniqui non nocebit ei,quacũq; die cõuersus fuerit. Vnũquẽq; iudicat,sicut inuenerit.Nec præterita consyderat, sed præsentia:si tamẽ uetera crimina nouella cõuersione mutentur.Septies cadit iustus,& resurget.Si cadit,quomodo iustus?Si iustus,quomodo cadit?Sed iusti uocabulum nõ amittit,qui per pœnitentiam semper resurgit.Et nõ solũ septies,sed septuagies septies delinquenti,si cõuertatur ad pœnitentiam,peccata donantur.Cui plus dimittit,plus diligit.Meretrix lachrymis pedes saluatoris lauat,& crine detergit:& in typũ ecclesiæ de gẽtibus cõgregatæ meret audire: Dimittũtur tibi peccata tua!Pharisæi iustícia perit superbia:& publicani humilitas,cõfessione saluatur.Per Hieremiã contestatur deus:Ad summã loquar contra gentẽ & regnũ: ut eradicem & destruam,& dispердam illud.Si pœnitentiã egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersum eam:agam & ego pœnitentiã super malo, quod cogitaui ut facerem ei.Et ad summã loquar super gentẽ & regnũ,ut ædificem,& ut plantẽ illud.Si fecerit malũ in cõspectu meo:ut non audiat uocem meã :pœnitentiã agam super bono quod locutus sum,ut facerem ei.Statimq; infert!Ecce ego fingo cõtra uos malũ,& cogito cõtra uos cogitationẽ.Reuertatur unusquisq; a uia sua mala:et dirigite uias uestras & studia uestra,

qui

A Qui dixerũt: Desperauimus: Post cogitationes em̃ nostras ibimus: & unusquisq; post prauita/
tem cordis sui malũ faciemus. Symeon iustus in euangelio loquitur: Ecce hic positus est in rui/
nam, & in resurrectionem multorũ: in ruinam uidelicet peccatorũ, & in resurrectionem eorum
qui agũt pœnitentiã. Apostolus scribit ad Corinthios: Auditur inter uos fornicatio, & talis for/
nicatio, qualis ne inter gentes quidẽ: ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et uos inflati estis, &
non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio uestrum, qui hoc opus fecit! Et in secunda ad
eosdem epistola: Ne abundantiori tristicia pereat, qui eiusmodi est: reuocat eum & obsecrat, ut
cõfirment super illũ charitatẽ: ut qui incestu perierat, pœnitentia cõseruetur. Nullus quidẽ mũ
dus a peccato: ne si unius quidem diei fuerit uita eius: numerabiles autem ãni uitæ illius. Astra
quoq; ipsa non sunt munda in conspectu eius. Et aduersum angelos suos peruersum quid ex/
cogitauit. Si in cœlo peccatũ, quãto magis in terra? Si delictum in his qui carent tentatione cor
porea, quãto magis in nobis, qui fragili carne circũdamur, & cũ Apostolo dicimus: Miser ego,
quis me liberabit de corpore mortis huius? Nõ em̃ habitat in carne nostra bonum, nec agimus
quod uolumus, sed quod nolumus: ut aliud anima desyderet, aliud caro facere cogatur. Quod
si quidã iusti appellantur in scripturis, & non solum iusti, sed iusti in conspectu dei: iuxta illam
iusticiam appellantur iusti, iuxta quam supra dictum est: Septies cadit iustus, & resurget. Et iux
ta quod iniquitas iniqui non nocebit ei in quacunq; die cõuersus fuerit. Deniq; & Zacharias
pater Iohannis, qui scribitur iustus, peccauit in eo quod non credidit, & statim silentio condem
natur. Et Iob qui iustus & immaculatus ac sine querela in principio uoluminis sui scribit: post/
ea, & dei sermone, & cõfessione sui, peccator arguitur. Si Abrahã, Isaac & Iacob, ꝓphetæ quoq;
& Apostoli, nequaq; caruere peccato: si purissimũ triticum habuit mixtas paleas: quid de nobis
dici potest, de qbus illud scriptũ est? Quid paleis ad frumentũ dicit dñs? Et tamẽ paleæ futuro
reseruantur incendio: & çiçania hoc tẽpore mixta sunt segetibus frumentorum, donec ueniat
B qui habet uentilabrum in manu sua & purgabit aream: ut cõgreget triticũ in horrea, & quisqui/
lias, gehennæ igni comburat. Hæc omnia quasi pulcherrima scripturarum prata discurrens, in
unum locũ uolui congregare: & de speciosissimis floribus coronã tibi texere pœnitentiæ, quã im
ponas capiti tuo, & assumas pennas columbæ, & uoles & requiescas, & clæmentissimo reconcilie
ris patri. ¶ Narrauit mihi uxor quondã tua, nunc soror atq; conserua, quod iuxta præceptum
apostoli ex cõsensu abstinueritis uos ab opere nuptiarum, ut uacaretis orationi. Tuaq; rursum
uestigia, quasi in salo posita fluctuasse, imo (ut apertius loquar) esse prolapsa. Illam autẽ audis/
se a dño cum Moyse: Tu uero hic sta mecũ: & dixisse de domino: Statuit supra petram pedes
meos. Tuã domũ, quæ fundamenta fidei solida non habebat: postea diaboli turbine concidis/
se. Porro illius perstare in dño, & suum tibi hospitiũ non negare: ut cui prius coniunctus fue/
ras corpore, nunc spiritu copuleris. Qui em̃ adhæret dño, unus spiritus est cum eo. Cũq; uos ra/
bies barbarorũ, & imminens captiuitas separaret, sub iurisiurandi testificatione pollicitũ: ut ad
sancta transeuntẽ loca, uel statim uel postea sequereris, & seruares animã tuã, quã uisus fueras
negligentia perdidisse. Redde igitur quod præsente deo spopondisti. Incerta est uita mortaliũ,
ne ante rapiaris, cũq; tuam impleas spõsionem. Imitare eam quã docere debueras. Prohpudor,
fragilior sexus uincit sæculum, & robustior superatur a sæculo. Tanti dux fœmina facti est: & nõ
sequeris eam, in cuius salute candidatus es fidei? Quod si te rei familiaris tenent reliquiæ: ut scili
cet & mortes amicorũ & ciuiũ uideas, & ruinas urbium atq; uillarũ: saltem inter captiuitatis ma
la, & feroces hostium uultus & prouinciæ tuæ infinita naufragia, teneto tabulam pœnitẽtiæ: &
memento conseruæ tuæ, quæ tuam quotidie suspirat nec desperat salutem. Tu uagaris in pa/
tria, imo non patria, quia patriam perdidisti. Ista pro te in locis uenerabilibus resurrectionis &
crucis, & incunabulorum domini salutoris: in quibus paruulus uagit, tui nominis recordatur:
teq; ad se orationibus trahit: ut si non tuo merito, saltem huius salueris fide. Iacebat quondam
paralyticus in lectulo: & sic erat cũctis artubus dissolutus: ut nec pedes ad ingrediendũ, nec ma/
nus mouere posset ad precandũ: & tamẽ ꝓfertur ab alijs, & restituit pristinæ sanitati: ut porta/
ret lectulum, qui dudum portabatur a lectulo. Et te igitur absentẽ corpore, præsentem fide, of
fert cõserua tua dño saluatori. Et dicit cum Chananæa: Filia mea male uexatur a dæmonio. Re

Cte em̃ appellabo animã tuã filiam animæ eius, quæ sexus nescit diuersitatẽ: quia te quasi parC uulum, atq; lactentẽ, & necdum ualentem sumere solidos cibos, inuitat ad lac infantiæ, & nutricis tibi alimenta demonstrat: ut possis dicere cũ ꝓpheta: Erraui sicut ouis perdita: quære seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Docet uiduis & uirginibus uitandam esse domesticam consuetudinem, eorum unde sit periculum, uel pudicitiæ, uel famæ. Argumentum epistolæ narrat ipse. In calce huius libelli subsignificat hoc argumentũ a se declamatorio more fuisse sumptũ & tractatũ: Idẽ innuit in alia quadã epistola. Vnde nec hic ullum nomen admiscetur uscq;. Versatur in genere suasorio. Tamen plurimi incidunt loci cõiecturales, in quibus mire lusit Hieronymus. Vtitur crebris dilemmatis in argumẽtando. Multum item admiscet festiuitatis.

SCHOLIA.

Vcilianum quiddã retulisti.) Palam alluſit ad id quod Horatius scripsit de Lucilio satyrico. At idem, quod sale multo Vrbem defricuit, charta laudatur eadem. Salem uocat dicta salsa ac mordacia. Et defricare, pro taxare & tangere positũ est. Iurgantibus atq; negantibus cunctis.) Etenim si consentientes uniuersi, negent se tales, quales tu prædicas: nimirum quod uides, non uides: & quod audis, non audis. Vestrã euariare.) Quidam codices habebant, orare. Ego legendum censeo curare. Surdis narrare fabulam.) Prouerbium est, ubi quis nihil agit suadendo. Venena serpentina.) Serpentina seu serpentino supereſt: legendum, uenena tolluntur antidoto. Coram te uocat.) Corã hic aduerbium est. Et omnes tecũ &c.) Et hic locus, uarius habebatur in exemplaribus. Opinor ita legendum: Et omnes te, cũ aliquid eorũ quæ suadent, detrectans feceris, puram, simplicem &c. Legimus in scholis.) Exemplũ eius qui amore contabuit, cuius statua posita fuerat in publico. Spirantia dixit, quasi uiua, quod ueluti uiuũ hominem representaret. Ita Vergilius. Excudentq; alij spirantia mollius æra. Sed rosulũ & in sordibus.) Quidã codices habebant Trossulũ: legendum censeo, Torosulum: ut intelligas hominẽ nõ exhaustũ uigiliis & ieiunijs, sed bene
D curata cute & obeso corpore, etiam si parum nitide cultum alias. Antiqui, equites Romanos Trossulos appellabant: quæ quidem appellatio uidetur in iocũ prouerbialem abisse. Persius. Trossulus exultat tibi per subsellia leuis. Sed torosulus magis placet. Ille parasitum.) παρὰ iuxta, & σῖτος cibus. Vnde q libenter cibo uescuntur alieno, parasiti uocabantur. Iste impostorem.) Qui arte fallunt, impostores appellantur: uelut qui uitreas gemmas pro natiuis uendunt. Hic hæredipetam.) Id est, captatorẽ testamentorum. Portare matulam.) Quædam exemplaria habebant mapulam: nonnulla mattulam. E gemino mendo conijcere licet, legendum esse matulam. Id est uas, in quod redditur lotium. Erat abiectissimum obsequij genus porrigere matulam. Meminit hac de re in epistola ad Nepotianum. Nullo nitro.) Locus est apud Hieremiam, capite secũdo. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Porro Borith indicat Hieronymus septuaginta uertisse herbam fullonum. Borith autem esse herbam, quæ in palæstina nascatur locis humectis, habẽs eandẽ ferme uim quã habet nitrum. Nitrũ autem quiddam est nõ dissimile sali, quod ob acrimoniam olim ad lauandas uestes adhiberi consueuit. Et tertius ille.) Græca uox hoc loco uaria subijcitur in exemplaribus. Nec magni refert, aliorum errores percensere. Dubium non est quin legendum sit γηροβόσκος. Sic em̃ græce uocatur, qui senilem ætatem parentis, aut amici fouet ac sustinet. Et γηροβοσκεῖν, alere senem. A γῆρας senectus & βόσκω pasco.

DE VITANDO SVSPECTO CONTVBERNIO.

Retulit mihi quidã frater e Gallia se habere sororẽ uirginẽ, matrẽq; uiduã: quæ in eadẽ urbe diuisis habitarent cellulis: & uel ob hospitij solitudinem, uel ob custodiendas facultatulas, præsules sibi quosdam clericos assumpsissent: ut maiore decore iungerentur alienis, cꝫ a se fuerant separatæ. Cũq; ego ingemiscerem, & multo plura tacendo cꝫ loquendo significarẽ: Quæso te, inquit, corripias eas litteris tuis, & ad concordiã reuoces: ut mater filiam, & filia matrẽ agnoscat. Cui ego: Optimã, inquã, mihi iniungis perniciem: ut alienus conciliẽ, quas filius fraterq; non potuit. Quasi uero episcopalem cathedram teneam, & non clausus cellula, ac procul a turbis remotus, uel præterita plãgam uitia, uel uitare nitar præsentia. Sed & incongruũ est latere corpore, & lingua per totũ orbem uagari. Et ille, nimiũ ait, formidolosus es. Vbi illa quondã constantia, in quã multo sale orbem defricans Lucilianum quippiam retulisti? Hoc est aio quod me fugat, & labra diuidere non sinit. Postq; em̃ arguendo crimina, factus sum criminosus: & iuxta tritũ uulgi sermone prouerbiũ: Iurgantibus & negantibus cunctis, nec aures me credo habere, nec tactum: ipsiq; parietes in me maledicta resonarũt: & in me psallebant qui bibebãt uinũ: coactus malo, tacere didici, rectius esse arbi

trans,

A trans,ponere custodiã ori meo,& ostiũ munitũ labijs meis,cꝫ declinare cor meũ in uerba mali/
ciæ: & dũ carpo uitia,in uitiũ detractiõis incurrere. Quod cũ dixissem. Nõ est,inquit,detrahere,
uerũ dicere: nec priuata correptio, generalẽ facit doctrinã:cũ aut rarꝰ,aut nullus sit,q sub huiꝰ
culpæ reatũ non cadat. Quæso ergo te,ne me tanto itinere uexatũ frustra uenisse patiaris. Scit
ẽm dñs,qd' post uisionẽ sanctorꝝ locorũ,hanc uel maxime causam habui:ut cũ tuis litteris soro
ri mederer ac matri. Et ego:iam iam inquã quod uis faciã:nam & epistolæ transmarinæ sunt, &
specialiter sermo dictatus,raro potest inuenire quos mordeat. Te autẽ obsecro,ut clam sermo/
nem hũc habeas. Cũ qꝫ portaueris eũ pro uiatico:si auditus fuerit,lætemur pariter. Si aũt con/
tẽptus fuerit,quod & magis reor,ego uerba pdiderim,tu itineris lõgitudinẽ. Primũ uos scire
tupio soror & filia,me nõ idcirco scribere,qa aliqd de uobis siniſtrũ suspiceꝛ,sed ne cæteri suspi/
centur,uestrã me orare concordiã. Alioquin(quod absit)si peccatorꝝ uos existimarẽ glutino co/
hæsisse,nũcꝫ scriberẽ,scirẽcꝫ me surdis narrare fabulã. Deinde hoc obsecro,ut si mordacius qp
piã scripsero:nõ tam meæ putetis austeritatis esse,cꝫ morbi. Putridæ carnes ferro curant & cau
terio. Venena serpentina pellũtur antidoto. Quod satis dolet,maiori dolore expellitur. Ad ex
tremũ hoc dico:quod si etiam hæc conscientia criminis uulnus non habeat:habet tamen fama
ignominiam. Mater & filia nomina pietatis,officiorum uocabula,uincula naturæ,secũda post
deum fœderatio. Non est laus,si uos diligitis:scelus est,quod odistis. Dominus Iesus Christus
subiectus erat parẽtibus suis:uenerabatur matrẽ,cuius ipse erat pater. Colebat nutritium,quẽ
nutriuerat:gestatumcꝫ se meminerat,alterius utero,alterius brachijs. Vnde & in cruce pendens
commendat parentem discipulo,quam nuncꝫ ante crucem dimiserat. Tu uero filia(iam enim
desino ad matrem loqui, quam forsitan & ætas & imbecillitas ac solitudo excusabilem facit):tu
inquam filia,eius domum angustam iudicas:cuius non tibi fuit uenter angustus? Decem men
sibus utero clausa uixisti,& uno die in uno cubiculo cum matre nõ duras? An oculos eius ferre
non potes? Et quæ omnes motus tuos,utpote illa quæ genuit, quæ aluit,& ad hãc adduxit æta
tem facilius intelligit,testem domesticam fugis? Si uirgo es,quid times diligentem custodiam?
B Si corrupta:cur non palam nubis? Secunda post naufragium tabula est,quod male cœperis,sal
tem hoc remedio tẽperare. Neqꝫ uero hoc dico,qd' post peccatũ tollã pœnitentiã:ut quod ma/
le cœpit male perseueret:sed quod desperem in istiusmodi copula diuulsionem. Alioquin si ad
matrem migraueris post ruinam,facilius poteris cum ea plangere, quod per illius absentiam
perdidisti. Quod si adhuc integra es,& non perdidisti,serua ne perdas. Quid tibi necesse est in
ea uersari domo,in qua necesse habes quotidie,aut perire,aut uincere? Quis uncꝫ mortalium
iuxta uiperam securos somnos capit? Quæ etsi non percutiat,certe sollicitat. Securius est perire
non posse:cꝫ iuxta periculum non perisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio. Ibi
gaudemus:hic euadimus. Sed forte respondeas. Non bene morata mater est, res sæculi cupit,
amat diuitias,ignorat ieiunium,oculos stibio linit,uult compta procedere, & nocet proposito
meo: nec possum cum huiusmodi uiuere. Primum quidem etiam si talis est,ut causaris:maius
habebis premium, si talem non deseras. Illa te diu portauit in utero, diu aluit: & difficiliores
infantiæ mores, blanda pietate sustinuit. Lauit pannorum sordes,& immũdo sæpe fœdata est
stercore. Assedit ægrotanti:& quæ pro te sua fastidia sustinuit: tua quoqꝫ passa est: Ad hanc
perduxit ætatem: ut Christum amares docuit. Non tibi displiceat eius conuersatio, quæ te
sponso tuo uirginem consecrauit. Quod si ferre non potes, & delitias eius fugis: atqꝫ(ut hoc
uulgo solet dici)sæcularis est mater: habes alias uirgines, habes sanctum pudicitiæ chorum.
Quid matrem deserens,eum diligis qui forsitan suam reliquit sororem & matrem? Illa diffici/
lis:sed iste facilis. Illa iurgatrix:ergo iste placabilis. Quæro utrum uirum secuta sis: an postea
inueneris? Si eum secuta es,manifestum est,cur matrem reliqueris. Si postea repperisti, osten/
dis quid in matris hospitio non potueris inuenire. Durus dolor, & meo mucrone me uulne/
rans. Qui ambulat,inquit,simpliciter:ambulat confidenter. Facerem,si me non morderet con/
scientia,& in alijs meum crimen non reprehenderem:nec per trabem oculi mei alterius festu/
cam uiderem. Nunc autem cum inter fratres procul habitans: eorumqꝫ fruens contubernio,
honeste sub arbitris, & uideam raro, & uidear: impudentissimum est eius te uerecundiam

C non ſequi,cuius ſequeris exemplum. Quod ſi dixeris:Et mihi ſufficit conſcientia mea:habeo deum iudicem, qui meæ uitæ eſt teſtis: non curo,quid loquantur homines:Audi Apoſtolũ ſcribentẽ:Prouidentes bona:non ſolum coram deo,ſed etiam coram omnibus hominibus.Si quis te carpit,quod ſis Chriſtiana, quod ſis uirgo: non cures:quod ideo dimiſeris matrem,ut in monaſterio inter uirgines uiueres: Talis detractio laus tua eſt. Vbi nõ luxuria in puella dei,ſed duritia carpitur. Crudelitas iſta pietas eſt.Illũ em̃ præfers matri: quẽ præferre iuberis & animæ tuæ. Quem ſi & ipſa prætulerit, & filiam te ſentiet & ſororem. Quid igitur? ſcelus eſt ſancti uiri habere contubernium? Obtorto collo me in ius trahis:ut aut probem quod nolo,aut multorũ inuidiam ſubeam. Sanctus uir nunq̃ a matre filiam ſeiungit. Vtrãq; ſuſcipit,& utrãq; ueneratur.Sit quamlibet ſancta filia,mater uidua indicium caſtitatis eſt.Si coæuus tuus eſt ille neſcio quis:matrem tuã honoret ut ſuam. Si ſenior te,ut filiam diligat,& parẽtis ſubĩjciat diſciplinæ. Non expedit amborũ famæ,plus te illum amare q̃ matrẽ:ne non uideatur in te affectum elegere,ſed ætatem.Et hæc dicerem,ſi fratrem monachũ non haberes,ſi domeſticis careres præſidijs. Nunc uero prohdolor inter matrẽ atq; germanũ,& matrẽ uiduã,fratrem q; monachum: cur ſe alienus interſerit? Bonum quidem eſt,ut te & filiam noueris & ſororẽ.Si autem utrũq; nõ potes,& mater quaſi dura reſpuitur,ſaltem frater placeat.Si frater aſperior eſt,mollior ſit illa quæ genuit.Quid palles? quid æſtuas? quid uultum rubore ſuffundis? & trementibus labijs, impatientiam pectoris cõteſtaris? Non ſuperat amorem matris & fratris,niſi ſolius uxoris affectus. Audio præterea te ſuburbana rura,uillarũ amœnitates cũ affinibus atq; cognatis & iſtiuſmodi generis hominibus circũire.Nec dubito quin uel cõſobrina,uel ſoror ſit: in quarũ ſolatium, noui generis ducaris aſſecla.Abſit quippe,ut q̃uis proximi ſint & cognati,uirorum te ſuſpicet captare conſortia.Obſecro ergo te uirgo,ut mihi reſpondeas. Sola uadis in comitatu propinquorum:an cum amaſio tuo? Quãuis ſis impudens,ſæculariũ oculis eũ ingerere non audebis.
D Si em̃ hoc feceris,& te & illum familia uniuerſa cantabit. Vos cunctorum digiti denotabunt. Ipſa quoq; ſoror aut affinis ſiue cognata:quæ in adulationẽ tui ſanctum nõnũq̃ coram te uocant:cum ſe paululum auerterint,portentuoſum ridebunt maritum.Sin autem ſola ieris(quod & magis exiſtimo):utiq; inter ſeruos adoleſcẽtes,inter maritatas fœminas atq; nupturas,inter laſciuas puellas, & comatos linteatoſq; iuuenes,furuarũ ueſtium puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum,ſuſtentabit laſſam: & preſſis digitis, aut tentabitur, aut tentabit. Erit tibi inter uiros matronaſq; conuiuium: ſpectabis aliena oſcula,præguſtatos cibos.Et non abſq; ſcandalo tuo in alijs ſericas ueſtes,auratasq; miraberis.In ipſo quoq; cõuiuio ut ueſcaris carnibus,quaſi inuita cogeris. Vt uinũ bibas,dei laudabitur creatura. Vt laues balneis,ſordib⁹ detrahetur.Et om̃es te,cũ aliquid eorũ quæ ſuadent,ſi retrectans feceris, puram,ſimplicẽ,dominã,& uere ingenuã cõclamabũt.Perſonabit interim aliquis cantor ad mẽſam: & inter pſalmos dulci modulamine currentes:quoniã alienas non audebit uxores:te quæ cuſtodem nõ habes, ſepius reſpectabit.Loquetur nutibus,& quicquid metuit dicere, ſignificabit affectibus. Inter has tantas illecebras uoluptatũ:etiam ferreas mentes libido domat: quæ maiorẽ in uirginibus patitur famẽ,dum dulcius putat omne quod neſcit.Narrant gentilium fabulæ:cantibus ſirenarum nautas iſſe in ſaxa præcipites: & ad Orphei citharã,arbores beſtiaſq;,ac ſilicum dura mollita.Difficile inter epulas ſeruatur pudicitia.Nitens cutis,ſordidũ oſtendit animũ. Legimus in ſcholis pueri,& ſpirantia in plateis æra perſpeximus:aliquẽ oſſibus uix hærentẽ: illicitis arſiſſe amoribus:& ante uita caruiſſe q̃ peſte. Quid tu facies puella,ſani corporis,delicata, pinguis,rubens,æſtuans inter carnes,inter uina, & balneas, iuxta maritatas, iuxta adoleſcentulos? Quæ & ſi rogata non feceris:tamen deforme putes teſtimoniũ ſi rogeris.Libidinoſa mens ardẽtius honeſta perſequit̃:& quod non licet,dulcius ſuſpicatur. Veſtis ipſa uilis & pulla,animi tacentis indiciũ eſt:ſi rugam nõ habeat,ſi per terrã ut altior uidearis trahatur,ſi de induſtria diſſuta ſit tunica: ut aliquid intus appareat:operiatq; quod fœdũ eſt,& aperiat quod formoſum. Caliga quoq; ambulantis nigella ac nitens,ſtridore ad ſe iuuenes uocat.Papillæ faſciolis comprimuntur:& criſpanti cingulo,anguſtius pectus arctatur. Capilli,uel in frontem,uel in aures defluunt. Palliolum interdum cadit, ut candidos nudet humeros, & quaſi uideri noluerit, celat feſtinat:

quod uolens

A quod uolens detexerat. Et quãdo in publico quasi per uerecundiam operit faciem: lupanarium arte, id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest. Respondebis: Vnde me nosti? Et quomodo tam longe positus, iactas in me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narrauerũt lachrymæ, & intolerabiles per momenta singultus. Atq; utinam ille mentitus sit, & magis timens, hoc cq; arguens, dixerit. Sed mihi crede: nemo mentiens plorat. Dolet sibi prælatum iuuenem, non quidẽ comatũ, non uestiũ sericarũ: sed torosulũ, & in sordibus delicatũ: qui ipse sacculũ signet, textrinũ teneat, pensa distribuat, regat familiã, emat quicquid de publico necessariũ est: Dispensator & dñs, & præueniens officia seruulorũ: quẽ omnes rodant famuli: & quicquid dña non dederit, illũ clamitent subtraxisse. Querulũ seruulorũ genus est: & quantacũq; dederis, semper eis minus est. Nõ em̃ cõsyderãt de quãto, sed quantũ detur: doloreq; suũ solis (quod possunt) obtrectationibus cõsolantur. Ille parasitũ, iste impostorẽ: hic hæredipetã: alius nouo quolibet appellat uocabulo. Ipsum iactant assidere lectulo, obstetrices adhibere languẽti, portare matulã, calefacere lintea, plicare fasciolas. Facilius mala credũt homines: & quodcũq; domi fingitur, rumor in publicũ fit. Nec mireris, si ancillæ & seruuli de uobis ista confingant: cũ mater quoq; idipsum quæratur & frater. Fac igitur quod moneo, quod præcor: ut primũ matri, dehinc si id fieri non potest, saltẽ fratri recõcilieris. Aut si ista tam chara nomina hostiliter detestaris, diuidere ab eo, quẽ tuis diceris prætulisse. Si autẽ & hoc nõ potes, reuerere certe tuos. Si nõ potes desere, uel honestius sodali tuo utere. Separentur domus uestræ, diuidaturq; cõuiuiũ: ne maledici homines sub uno tectulo uos manentes, lectulũ quoq; criminẽtur habere cõmunẽ. Potes & ad necessitates tuas quale uoluisti habere solatiũ, & aliqua ex parte publica carere infamia. Quãcq; cauenda sit macula, quæ nullo nitro secundũ Hieremiã: nulla fullonũ herba elui potest. Quando uis ut te uideat & inuisat, adhibe arbitros, amicos, liberos, seruulos. Bona cõscientia nullius oculos fugit. Intret intrepidus, securus exeat. Taciti oculi, & sermo silens, & totius corporis habitus, uel trepidationẽ interdũ, uel securitatẽ loquũtur. Aperi quæso aures tuas, & clamorẽ totius
B ciuitatis exaudi. Iam perdidistis uestra uocabula, & mutuo ex uobis cognomina suscepistis: tu illius diceris, & ille tuus. Hæc mater audit & frater: paratiq; sunt, & precantur uos sibi diuidere, & priuatã uestræ cõiunctionis infamiã laudem facere cõmunem. Tu esto cum matre, sit ille cum fratre. Audentius diliges sodalem fratris tui, honestius amabit mater amicum filiiq; filiæ suæ. Quod si nolueris, si mea monita rugata fronte cõtẽpseris, epistola tibi hæc uoce libera ꝓclamabit: Quid alienum seruũ obsides? Quid ministrũ Christi famulũ tibi facis? Respice ad populum: singulorũ facies intuere. Ille in ecclesia legit, in te aspiciunt uniuersi: nisi quod pene licentiæ cõiugali de tua infamia gloriaris. Nec iam secreto dedecore potes esse cõtenta. Procacitatẽ libertatẽ uocas. Facies meretricis facta est tibi: nescis erubescere. Iterũ me malignũ: iterũ suspitiosum & rumigerulũ clamitas. Ego ne suspitiosus? ego ne maliuolus? qui ut in principio epistolæ præfatus sum: ideo scripsi, quia non suspicabar. An tu negligẽs, dissoluta, cõtemptrix: quæ annos nata uiginti quinq; adolescentẽ necdũ bene barbatulũ: ita brachijs tuis, quasi cassibus includisti? Optimũ reuera pedagogum, qui te moneat, qui asperitate frontis terreat. Et cq;cq; in nullis ætatibus libido sit tuta: tamẽ uel cano capite, ab aperta defendit ignominia. Veniet, ueniet tẽpus, dies em̃ allabit' dũ ignoras, & iste formosulus tu⁹ (quia cito senescũt mulieres, maxime quæ iuxta uiros sunt) uel ditiorẽ reperiet uel iuniorẽ. Tũc te pœnitebit cõsilij tui: & tedebit pertinaciæ, quãdo & rem & famã amiseris: quãdo quod male iunctũ fuerat, diuidet' bene. Nisi forte secura es, & coalescente tãti tẽporis charitate, dissidiũ non uereris. Tu quoq; mater quæ ꝓpter ætatem maledicta non metuis, noli sic uindicare ut pecces. Magis a te discat filia separari, cq; tu ab illa seiungi. Habes filiũ & filiã & generũ, imo & cõturbernalẽ filiæ tuæ. Quid quæris aliena solatia, & ignes iam sopitos suscitas? Honestius est tibi saltẽ culpã filiæ sustentare, cq; occasionẽ tuæ quærere. Sit tecũ filius monachus, pietatis uiduitatisq; præsidiũ. Quid tibi alienum hominem quæris: in ea præsertim domo: quæ filium & filiam capere non potuit? Eius iam ætatis es, ut possis nepotes habere ex filia, Inuita ad te utrũq;. Reuertatur cum uiro, quæ sola exierat. Virum dixi, non maritum. Nemo calumnietur. Sexum significare uolui, non coniugium. Aut si erubescit & retractat, & domum in qua nata est arbitratur angustam, uos ad eius hospi-

tiolum

C tium pergite: quamuis arctum sit: facilius matrem & fratrem capere potest q̃ hominem alie-
num, cum quo certe in domo una sine cubiculo, casta manere non poterat. Sint in una do
mo duæ fœminæ, & duo masculi. Si autem & tertius ille γηροβόσκος tuus, abire non uult, & se-
ditiones ac turbas concitat, sit biga, sit triga, frater uester ac filius & sororem illi exhibebit & ma
trem. Alij uitriciũ & generũ uocitent: ille nutritium appellet & fratrem. Hæc ad breuem lucu-
bratiunculã celeri sermone dictaui, uolens desyderio postulantis satisfacere: & quasi ad schola-
sticam materiam me exercens. Eadem em̃ die mane pulsabat ostium, qua profecturus erat. Si-
mulq; ut ostenderem obtrectatoribus meis: quod & ego possem quicquid ueniret in buccam
dicere. Vnde & de scripturis pauca perstrinxi. Nec orationem meã (ut in cæteris libris facere soli
tus sum) illarum floribus texui. Extẽporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate
p̃fusa, ut notariorum manus lingua præcurreret: & signa ac furta uerborum uolubilitas sermo-
num obrueret. Quod idcirco dixi: ut qui non ignoscit ingenio, ignoscat uel tempori.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Diaconus quidã impostor fugiens maritum, cuius uitiauerat uxorem, episcopi sui litteris Hierony-
mo cõmendatus, uenerat in Bethlehem: simulans se uelle monachum fieri. Receptus est. Hic in ipsis sa-
cris locis ausus est uirginẽ quandam ad stuprum sollicitare. Deprehẽso & ueniam petenti, ignouit Hie-
ronymus. Is deinde passim cœpit obtrectare famæ sancti uiri. Admonet igitur eũ, ut ingressus monaste
rium aliquod, pœnitentiæ laboribus expiet sua cõmissa. Apparet hoc quoq; thema, declamatoria ratio-
ne tractatum ab Hieronymo.

SCHOLIA.

T solida plaga in flagella.) Locus est ex psalmo. 72. tametsi secus habet æditio uulgata, etiã
græcorum, Hebræi sic habẽt וּבְרִיא אוּלָם & firmum palatium. ¶ Si in uiridi ligno.) Verba
sunt Christi Lucæ uigesimo tertio. Se Christus uiride lignũ uocat, ut iuuenẽ & innoxiũ, &
uirtutũ frondibus uirẽtem. ¶ De ore tuo loquitur.) Id est, tuis uerbis. Nam ita sentis ut illi
loquuntur. Quidam codices habebant, choro pro ore. Locus autem est apud Malachiam, cap̃. tertio.
Qui comœdis.) Comœdi qui agunt comœdias. Lyrici uersus, qui ad lyram canuntur. Mimi, qui scri-
bunt uersus in scena repræsentandos. ¶ Et Lentulis.) Explicat quid dixerit mimis, quod Lentulus inter
primos celebris mimographus fuerit. Quædam exemplaria pro Lentulis, habebant clientulis, sed men
D dose. ¶ Nicolaus Antiochenus.) Hic unus ex septẽ primis diaconis fuit electus, ut habes in actis apo-
stolorũ. Cæterum pro neophytarum, & ophitarum, quas uoces in codicibus repperi, scribendum Nico
laitarum. Quorum meminit Augustinus in libro ad Quoduultdeum. Fit item mentio in decretis ponti
ficum. ¶ Nec mimus effingere.) Et carmẽ ipsum mimus uocatur, & scriptor, & histrio, qui pronũciat: a
uerbo μιμέω, quod est imitor, quod histriones etiam citra uocẽ aliquoties gesticulatione corporis quid-
uis representent. ¶ Et misericordiã sanguinis.) Locus hic ut deprauatus, diuersus habebatur in exem-
plaribus. Quædam habebãt: Et heminam sanguinis, ut intelligas minimũ sanguinis. Quædã misericor-
diam sanguinis, ut accipias uulgus his uerbis solere deprecari capitis periculũ. Ostendit em̃ uerba uul-
gi esse & inepta, non sua, cum adijcit, Vt tuis uerbis utar. ¶ Paratus libithynæ.) In omnibus, quæ quidẽ
uiderim exemplaribus habebatur, Paratus libidine. Sed refragantibus illis non sum ueritus mutare libi
thynæ. Sic em̃ mortem uocant poetæ. Hor. Nisi quod libithyna sacrauit. ¶ Vbi mare illud.) Ciceroni
mare tribuit, ob copiã. Demostheni torrentem, ob uim & impetum. ¶ Nec Attellanus.) Attellanus di-
citur obscœnarum fabularum obscœnus gesticulator, ut alibi dictum est. ¶ Dẽtes puluere teris.) Pului
sculum intellige, confectum ex aromatibus, quo olim delicati diuites purgabant dentes. ¶ Raros in ru-
benti caluaria.) Magis ridiculum erat, comendi capillitij studiosum esse, qui pauculos haberet pilos.
Addidit rubenti, uel quod bene pastus esset, uel quod caluis fere rubet caluaria. Porro digeris dixit p̃
disponis & ordinas. ¶ Mutas balneas.) Id est, subinde alia atq; alia adis balnea. Quarũ usus putat obsta
re ne syluescãt pili, & læue seruare corp⁹. Ita Persi⁹. Elixaq; nates labefactes forcipe adunca. Domũ suã
& hæreditatem.) Alluśit ad uerba Hieremiæ. capite duodecimo. Reliqui domũ meã, dimisi hæreditatẽ
meã, dedi dilectã &c. Iuxta Hiericho sanati sunt cæci. ¶ Si accitus ab eo, sordida.) Lucæ decimo octa-
uo, cap̃. legis cæcum accersitũ a Iesu: & ita sanatum. ¶ Et scies ubi fueris.) Quod ut cæci, sic & impij in
tenebris ambulent, nescientes in quãtis uersentur malis, nisi deus illis aperuerit oculos. ¶ Pertractet lu
minum tuorum.) Apud Matthæum, capite nono, Iesus tangit oculos cæcorum, atq; ita sanat. In terra
Naim.) Alluśit ad uocem Hebraicam, Naim em̃ sonat fluctum, siue cõmotionẽ. Est oppidũ ei⁹ nominis
in Iudæa, in quo Iesus suscitauit filium uiduæ. Apud græcos item σάλος undarũ motum & iactationem
significat a σαλεύομαι. Vnde poetæ mare salum uocant. ¶ Cũ Madianitide.) Historia est in libro Nume
rorũ cap̃. uigesimo quinto. Quidã codices habebant, sero hasta cõfigat. Quidam, ferro hastæ. Quidam
Syromastæ. ¶ Qui pluscq̃ Thamar.) Amnon uitiauit sororẽ suã Thamar, ut legim⁹ Regũ libro secũdo
cap̃. 13. At sacra uirgo pluscq̃ soror est. ¶ Versus in Absalom.) Nam is persequebatur Dauid patrẽ, a quo
tamẽ sic amabat, ut mortuũ defleuerit: Absalom fili mi, fili mi Absalom. ¶ Solemus mala dom⁹.) Iuxta
illud Iuuenalis. Dedecus ille domus sciet ultimus. ¶ Vt subantem & lasciuientem.) Subare est niti ad
coitũ. Horatius. Iãq; subando, tẽta cubilia, tectaq; rumpit. Vsus est hoc uerbo Plautus quoq;. Plæriq; co-
dices habebãt deprauatũ, pro subantẽ, sudantẽ. Inter Samnitas latrones.) Cũ his crebro pugnatũ est

a Romanis

A a Romanis. Nauigio te credis incauto.) Pro incauto quidã habebãt, intuto. Significat parũ tutã & incautã nauigationẽ, aut nauim minus tutã. ¶ Scenã operũ.) E Scena prodibant actores, q fabulã representabant. Vnde comœdiæ scenis distinguuntur. Etiam scenam umbram uocant. Illud aũt sentit, se uitã illius obscuram, in medium protulisse, & publicasse.

¶OBIVRGATIO GRAVIS IN SABINIANVM DIACONVM.

SAmuel quõdam lugebat Saulem, quia pœnituerat dñm, quod unxisset eũ regem super Israel. Et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: & quidẽ uoce flebili commonebat, dicens: Ne cum rursum uenero, humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditijs, quas gesserunt in impudicitia & fornicatione. Si hoc propheta & Apostolus nulla ipsi labe maculati, clæmenti in cunctos mente faciebant, quanto magis ego ipse peccator, in te debeo facere peccatore, qui non uis erigi post ruinam, nec oculos ad cœlum leuare: sed prodita patris substantia, porcorum siliquis delectaris: & superbiæ prærupta cõscendens, præceps laberis in profundũ? Deũ uentrẽ uis habere: pro Christo, seruis libidini, gloriaris in carne & cõfusione tua: & quasi pinguis hostia in mortem propriã saginaris, imitarisq; eorũ uitam: quorũ tormenta non metuis, ignorans, quoniam benignitas dei ad pœnitentiã te hortetur. Secundũ autẽ duritiam tuã & cor impœnitens, thesauriças tibi iram in die iræ. An idcirco induratur iuxta Pharaonem cor tuum, quia non statim percuteris, & differris diu ad pœnam? Et ille dilatus est: & decem plagas, non quasi ab irato deo, sed quasi a patre commonẽte sustinuit, donec in peruersum acta pœnitentia, populum quẽ dimiserat per deserta sequeretur: & ingredi auderet maria: per quæ sola doceri potuit, timori habendũ eum: cui etiam elementa seruiunt. Dixerat & ille: Non noui dñm, neq; dimitto Israel. Quem tu imitans loqueris: Visio quã hic uidet, in dies longos est, & in tẽpora longa iste prophetat. Propter quod dicit idem propheta. Hæc dicit Adonai dñs: Non prolongabũtur amplius omnes sermones mei, quoscũq; loquar: quia loquar uerbum & faciam. Sanctus Dauid de impijs & de scelestis dicit: quorum tu pars non modica, sed princeps es: quod sæculi felicitate fruerentur & dicerent: Quomodo cognouit deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abũdantes in sæculo obtinuerunt diuitias: pene lapso pede & fluctuanti uestigio causabatur, dicens: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Præmiserat eñ, quia æmulatus sum super iniqua agentes, pacem peccatorũ uidens: quia non est respectus morti eorum, & solida plaga in flagella eorũ. In laboribus hominũ nõ sunt, & cũ hoibus non flagellabũtur. Propterea tenuit eos superbia, circũdati sunt iniquitate & impietate sua. Egredietᷓ sicut ex adipe iniquitas eorũ: transierunt in affectũ cordis. Cogitauerũt, & locuti sunt mala, iniquitatẽ in excelso locuti sunt. Posuerũt in cœlũ os suũ, & lingua eorũ ptransijt super terrã. Nõne tibi uidetur de te oñis psalmus esse cõpositus? Vegeto quippe es corpore, & nouus antichristi Apostolus, cũ in una notus fueris ciuitate, trãsgrederis ad aliã. Nõ indiges sumptibus, non plaga forti peraueteris. Et cũ hoibus, qui nõ sunt ut tu irrationabilia iumenta, corripi nõ mereris. Propterea elatus es in superbiã, & uestimentum tuũ fœdat luxuria: & quasi ex aruina pingui & quodã adipe eructãs uerba mortifera, nõ te respicis esse moriturũ: nec unq̃ post expletã libidinem pœnitentia remorderis. Trãsisti in affectũ cordis: & ne tibi solus uidearis errasse, simulas nefanda de seruis dei, nescies qd iniqtatẽ in altũ loquaris, & ponas in cœlũ os tuũ. Nec mirũ si a te q̃lescũq; serui dei blasphemẽtur: cũ patrẽfamilias beelçebub uocauerint patres tui. Nõ est discipulus supra magistrũ, nec seruus supra dñm suũ. Si illi in uiridi ligno tãta fecerũt, tu in me arido ligno quid facturus es? Tale quid & in Malachia plæbs scandaliçata credentium, de ore tuo loquitᷓ. Dixerũt: uanus est qui seruit deo. Et qd plus? quia custodiuimus mãdata eius, & quoniã iuimus supplicantes ante faciẽ dei omnipotẽtis. Et nũc nos beatos dicimus alienos. Reædificantᷓ oẽs, qui faciũt iniqua. Aduersati sunt deo, & salui facti sunt. Quibus postea diẽ iudicij dñs cõminatur, & quid inter iustum & iniustum futurum sit, multo ante prænuncians ait: Et conuertimini: & uidebitis quid sit inter iustum, & iniustum: inter seruientem domino, & non seruientem domino. Hæc tibi ridicula forte uideantur, qui comœdis & lyricis scriptoribus, mimis & lentulis

C lentulis delectaris, ꝯꝯ ne iſta tibi quidem præ nimia cordis hebetudine intelligenda con/ ceſſerim. Prophetarum uerba contemnas: ſed reſpondebit Amos: Et in tribus & in qua/ tuor impietatibus, nonne auerſabor eum dicit dominus? Quoniam enim Damaſcus, Ga/ ça, Tyrus, Idumæa, Ammonitæ, & Moabitæ, Iudæi quoq; & Iſrael ſæpe ad ſe dei uatici/ nio deſtinato, ut agerent aliquando pœnitentiam, audire contempſerunt: iræ ſuæ quam illa/ turus eſt dñs cauſas iuſtiſſimas profert, dicens: In tribus & quatuor impietatibus nõne auerſa bor eos? Sceleratũ eſt (inquit) mala cogitare: cõceſſi. Nequius eſt male cogitata uelle ꝓficere: & hoc pro mea miſericordia benignus indulſi. Nunquid & opere implendum peccatum fuit? & mea ſuperbe calcanda clæmentia? Tamen & poſt factum: quia malo pœnitentiam peccatoris ꝯꝯ mortem (Non eñ ſani opus habent medico, ſed male habentes): iacenti manũ porrigo: & conſperſum in ſanguine ſuo, ut proprijs fletibus lauetur exhortor. Quod ſi nec ſic pœnitentiã uult agere: & fracto nauigio tabulam per quam ſaluari poterat, non retentat, cogor dicere: Sup tribus & quatuor impietatibus: nonne auerſabor eum dicit dñs? Auerſionem ducens pro pœ/ na, dum ſuæ peccator relinquitur uoluntati. Inde eſt quod peccata patrum in tertiam & quartã generationem reſtituit: dum non uult ſtatim punire peccantes: Sed ignoſcens primis, poſtre/ ma condemnat. Alioqui ſi protinus ſcelerum ultor exiſteret: & multos alios, & certe Paulum apoſtolum eccleſiæ non haberent. Eçechiel propheta cuius ſupra fecimus mentionem, dei uer/ bum ad ſe factum referens ait: Aperi os tuum, & manduca quæ ego dabo tibi. Et uidi, inquit, & ecce manus extenta ad me, & in ipſa uolumen libri. Et reuoluit illud in conſpectu meo: & in ipo ſcriptum erat, a facie & retrorſum, lamentum & carmen, & uæ. Prima ſcriptura ad te pertinet: ſi tamen uolueris agere pœnitentiam poſt delictum. Secunda ad ſanctos, qui ad dei canticum prouocãtur. Nõ eſt eñ pulchra laudatio in ore peccatoris. Tertia ad tui ſimiles: qui deſperãtes; ſemetipſos tradiderunt immundiciæ, & fornicationi, & uentri & his quæ infra uentrem ſunt: q
D putant omnia morte finiri: & nihil eſſe poſt mortem, & dicunt: Tempeſtas ſi tranſierit, non ue/ niet ſuper nos. Liber ille, quem propheta deuorat, omnis ſeries ſcripturarũ eſt. In quibus & pœ/ nitens plangitur, & iuſtus canitur: & maledicitur deſperans. Nihil ita repugnat deo, ꝯꝯ cor im/ pœnitens. Solũ crimen eſt, quod ueniã cõſequi nõ poteſt. Si enim ei ignoſcitur poſt peccatum, qui peccare deſiſtit: & ille flectit iudicem qui rogat: impœnitens autem omnis ad iracundiã pro uocat iudicantem: ſolum deſperationis crimen eſt, quod mederi nequeat. Porro ut ſcias deum quotidie peccatores ad pœnitentiam prouocare: qui ſi rigidi perſtiterint, de clæmẽte eum ſeue rum & trucem faciunt: Audi Eſaiæ uerba dicentis: Et uocabit, inquit, domin⁹ Sabaoth in die illa ad fletum, & planctum magnum, & decaluationem, & accinctionem ciliciorum. Ipſi uero fecerũt læticiam & exultationem, mactantes uitulos, & immolantes oues, ut comederent carnes, & bibe rent uinum, dicentes: Manducemus & bibamus, cras eñ moriemur. Poſt quas uoces & perditæ mentis audaciam, ſcriptura cõmemorat, dicẽs: Et reuelata ſunt hæc in auribus domini Sabaoth, non remittetur uobis hoc peccatum, donec moriamini. Si eñ peccato mortui fuerint: tunc eis re mittetur peccatum. Quod ꝯdiu in peccato uixerint, non dimittitur. Parce quæſo animæ tuæ. Crede dei filium futurum eſſe iudicem. Recordare a quo epiſcopo diaconus ordinatus ſis. Nec mirum ꝯuis ſanctum hominem: tamen in homine deligẽdo potuiſſe falli: cum & deum pœni/ teat, quod Saul in regẽ unxerit: Et in duodecim apoſtolis Iudas ſit proditor repert⁹: & de quon dam ordinis tui hominibus Nicolaus Antiochenus, immundiciarum omnium, & Nicolaitarũ hæreſæos author extitiſſe referatur. Nõ tibi illa nũc replico: quod plures uirgines ſtupraſſe nar/ reris: quod a te nobilium uiolata matrimonia, publico cæſa ſint gladio: quod per lupanaria im/ purus, & helluo cucurriſti. Magna quidem iſta ſunt pondere ſuo, ſed fiunt eorum quæ illaturus ſum comparatione leuiora. Rogo quãtum crimen eſt, ubi ſtuprum & adulterium parum eſt? Infeliciſſime mortalium: tu ſpeluncam illam, in qua dei filius natus eſt, & ueritas de terra orta eſt: & terra dedit fructum ſuum, de ſtupro condicturus ingrederis. Non times, ne de præſepi infans uagiat, ne puerpera uirgo te uideat, ne mater domini contempletur? Angeli clamant, pa/ ſtores currunt, ſtella deſuper rutilat, Magi adorant, Herodes terretur, Hieroſolyma cõturbat: & tu cubiculum uirginis, decepturus uirginem irrepis? Paueo miſer, & tam mente, ꝯ corpore

perhorreſco

A perhorresco:ponere tibi uolens ante oculos tuos, opus tuum. Tota ecclesia nocturnis uigilijs Christum dñm personabat:& in diuersarum gentium linguis,unus in laudibus dei spiritus cō/cinebat. Tu inter ostia quondam præsepis dñi,nunc altaris,amatorias epistolas fulciebas:quas postea illa miserabilis,quasi flexo adoratura genu, inueniret & legeret. Et stabas deinceps in choro psallentium:& impudicis nutibus loquebaris. Prohnefas,nō possum ultra progredi. Prorumpunt lachrymæ antecp̄ uerba,& indignatione pariter ac dolore,in ipso meatu faucium spiritus coartat. Vbi mare illud æloquētiæ Tullianæ? Vbi torrēs fluuius Demosthenis? Nūc ꝓfecto muti essetis ambo,& uestra lingua torpesceret. Inuēta est res:quā nulla æloquētia explicare queat. Rerpertū est facinus,quod nec Mimus fingere,nec Scurra ludere,nec Attellanus possit effari. Moris est in Aegypti & Syriæ monasterijs:ut tā uirgo cp̄ uidua,quæ se deo uouerint: & sæculo renunciātes oēs delitias sæculi conculcarint,crinē monasteriorū matribus offerant desecandū,non intecto postea contra Apostoli uoluntatē incessuræ capite,sed ligato pariter ac uelato. Nec hoc quispiam,præter tondentes nouit & tonsas:nisi quod quia ab omnibus fit,pene scitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob causam,de consuetudine uersum est in naturam: uel quia lauacrum non adeunt:uel quia oleum,nec capite,nec ore norunt:ne a paruis animalibus, quæ inter cutem & crinem gigni solent & cōcretis sordibus,opprimantur. Videamus igitur, tu uir bone inter ista quid feceris. Futuro matrimonio,in spelunca illa uenerabili,quasi quosdam obsides accipis capillos,sudariola infelicis,& cingulum dotale pignus deportas,iurans ei te nullam similiter amaturū. Deinde curris ad pastorū locum,& angelorum desuper strepitu concinente,in eadem uerba testaris. Nihil dico amplius,quod in oscula rueris,quod amplexatus sis. Totum quidem de te credi potest:sed ueneratio præsepis & cāpi non me sinunt plus credere,cp̄ te uoluntate tantū & animo corruisse. Miser:Nonne quando in spelunca cum uirgine stare cœpisti,caligauerunt oculi tui,lingua torpuit,conciderunt brachia,pectus intremuit,nutauit incessus? Post apostoli Petri Basilicam,in qua Christi flammeo consecrata est:post crucis & resurrectionis & ascensionis dominicæ sacramenta,in quibus rursum se in monasterio uicturam spoponderat: audes crinem accipere tecum noctibus dormituræ, quem Christo messuerat in

B spelunca? Deinde a uespere usq; mane fenestræ illius assides:& quia propter altitudinem, hærere uobis cominus non licebat,per funiculum,uel accipis aliquid,uel remittis. Vide quāta diligentia dñi fuerit,ut nūcp̄ domi uirginem,nisi in ecclesia uideris:& cum talem uterq; uestrū habuerit uoluntatem,nisi per fenestram nocte facultas uobis non fuerit colloquendi. Oriebatur tibi(ut postea didici) sol inuito. Exanguis,marcidus,pallidus,ut suspitione omni careres,euāgelium Christi,quasi diaconus lectitabas. Nos pallorem ieiunij putabamus:exangue os contra institutum ac morem tuum,quasi confectum uigilijs mirabamur. Iam tibi & scalæ per quas deponeres miserā parabantur,iam iter dispositū, decreta nauigia,condicta dies,fuga animo pertractata:& ecce angelus ille cubiculi Mariæ ianitor:cunarum domini custos,& infantis Christi gerulus:coram quo tanta faciebas,ipse te prodidit. O funestos oculos meos: o diem illum omni maledictione dignissimum: in quo epistolas illas quas hucusq; retinemus,consternata mente legi. Quæ ibi turpitudines? quæ blanditiæ? quanta de condicto stupro exultatio? Hæccine diaconum,non dicam loqui,sed scire potuisse? Vbi miser ista didicisti,qui in ecclesia te nutritū esse iactabas? Nisi quod in eisdem epistolis iuras te nuncp̄ pudicum,nuncp̄ fuisse diaconum. Si negare uolueris,manus tua te redarguet:ipsi apices proclamabūt. Habeto igitur interim lucrū sceleris:non possum tibi ingerere quæ scripsisti. Iaces itaq; aduolutus genubus meis, & misericordiam (ut tuis uerbis utar) sanguinis deprecaris. Et o te miserum: neglecto iudicio dei: me tantum quasi uindicem times. Ignoui fateor. Quid enim aliud possum tibi facere Christianus? Hortatus sum ut ageres pœnitentiam,& in cilicio & cinere uolutareris:ut solitudinem peteres,ut uiueres in monasterio:ut dei misericordiam iugibus lachrymis implorares. At tu bonæ spei columen,excetræ stimulis inflammatus,factus es mihi in arcum peruersum, & contra me conuitiorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum,uera dicens. Nō dolebo de maledictis. Quis enim nesciat,nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari? Hoc plango,quod te ipse non plāgis: quod te non sentis mortuum,quod quasi gladiator paratus libithynæ in proprium funus ornas ris. Amiciris

C ris. Amiciris linteis,digitos anulis oneras,dentes puluere teris,raros in rubenti caluaria digeris capillos,taurina ceruix toris adipeis intumescens:nec quia propter libidinem fracta est, inclinatur. Super hæc unguenta fragras,mutas balneas,& contra renascentes pilos pugnas:per forum ac plateas,nitidus ac politus amator incedis. Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere. Conuertere miser ad dñm: ut ad te dñs conuertatur. Age pœnitentiam,ut & ille agat pœnitentiam super oĩbus quæ locutus est malis,ut faceret tibi. Quid neglecto uulnere proprio alios niteris infamare? Quid me bene tibi & sedulo consulentem, quasi phreneticus morsu laceras? Esto,ego flagitiosus sim,ut uulgo iactitas,saltem mecum age pœnitentiam. Criminosus, ut simulas:imitare lachrymas criminosi. Num mea peccata uirtutes tuæ sunt? An malorum tuorũ putas solatium,si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lachrymæ:inter sericũ & linteamina,quibus tibi uideris fulgidus & formosus:intellige te nudum,conscissum,sordidatum,mendicantem. Nunc̃ est sera pœnitentia. Quamuis de Hierosolymis descenderis: & sis in itinere uulneratus:inde te Samaritanus impositum iumento:curandumc̃ ad stabulum referet. Sed & si mortuus iaces in sepulchro:tamen & fetentem dominus suscitabit. Imitare saltẽ cæcos illos,propter quos saluator dimittens domum suam & hæreditatem suam,Hiericho uenit. Sedentibus in tenebris & umbra mortis lux orta est eis. Qui postc̃ præterire dominum cognouissent,cœperunt clamare,dicentes: Fili Dauid miserere nostri. Poteris & tu uidere,si clames,si accitus ab eo sordida uestimenta proijcias. Cum conuersus ingemueris:tunc saluus eris, & tunc scies ubi fueris. Tangat modice cicatrices tuas,pertractet luminum quondam tuorum uestigia. Licet ab utero sic genitus sis,& in delictis conceperit te mater tua: asperget te hyssopo, & mundaberis:lauabit te,& super niuem dealbaberis. Quid incuruus terræ hæres: & totus in cœno iaces? Illa quam decem & octo annis satanas uinxerat:postc̃ a saluatore curata est, cœlũ erecta suspexit. Quod ad Cain dictũ est:tibi dictum puta:Peccasti,quiesce. Quid longius recedis a facie dei,& habitas in terra Naim? Quid totus in salo fluctuas,nec statuis supra petrã pedem tuum? Caue ne te Phinees cum Madianitide fornicantem sua hasta configat: qui plus
D c̃ Thamar uirginem frater & consanguineus polluisti:uersus in Absalom,occidere eum cupis, qui te rebellantem plangit & mortuum. Clamat contra te sanguis Nabuthæ,& uinea Ieçrael, hoc est seminis dei:quã in hortũ uoluptatis,& lasciuiæ holera conuertisti:dignam de te ultionẽ reposcit. Mittitur tibi Helias,tormentum & interitum nunciãs. Incuruare,& sacco uestire pauliſper:& de te poterit dicere deus: Vidisti,quia reueritus fuerit Achab a facie mea? Nõ supducã malitiam in diebus eius. Sed forte blandiris tibi,quod a tali episcopo diaconus ordinatus es. Iam superius dixi, nec patrem pro filio,nec filium pro patre puniri. Anima em̃ quæ peccauerit, ipsa morietur. Et Samuel habuit filios qui recesserunt a timore dei:& abierunt post auariciam & iniquitatem. Et Heli sacerdos sanctus fuit:sed habuit filios:qui(ut in Hebræorum uoluminibus legimus)fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo dei:& in similitudinem tui,impudenter sibi dei ministerium uendicabant. Vnde & locus tabernaculi ipse subuersus est: & ꝓpter uitia sacerdotum dei,sanctuarium destitutum est. Quãc̃ & ipse Heli dum est nimium lenis in filios,offendit deum. Tantumq; abest,ut te ualeat episcopi tui iusticia liberare:ut timẽdum sit, ne propter te de solio suo corruẽs,pereat insanabilis. Oça leuites arcam dñi,quã portare ipe debuerat,quasi ruentẽ sustentare uoluit,& percussus est. Quid de te futurũ putas:qui stantẽ arcã dñi præcipitare conatus es? Quãto magis episcopus qui te ordinauit ꝓbabilis est:tanto tu amplius detestandus, qui talẽ hominẽ fefellisti. Solemus mala dom⁹ nostræ scire nouissimi,ac liberorum & coniugum uitia,uicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis Italia. Vniuersi te stare ante altare Christi ingemiscebant. Nec tu tam callidus eras,ut prudenter tua uitia celares. Sic æstuabas,sic subantem te & lasciuientem huc atq; illuc rapiebat uoluptas:ut quasi quosdã triũphos,palmamq; uitiorũ de expletis libidinibus subleuares. Deniq; inter gladios barbari mariti,& mariti potentis excubias,impudicitiæ flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulteriũ facere,in qua sine iudice læsus uir se poterat ulcisci. Duceris ad hortulos:ad suburbana pertraheris:tam libere & insane te agis:ut absente marito uxorem te putes habere,non adulteram. Vnde per quosdam cuniculos dum illa tenetur, erumpis. Romam occultus ingrederis, latitas

inter

A inter Samnitas latrones:& ad primum mariti nuncium,quod nouus tibi ex alpibus Hannibal descendisset:nauigio te credis intuto. Tãta fugæ celeritas fuit:ut tempestatem terra duceres tutiorem. Venisti utcũq; Syriam:inde te uelle Hierosolymã transcendere:& seruiturum domino polliceris. Quis non susciperet eum,qui se monachum promittebat: præsertim ignorans tragœdias tuas:& episcopi tui cõmẽdatitias ad cæteros sacerdotes epistolas legens? At tu infelix trãsfigurabas te in angelum lucis:& minister Satanæ, ministrum iusticiæ simulabas. Sub uestitu ouium latebas lupus,& post adulterium hominis,adulter Christi esse cupiebas. Hæc idcirco retuli:ut totam tibi scenam operum tuorum,quasi in breui depingerem tabella:& gesta tua ante oculos tuos ponerem:ne misericordiam domini nimiamq; clæmentiam, materiam existimes delictorum: rursum crucifigens tibimetipsi filium dei:& ostentui habens, & non legens illud quod sequitur. Terra enim uenientem sæpe super se bibens imbrem: & generans herbam opportunam illis a quibus colitur,accipit benedictionem a domino. Proferens autem spinas & tribulos,reproba est & maledicto proxima:cuius consummatio sit in cõbustionem.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

VErcellæ,maritus quidam uxorem innoxiam detulerat adulterij: conijcitur in carcerẽ una cum iuuene,quem accusarat maritus,admouentur tormenta. Iuuenis impatiẽs, confessus est,quod non admiserat. Mulier constanter negauit. Vterq; damnatus ducitur ad supplicium:ille occiditur. Hæc sæpius icta uixit, demũ admoto iugulo mucrone, uisa est mori. Sublatum cadauer reuixit. Huic cum ad supplicium requireretur Euagrius, ab imperatore libertatẽ suis precibus impetrauit. Lusit in hac epistola diuus Hieronymus artificio scribẽdæ historiæ: & stilum iam scribendi desuetudine torpescentem,hac exercitatiuncula renouauit.

SCHOLIA.

B INgenij rubigo.) Cato contulit ingeniũ hoĩs cũ ferro:quod si exerceas,usu quidẽ nonnihil atteriẽ. Si nõ exerceas,magis cõsumiẽ rubigine. Pristini succesſit æloquij.) Nihil eñ citꝰ exarescit q̃ fons æloquẽtiæ. Et duriuscule geminã metaphorã in eadẽ cõplexꝰ est sententia,ferri &fontis. Nõ possibilitatẽ.) Græce magis dixit quã latine. Quãq̃ philosophis & Theologis hic sermo cõcediẽ τὸ δυνατὸν. Nec posse eũ uerba deficere.) Quidã codices habebant,eũ in uerbo deficere. Quidã,ei uerba deficere. Quidam, eum uerba deficere, quod postremum ego sane potissimum approbo: ut deficere uerba additus sit accusandi casus. Superonerãta nauim.) Quædã exemplaria scriptũ habebãt,onerariã nauim:quæ quidẽ posterior lectio mihi magis probatur. Siquidẽ onerarias naues uocant maiores illas oneribus uehendis paratas. Sunt enim & actuariæ. Porro plus est periculi si pereat nauis onusta mercibus. Vnde ea non solet,nisi perito nauclero committi. Scalmum in lacu.) Minores cymbæ, Scalmi uocantur. Euxini maris.) Idem Ponticum uocant,incipit a Bosporo Thracio,hoc undosius & feruentius,quod minus profundum,nec littora habet arenosa aut mollia,raras stationes. Vnde ob seuiciam & incommoditatem ἄξενον,id est, inhospitum dixerũt accolæ: deinde ominis causa dictum est,εὔξεινον, id est,bene hospitale. Et pulchre dixit credor, de re periculosa. Euanescentibus terris.) Sic eñ apparet procul intuentibus. Nam progresso,terræ condi uidentur & paulatim uideri desinunt. Cœlum undiq; & und.) Hemistichiũ est ex Aeneide Maronis. Nunc unda tenebris inhor.) Imitatus est illud Vergilianum. Et inhorruit unda tenebris. Nocte nimborum.) Alluſit ad illud Maronis. Olli cæruleus supra caput astitit imber. Noctem hyemẽq; ferens. Noctem uocat caliginem densissimam, & nocti simillimam. Spumei fluctus canes.) Vt lusit uerbis poeticis,id quod licet in historia nonnunq̃. Tumida malo.) Ob sinus uento distentos. Cursum prosequente.) Cursum uocat nauticum,quoties uelis impellitur nauis. Et spiritus, hoc est flatus si prosper est,cursum adiuuat. Ad optatos portus.) Venuste dixit æstus appulerit,hoc est ipse undarũ impetus,non ars mea. Et proprie nauis appellitur,siue appellit. Orationis anfractus.) In Euxino mari multi sunt littorum anfractus & flexus periculosi nautis. Persistit adhuc in metaphora. Facultatẽ forte.) Id est,intelliges mihi defuisse facultatẽ nõ uolũtatem. Quod conatꝰ sum, declarauí me uoluisse satisfacere:quod non sim assecutus,hinc est quia non potuerim. Vercellæ ligurum,) Ligures ea pars Italiæ in qua sunt lenuẽses, proximi alpibus Gallicis. Quondam mulierculam.) Ex hoc loco palam apparet adhuc ætate diui Hieronymi,adulterium capite solere puniri. Nunc magnatum lusus est. Et sæuitur passim in miseros fures. Cum nec Draconis leges,nec Romanæ,nec ullæ gentiliũ,nec ipse Mosaicæ leges simplex furtũ supplicio capitis uindicauerint. Sed auaricia nostra facit,ut usq; adeo simꝰ insensi furibus,& ideo magnum malum existimamus furtum,quia pecuniam summi boni loco ducimus. Compendio mortis.) Ad quam longior erat uia per cruciatus. Et interim tractat locum coniecturalẽ,a quæstionibus. Ille confessus est crimen,quod non admiserat,impatientia tormentorum. Illa mori maluit,q̃ de se mentiri. Non reliquit innoxiæ.) Nam illius confessio,quasi præiudiciũ erat mulieri. Rasuræ

C modicæ ſanguinem.) Quædam habebant exemplaria, Raſuræ modico ſanguine. Imbellem manū per cuſſor expauit.) Nonnulli codices ſic habebant, Aſperſit ſine bello imbellem manum. Sed mendoſe ni fallor. Cōiectio aſſcripſiſſe quempiam imbellem, id eſt, ſine bello: & interpretamentum ab alio redactū fuiſſe in contextum. Mucro delabitur.) Quidam habebant, debilitatur: ſed delabitur magis probo. Dum totas expedit uires.) Quidam habebant expetit: quidam, exerit. Exerit probo, ſed magis arridet expedit. Expedimus em̄ quod explicamus & promimus ad aliquid agēdum. Fibulam quæ Chlamydis.) Fibulis aſtringunt extremas oras ueſtium. Mire depinxit hunc carnificem, cum ſuo paludamēto, cū fibula aurea. Decentiſſima uero uſus eſt metaphora in mordebat oram, quod ueluti morſu aſtringat. Tertius ictus fruſtratus.) Fruſtratus paſſiue dixit pro fruſtra adactus. Sacramētum erat.) Habebat myſterium & ſignificationem diuini ternionis. Et ne parum eſſet.) Opinor legendum, Et ceu parum eſſet, hoc eſt quaſi parum eſſet. Corpori conderetur.) Condimus quod occultamus & abſcondimus. Ferrum infixum corpori, condi dicitur. Circa quorum Saraballa.) Saraballum Parthorum lingua, ueſtis genus eſt fluxæ. Vtitur hoc uerbo diuus Hieronymus in Danielem, capite tertio. Celerior curſu naturæ.) Hic locus uarie fuerat deprauat⁹. Quidā habebant: Et miſericordia dñi celerior matura nocte aduenit. Opinor ita legendū, Et miſericordia domini, celerior curſu naturæ nox aduenit: ut intelligas per miſericordiam dei factum, ut nox aduenire celerior q̄ ſolito naturæ curſu. Et o uere ius ſummum.) Hunc quoq; locum ſciolus aliquis deprauauerat. Sic em̄ mutatū erat, Et o uere ius ſummū, & ſumma lætitia. Non dubium eſt, quin ſcribendum ſit, Et o uere ſummum ius, ſumma malitia. Citat em̄ tritiſſimū illud adagium, Summū ius, ſumma malitia: quo ſignificatum eſt, nihil eſſe peius, q̄ ius nimis exacte ſeruatum. Expoſuimus copioſius in Chiliadibus noſtris. Ad Euagrij noſtri.) Huius humanitate ſignificauit ſe ſubleuatum fuiſſe, cum primum in Syriæ ſolitudines commigraſſet. Auxentium Mediolanis incubantem.) Significat hereſiarcham cui ſucceſſit Ambroſius, oppreſſum diligentia Euagrij. Romanum epiſcopum.) Vides apud ueteres non appellari ſummum, ſed Romanū. Verum hæc ipſe equidem.) Verſus ſunt ex Georgicis Maronis. Spatijs iniquis.) Hoc ſentit, ſibi non ſuppetere tempus, ad hæc omnia referenda.

D AD INNOCENTIVM DE MVLIERE SEPTIES ICTA.

Saepe a me Innocenti chariſſime poſtulaſti: ut de ei⁹rei miraculo, quæ noſtra ætate acciderat, non tacerem. Cūq; ego id uerecunde & uere, ut nunc experior, negarem: meq; aſſequi poſſe diffiderem, ſiue quia omnis ſermo hūanus inferior eſſet laude cœleſti: ſiue quia ocium quaſi quædā ingenij rubigo, paruulam licet facultatem, priſtini ſiccaſſet æloquij: tu econtrario aſſerebas, in dei rebus non poſſibilitatem inſpici debere, ſed animū: neq; poſſe eū uerba deficere, qui credidiſſet in uerbo. Quid igitur faciā? Quod implere non poſſum, negare nō audeo. Super onerariam nauem rudis uector imponor. Et homo qui necdum ſcalmum in lacu rexi, Euxini maris credor fragoribus. Nunc mihi euaneſcentibus terris, cœlum undiq;, & undiq; pontus: nunc unda tenebris inhorreſcens: & cæca nocte, nimborum ſpumei fluctus caneſcunt. Hortaris ut tumida malo uela ſuſpendam: rudentes explicem, clauum regam. Pareo iam iubenti: & quia charitas omnia poteſt, ſpiritu ſancto curſum p̄ ſequente confidam: habiturus in utraq; parte ſolatium. Si me ad optatos portus æſtus appulerit, gubernator putabor. Si inter aſperos orationis anfractus, impolitus ſermo ſubſtiterit: facultatem forſitan requires, uoluntatē certe flagitare nō poteris. Igit' Vercellæ Ligurū ciuitas haud procul a radicibus alpiū ſita, olim potens, nunc raro eſt habitatore ſemiruta. Hanc cū ex more conſularis inuiſeret, oblatam ſibi quādam mulierculam una cū adultero (nam hoc crimen maritus impegerat) pœnali carceris horrore circūdedit. Neq; multo poſt, cum liuidas carnes ungula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret ueritatem: infeliciſſimus iuuenis uolens compendio mortis longos cruciatus uitare: dum in ſuum mentitur ſanguinem, accuſauit alienum: ſoluſq; omnium miſer, merito iuſſus eſt percuti, qui non reliquit innoxiæ, unde poſſet negare. At uero mulier ſexu fortior ſuo, cum eculeus corpus extenderet: & ſordidas fœtore carceris manus poſt tergum uincula cohiberent: oculis quos tantum tortor alligare non poterat: ſuſpexit ad cœlum, & uolutis per ora lachrymis: Tu, inquit, teſtis es domine Ieſu: cui occultum nihil eſt: qui es ſcrutator renis & cordis: non ideo me negare uelle, ne peream, ſed ideo mentiri nolle, ne peccem. At tu miſer homo, ſi interire feſtinas: cur duos interimis innocentes? Equidē & ipſa cupio mori, cupio inuiſum hoc corpus exuere, ſed non quaſi adultera. Præſto iugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Non moritur, quiſquis uicturus occiditur. Igitur conſularis paſtis cruore luminibus, ut fera, quæ guſtatum ſemel

A semel sanguinem semper sitit: duplicari tormenta iubet: & seuum dentibus frendens, similem carnifici minitatus est pœnam: nisi confiteretur sexus infirmior, quod non poterat robur uirile reticere. Succurre domine Iesu: ad unum hominem tuum, complura sunt inuenta supplicia. Crines ligantur ad stipitem: & toto corpore ad eculeum fortius alligato, uicinus pedibus ignis apponitur: utrũq; latus carnifex fodit: nec papillis dantur inducię: immota mulier manet: & a dolore corporis spiritu separato: dum conscientię bono fruitur: uetuit circa se sæuire tormenta. Iudex crudelis, quasi superatus attollitur. Illa deum deprecatur: soluuntur membra compagibus. Illa oculos ad cœlum tendit: quasi de communi scelere alius confitetur. Illa pro confitente negat: & periclitans ipsa, alium uendicat periclitãtem. Vna interim uox est: Cæde, ure, lacera, non feci. Si dictis tollitur fides: ueniet dies, quæ hoc crimen diligenter discutiat: habeo iudicem meum. Iam lassus tortor suspirabat, ingemit: nec erat nouo uulneri locus. Iam uicta sæuitia, corpus quod laniarat horrebat. Extemplo ira excitus consularis: Quid miramini, inquit, circũstantes: si torqueri mulier mauult, cẽq; perire? Adulterium certe sine duobus committi non potuit: & esse credibilius reor: noxiam ream negare de scelere, cẽq; innocẽtem iuuenem confiteri. Patri igitur prolata in utrũq; sententia, damnatos carnifex trahit: totus ad spectaculum populus effunditur: ut prorsus quasi migrare ciuitas putaretur: stipatis proruens portis turba dẽsatur. Et quidem miserrimi iuuenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput, truncũq; in suo sanguine uolutatur cadauer. Postcẽq; uero ad fœminam uentum est, & flexis in terram poplitibus, super trementem ceruicem micans eleuatus est gladius: & exertam carnifex dexteram totis uiribus concitauit: ad primum corporis tactum stetit mucro letalis: & leuiter perstringens cutem, rasuræ modicæ sanguinem aspersit: imbellem manum percussor expauit: & uictam dexteram gladio marcescente miratus: in secundos impetus torquet. Languidus rursus in fœminam mucro delabitur: & quasi ferrum eam timeret attingere: circa ceruicem torpet innoxiam. Itaq; furens & anhelans lictor, paludamento in ceruicem retorto: dum totas expedit uires: fibulam quæ chlamydis mordebat oras, in humũ excussit: ignarusq; rei, ensem librabat in uulnus. En tibi ait mulier ex humero aurum ruit, collige multo quæsitum labore, ne pereat. Proh rogo
B quæ est ista securitas? Impendentẽ non timet mortem: lætatur percussa, carnifex pallet, oculi gladium non uidentes, fibulam uidẽt. Et ne parum esset, quod non formidabat interitum, præstat beneficium sæuienti. Iam igitur & tertium ictum sacramentum frustrauerat trinitatis. Iam speculator exterritus & non credens ferro, mucronem aptabat in iugulum: ut qui secare non poterat, saltem premente manu corpori conderetur. O oñibus res inaudita sæculis. Ad capulũ gladius reflectitur: & uelut dominum suum uictus aspiciens, confessus est se ferire non posse. Huc huc mihi trium exempla puerorum, qui inter frigidos flammarum globos hymnos ædidere, pfletibus: circa quorum saraballa sanctamq; cæsariem: innoxium lusit incẽdium. Huc beati Danielis reuocetur historia: iuxta quem adulantibus caudis, prædam suam leonum ora timuerunt. Nunc Susanna nobilis fide, omnium subeat mentibus: quæ iniquo damnata iudicio: spiritu sancto puerum replente, saluata est. Ecce non dispar in utraq; misericordia domini. Illa liberata per iudicem, ne iret ad gladium: hæc a iudice damnata, absoluta per gladium est. Tandem ergo ad fœminã uindicandã populus armatur. Omnis ætas, omnis sexus carnificẽ fugat: & cœtu in circulũ coeunte exclamat. Nõ credit pene unusquisq; quod uidet. Turbatur tali nuncio urbs propinqua: & tota lictorum turma glomeratur. E quibus medius: ad quem damnatorũ cura pertinebat erumpens: & caniciẽ immundã perfuso puluere turpans: Quin meũ, inquit, o ciues petitis caput? me illi uicarium datis? Si estis misericordes, si clæmentes estis, si uultis seruare damnatam: innocens certe perire non debeo. Quo fletu uulgi concussus est animus, mœstusq; se per oñes torpor insinuat: & mirum in modum uoluntate mutata: cum pietatis fuisset, quod ante defenderant: pietatis uisum est genus, ut paterentur occidi. Nouus igitur ensis: nouus percussor apponitur. Stat uictima: Christo tãtum fauente munita. Semel percussa concutitur: iterũ repetita quassatur: tertio uulnerata prosternitur. O diuinæ potentiæ sublimanda maiestas, quæ prius fuerat quarto percussa, nec læsa: ideo post paululum uisa est mori: ne pro ea periret innoxius. Clerici

C xius. Clerici quibus id officij erat, cruentũ linteo cadauer obuoluunt: & fossam humũ lapidibus construentes, ex more tumulum parant. Festinato sol cursu occasum petit: & misericordia dñi, celeriore cursu naturæ nox aduenit. Subito fœminæ palpitat pectus: & oculis quærentibus lumen, corpus animatur ad uitam. Iam spirat: iam uidet: iam subleuatur, & loquitur. Iam in illã potest uocem erumpere. Dominus auxiliator meus, nõ timebo quid faciat mihi homo. Anus interim quædam, quæ ecclesiæ sustentabatur opibus: debitum cœlo spiritum reddidit: & quasi de industria ordine currente rerum: uicarium tumulo corpus operitur. Dubia adhuc luce: in lictore diabolus occurrit: quærit cadauer occisæ, sepulchrum sibi monstrari petit: uiuere putat, quã mori potuisse miratur. Recens a clericis cespes ostenditur: & dudum superiecta humus, cũ his uocibus ingeritur flagitanti. Erue scilicet ossa iam condita. Infer nouum sepulchro bellum: & si hoc parum est, auibus ferisq; lanianda membra discerpe. Septies percussa, debet aliquid plus morte perpeti. Tali ergo inuidia carnifice cõfuso: clam domi mulier refocillatur. Et ne forte creber medici ad ecclesiam cõmeatus suspitionis panderet uiam: cum quibusdam uirginibus ad secretiorem uillulam secto crine trãsmittitur. Ibi paulatim uirili habitu uestemutata, in cicatricẽ uulnus obducitur. Et o uere ius summum, summa malicia: post tanta miracula adhuc sæuiunt leges. En quo me gestorum ordo pertraxit. Iam enim ad Euagrij nostri nomen perueniemus. Cuius ego pro Christo laborem, si arbitrer a me dici posse, non sapiam. Si penitus tacere uelim: uoce in gaudium erumpente non possim. Quis eñ ualeat digno canere præconio, Auxentiũ Mediolanis incubantem, huius excubijs sepultum, pene antecq; mortuum? Romanum episcopum iam pene factionis laqueis irretitum: & uicisse aduersarios, & nõ nocuisse superatis?

Verum hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis. Prætereo, atq; alijs post me memoranda relinquo. ¶ Præsentis tantũ rei fine contentus sum. Imperatorem de industria adit, precibus fatigat, merito lenit, sollicitudine promeret: ut redditam uitæ, redderet libertati.

¶ ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

D ¶ De ortu & uita obitu Pauli primi, sicuti putãt Eremitæ, & quomodo fuerit sepultus a diuo Antonio monacho. Tanta erat in exemplaribus uarietas, ut appareat Hieronymum sæpius idem argumentum alijs tractasse uerbis, aut alium exercendæ copiæ causa, hoc fecisse. Videtur & hoc Hieronymus exercitandi ingenij gratia lusisse.

¶ SCHOLIA.

AMathas uero &.) Tres celebrantur Antonij discipuli: Sarmata, Amathas & Macarius. Quorum Sarmata, a Saracenis incursantibus fuit interemptus. Quid non mortalia pectora cogis &c.) Carmen est ex Aeneide Maronis. Instabat crudelitas.) Nam religionis pretextu, sæuiebant in Christianos, & impij uocabantur, apud quos solos erat pietas. Furtiuæ monetæ.) Ad eundem usum paratũ fuisse putarim, quod hodie Cumis ostenditur antrum Sibyllæ. Olim signatæ uisebantur.) Nonnulli codices pro uisebantur scriptum habebant, cudebantur. Igitur adamato.) Festiuiter dixit adamato, cum sentiat eum loco delectatum. Cibum & uestimentum.) Nam fructum habet iucundissimum, quem palmulas, alij dactylos uocant, Et arbor est hirsuta frondibus. ¶ Quinq; carycis.) Ficos siccos carycas uocant. Etiam si postea græci carycas uocare cœperunt cibi genus, ex contusis carnibus confectum. Hippocentaurum.) Superne homines sunt, inferne equi: unde nomen inditum ἵππος equus, κέντρω stimulare. Plinius testatur huiusmodi monstrum Romam aliquoties allatum, spectaculi gratia. Nonnulli codices habebant, onocentaurum. Nonnulli, centaurũ. Frangens potius.) Id est, fragore quodã promens. Inter horrẽtia ora.) Hic locus habebatur diuersus in exemplaribus. Nec ulla lectio mihi faciebat satis. ¶ Offenso in lapidem pede.) Sic eñ legendum arbitror, cum hic locus uarie deprauatus haberetur. ¶ Talia perstabat.) Vt libenter diuus Hieronymus inserit uersus Vergilianos. ¶ Ex intestati bonis.) Iocatur, quod Paulus utpote pauperculus, intestatus decesserit, hoc est, non condito testamento. ¶ Qui sua patrimonia.) Pauperis est numerare pecus, ut inquit Ouidius. Et exilis domus est ubi non & multa supersunt: & fallunt dominos & prosunt furibus. ¶ Qui uno filo.) De margarito gẽma sentit, quod unico filo insuitur uesti, & tamẽ precium est multorum prediorum.

¶ VITA PAVLI EREMITAE.

ENter multos sæpe dubitatum est, a quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes: a beato Helia & Iohanne sumpsere principium. Quorum & Helias plus nobis uidetur fuisse, & monachus: & Iohannes ante

A nes ante prophetare cœpisse ꝙ natus est. Alij autem (in quam opinionem uulgus omne consentit)asserunt Antonium huius propositi fuisse caput: quod ex parte uerum est. Non em̃ tam ipse ante omnes fuit,ꝙ ab eo omniũ incitata sunt studia. Amathas uero & Macarius discipuli Antonij: quorũ superior magistri corpus sepeliuit: etiã nũc affirmant Paulũ quendã Thebæũ principẽ istius rei fuisse: quod nõ tam nomine,ꝙ opinione nos quoq; cõprobamus. Nonnulli & hæc & alia prout uoluntas tulit iactitant:subterraneo specu crinitũ calcaneotenus hominem fuisse:& multa quæ persequi ociosum est,incredibilia fingentes. Quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia uidetur. Igitur quia de Antonio tam Græco ꝙ Romano stilo diligẽter traditum est:pauca de Pauli principio & fine scribere dispo/sui:magis quia res omissa fuit,ꝙ fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate uixerit,& quas Satanæ pertulerit insidias, nulli hominũ compertũ habetur. Sub Decio & Valeriano p secutoribus,quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt: multas apud Aegyptum & Thebaidam ecclesias,tempestas sæua populata est. Voti tũc Christianis erat,pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens:animas cupiebat iugulare, non corpora. Et ut ipse,qui ab eo passus est, Cyprianus ait:uolentibus mori,non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat:duo memoriæ causa exempli subiecimus. Perseuerantem igitur in fide martyrem:& inter eculeos la minasq; uictorem,iussit melle perungi:& sub ardentissimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari:scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili ætate florentem:in amœnissimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus: & molli sibilo arborũ fo/lia uentus præstringeret:super extructum plumis lectum resupinari:& ne se inde posset excute re:blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis,meretrix speciosa
B ueniisset:cœpit delicatis stringere colla complexibus. Et,quod dictu quoq; scelus est, manibus attrectare uirilia:ut corpore in libidinem concitato,se uictrix impudica superiaceret. Quid age/ret miles Christi,& quo se uerteret nesciebat. Quem tormenta non uicerant, superabat uolu/ptas. Tandem cœlitus inspiratus:præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit:ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit. Per idem ergo tempus quo talia gere bantur apud inferiorem Thebaidam:cum sorore iam uiro tradita:post mortem amborum pa rentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim,litteris tam græ cis ꝙ Aegyptiacis apprime eruditus,mansueti animi,deum ualde amans. Et cum persecutio/nis procella detonaret:in uillam remotiorem & secretiorem secessit. Verum quid non morta/lia pectora cogis auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere uelle: quem celare debue/rat. Nõ illum uxoris lachrymæ,non cõmunio sanguinis,non spectans cuncta ex alto deus, ab scelere reuocauit. Ad hæc instabat crudelitas,quæ pietatẽ uidebat imitari. Quod ubi prudẽtissi mus adolescens intellexit: ad montium deserta confugiens: dum persecutionis finem præsto/laretur:necessitatem in uoluntatem uertit:ac paulatim progrediens:rursusq; subsistẽs, atq; hoc idem sæpius faciens:tandem repperit saxeum montem: Ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca:quæ lapide claudebat. Quo remoto(ut est cupiditas hominũ occulta cogno/scere)auidius explorans, animaduertit intus grãde uestibulum:quod aperto desuper cœlo,pa/tulis diffusa ramis uetus palma contexerat:fontem lucidissimum ostendens:cuius riuum tantũ modo foras erumpẽtem: statim modico foramine,eadem quæ genuerat aquas terra sorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incu/des & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ uisebantur. Hunc locum Aegyptiorum litteræ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse:ea tempestate qua Cleopatræ iunctus est Antonius. Igitur adamato(quasi quod a deo sibi offerretur)habitaculo,omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. Cibum & uestimentum ei palma præbebat. Quod ne cui im/possibile uideatur: Iesum testor & sanctos angelos eius in ea eremi parte quæ iuxta Syri/am Saracenis iungitur: uidisse me monachos: de quibus unus per triginta annos clausus,

C hordeaceo pane & lutulenta aqua uixit. Alter in ciſterna ueteri (quam gentili ſermone Syri cubam uocant) quinq; caricis per ſingulos dies ſuſtentabatur. Hæc igitur incredibilia eſſe uidebuntur his qui non crediderint: quia omnia poſſibilia ſunt credentibus. Sed ut ad id redeam, unde digreſſus ſum, cum iam centũ tredecim annos beatus Paulus uitam cœleſtem ageret in terris: & nonagenarius in alia ſolitudine Antonius moraretur (ut ipſe aſſerere ſolebat): hæc in mentem eius cogitatio incidit: nullum ultra ſe perfectum monachum in eremo conſediſſe. At illi per noctem quieſcenti reuelatum eſt eſſe alium ulterius multo ſe meliorem: ad quem uiſendũ deberet proficiſci. Illico erumpente luce: uenerabilis ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans: cœpit ire uelle quo neſciebat. Et iam media dies coquẽte deſup ſole feruebat: nec tamen a cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in deũ meũ, quia quod mihi ſeruo ſuo promiſit, oſtendet. Nec plura his, conſpicit hominem equo mixtũ: cui opinio poetarum hippocentauro uocabulum indidit. Quo uiſo, ſalutaris impreſſione ſigni, armat frontẽ. Et heus tu, inquit, quanam in parte hic ſeruus dei habitat? At ille barbarum neſcio quid infrendens, & frangens potius uerba, q̃ proloquens: inter horrentia ora, ſenis blandum quæſiuit æloquiũ. Et dexteræ protenſione manus, cupitũ indicat iter: & ſic patentes campos uolucri tranſmittẽs fuga, ex oculis mirantis euanuit. Verum hæc utrũ diabolus ad terrendum eum ſimulauerit: an (ut ſolet) eremus monſtruoſorũ animaliũ ferax iſtam quoq; gignat beſtiam, incertum habemus. Stupens itaq; Antonius, & de eo quod uiderat ſecum uoluens, ulterius progreditur. Nec mora, inter ſaxoſam conuallem haud grandem homunculũ uidet: aduncis naribus: fronte cornibus aſperata: cuius extrema pars corporis in caprarũ pedes deſinebat. Infractuſq; & hoc Antonius ſpectaculo, ſcutum fidei & loricam ſpei, ut bonus præliator arripuit. Nihilominus memoratũ animal, palmarum fructus eidem ad uiaticum quaſi pacis obſides afferebat. Quo cognito, gradũ preſſit Antonius: & quiſnam eſſet interrogans, hoc ab eo reſponſum accepit. Mortalis ego ſum, & unus ex accolis eremi: quos uario deluſa errore gentilitas, Faunos Satyroſq; & incubos uocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis cõmunem deũ depreceris, quẽ
D pro ſalute mundi ueniſſe cognouimus: & in uniuerſam terram exiit ſonus eius. Talia eo loquẽte, longæuus uiator ubertim faciem lachrymis rigabat: quas magnitudo lætitiæ, indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Chriſti gloria, & de interitu Satanæ. Simulq; admirans quod eius poſſet intelligere ſermonem, & baculo humum percutiens aiebat, Væ tibi Alexandria, quæ pro deo portenta ueneraris. Væ tibi ciuitas meretrix: in quã totius orbis dæmonia confluxere. Quid nunc dictura es? Beſtiæ Chriſtum loquuntur: & tu pro deo portenta ueneraris. Necdum uerba cõpleuerat: & quaſi pẽnigero uolatu, petulcum animal aufugit. Hoc ne cui q̃ ob incredulitatem ſcrupulũ moueat, ſub rege Conſtantino uniuerſo mundo teſte defendit. Nam Alexandriam iſtiuſmodi homo uiuus perductus, magnum populo ſpectaculũ præbuit: & poſtea cadauer exanime, ne calore æſtatis diſſiparetur ſale infuſum, Antiochiam ut ab imperatore uideret, allatum eſt. Sed ut propoſitũ pſequar, Antonius cœptam regionẽ pergebat: ferarum tantũ ueſtigia intuens, & eremi latam uaſtitatem. Quid ageret, quo uerteret gradum neſciebat. Iam altera effluxerat dies. Reſtabat unum, ut deſeri ſe a Chriſto non poſſe confideret. Pernox ſecundas in oratione exegit tenebras: & dubia adhuc luce, procul intuetur lupam ſitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere. Quã ſecutus oculis, & iuxta ſpeluncam cum fera abiiſſet accedens, intro cœpit aſpicere: nihil curioſitate proficiente, tenebris arcentibus uiſum. Verum (ut ſcriptura ait) Perfecta dilectio foras mittit timorem: Suſpenſo gradu & anhelitu tẽperato, callidus explorator ingreſſus: ac paulatim progrediens, ſæpiuſq; ſubſiſtens, ſonum aure captabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem procul lumen intuitus: dum auidius properat: offenſo in lapidẽ pede ſtrepitum concitauit. Poſt cuius ſonitum: beatus Paulus oſtium quod patebat occludens, ſera obfirmauit. Tunc uero Antonius pre foribus corruens, uſq; ad ſextam, & eo amplius horam, aditũ precabatur, dicẽs: Qui ſim, unde, cur uenerim noſti: Scio me nõ mereri cõſpectũ tuũ: tamen niſi uidero, nõ recedam. Qui beſtias recipis: hominẽ cur repellis? Quæſiui, & inueni. Pulſo, ut aperiat. Q d' ſi nõ impetro: hic moriar ante poſtes tuos: certe ſepelies, uel meũ ca-

dauer.

A dauer. Talia pstabat memorãs,fixusq; manebat. Ad quẽ respósum paucis ita reddidit he
ros. Nemo sic petit,ut minetur: nemo cum lachrymis iniuriã, uel calumniã facit.Et miraris si
nõ recipiam, cũ moriturus adueneris? Sic arridẽs Paulus patefecit ingressum.Quo aperto,dũ
in mutuos miscentur amplexus,proprijs se salutauere nominibus:gratiæ domino in commu/
ne referuntur. Et post sanctum osculum residens Paulus,cum Antonio ita exorsus est:En quẽ
tanto labore quæsisti,putridis senectute membris operit inculta canicies.En uides hominẽ,pul
uerem mox futurum. Verum quia charitas omnia sustentat: narra mihi quæso quomodo se
habeat humanum genus.An in antiquis urbibus noua tecta consurgant: quo mundus rega/
tur imperio:an supersint aliqui,qui dæmonum errore rapiantur.Inter has sermocinationes,su/
spiciunt alitem coruum in ramo arboris consedisse:qui inde leniter subuolabat,& integrum pa
nem ante ora mirantium deposuit. Post cuius abscessum: Eia,inquit, Paulus:dominus nobis
prandium misit,uere pius,uere misericors.Sexaginta iam anni sunt,quod accipio dimidij sem/
per panis fragmentum:uerum ad aduentum tuum, militibus suis duplicauit annonam. Igitur
domino gratiarum actione celebrata:super uitrei marginem fontis uterq; consedit. Hic uero,
quis frangeret panem,oborta contentio,pene diem duxit in uesperum. Paulus more cogebat
hospitij: Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit: ut apprehenso e regione
pane:dum ad se quisq; nititur:pars cuiq; sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ
in fonte prono ore libauerunt:& immolantes deo sacrificium laudis, noctem transegere uigi/
lijs.Cũq; iam esset terræ redditus dies:beatus Paulus ad Antonium sic locutus est.Olim te fra/
ter in istis regionibus habitare sciebam:olim te conseruum meum mihi promiserat deus. Sed
quia iam dormitionis tempus aduenit:& quod semper cupiebam,dissolui & esse cum Christo:
peracto cursu supereſt mihi corona iusticiæ:tu missus es a domino,qui humo corpusculũ meũ
tegas,imo terræ terram reddas. His Antonius auditis, flens & gemens ne se desereret, atq; ut
comitem talis itineris acciperet,precabatur.Et ille:Non debes,inquit,quærere quæ tua sunt, sed
quæ aliena.Expedit tibi sarcina carnis abiecta,agnum sequi.Sed & cæteris expedit fratribus:
B ut tuo adhuc instituantur exemplo.Quamobrem quæso perge,nisi molestum est & pallium,
quod tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluendũ corpusculũ meũ defer. Hoc autem bea/
tus Paulus rogauit, non quod magnopere curaret utrum tectum putresceret cadauer: an nu/
dum(quippe qui tanto temporis spatio,contextis palmarum folijs uestiebatur):sed ut a se re/
cedenti,mœror suæ mortis leuaretur.Stupefactus ergo Antonius,quod de Athanasio & pal/
lio eius audierat:quasi Christum in Paulo uidens,& in pectore eius deũ uenerans:ultra respõ/
dere nihil ausus est:sed cum silentio lachrymans,osculatis eius oculis manibusq;, ad monaste/
rium quod postea a Saracenis occupatũ est,regrediebatur.Neq; uero gressus sequebantur ani
mum.Sed cuius corpus inane ieiunijs,seniles etiam anni fregerant:tamen animo uincebat æta/
tem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cum
duo discipuli qui ei longo iam tẽpore ministrare cõsueuerant,occurrissent dicentes: Vbi tãdiu
moratus es pater? Respondit: Væ mihi peccatori qui falsi monachi nomen fero. Vidi Heliam,
uidi Iohannem in deserto,& uere uidi Paulum in paradiso.Et sic ore compresso,manu uerbe/
rans pectus ex cellula palliũ protulit.Rogantibusq; discipulis,ut plenius quidnã rei esset expo
neret:ait: Tempus tacendi,& tẽpus loquendi. Tunc egressus foras,& ne modicũ quidem cibi su
mẽs,per uiã qua uenerat regressus est:illũ sitiens,illũ uidere desyderans,illũ oculis ac mẽte con/
templans. Timebat em̃ quod euenit,ne se absente Christo debitum spiritũ redderet.Cũq; iam
dies alia illuxisset:& trium horarum spatio uiam remeauisset:uidit inter angelorum choros,in/
ter prophetarum & apostolorum populos,niueo candore Paulum fulgentem in sublime con/
scendere.Et statim in faciem suam procidens,fabulum capiti superiaciebat: ploransq; & eiulãs
aiebat,Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis? Tam tarde notus,tam cito recedis? Refe/
rebat postea beatus Antonius tanta se uelocitate,quod reliquum erat uiæ cucurrisse: ut instar
auis peruolasset. Nec immerito. Nã introgressus speluncam:uidit genubus complicatis,erecta
ceruice, extensisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse uiuere eum cre/
dens, pariter orabat. Postq; uero nulla(ut solebat)suspiria precantis audiuit, in flebile oscu/
lum ruẽs;

C Ium ruens: intellexit quod etiam cadauer ſancti, deum (cui omnia uiuunt) officioſo geſtu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore: hymnos quoq; & pſalmos de Chriſtiana traditione decantans, contriſtabatur Antonius, quod ſarculum quo terram foderet non haberet: fluctuanſq; uario mentis æſtu, & ſecum multa reputans, dicebat: Si ad monaſterium reuertar, tridui iter eſt. Si hic maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo, ut dignum eſt: iuxta bellatorem tuum Chriſte ruens extremum halitum fundam. Talia eo animo uoluente: ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes uolantibus per colla iubis, ferebantur. Quibus aſpectis exhorruit. Rurſuſq; ad deum referens mentem, quaſi columbas uideret, manſit intrepidus. Et illi quidem directo curſu, ad cadauer beati ſenis ſubſtiterunt: adulantibuſq; caudis circa eius pedes accubuere: fremitu ingenti rugientes, prorſus ut intelligeret eos plangere, quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus ſcalpere: arenamq; certatim egerentes: unius hominis capacem locum foderunt. Ac ſtatim quaſi mercedem pro opere poſtulantes, cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt: manus eius pedeſq; lingentes. At ille animaduertit benedictionem eos a ſe precari. Nec mora, in laudationem Chriſti effuſus: quod muta quoq; animalia deum eſſe ſentirēt, ait: Domine ſine cuius nutu, nec folium arboris defluit: nec unus paſſerum ad terram cadit: da illis ſicut tu ſcis. Et manu annuens eis, ut abirent imperauit. Cūq; illi receſſiſſent, ſancti corporis onere, ſeniles curuauit humeros. Et depoſito eo in foſſam: deſuper humum congregans: tumulum ex more compoſuit. Poſtēq; autem alia dies illuxit: ne quid pius hæres ex inteſtati bonis non poſſideret, tunicam eius ſibi uendicauit: quam in ſportarum modum de palmæ foliis ipſe ſibi contexuerat. Ac ſic ad monaſterium reuerſus: diſcipulis cuncta ex ordine replicauit: diebuſq; ſolēnibus Paſcæ & Pentecoſtes: ſemper Pauli tunica ueſtitus eſt. Libet in fine opuſculi eos interrogare, qui ſua patrimonia
D ignorant, qui domos marmoribus ueſtiunt: qui uno filo uillarum inſuunt prædia: huic ſeni nudo quid unq̄ defuit? Vos gemma bibitis, ille naturæ concauis manibus ſatisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne uiliſſimum quidem indumentum habuit mancipij ueſtri. Sed econtrario illi quidem pauperculo paradiſus patet: uos auratos gehenna ſuſcipiet. Ille ueſtem Chriſti nudus licet, tamen ſeruauit: uos ueſtiti ſericis, indumētum Chriſti perdidiſtis. Paulus uiliſſimo puluere coopertus iacet reſurrecturus in gloriam: uos operoſa ſaxi ſepulchra premunt cum ueſtris opibus arſuros. Parcite quæſo uobis, parcite ſaltē diuitijs, quas amatis. Cur & mortuos ueſtros auratis obuoluitis ueſtibus? Cur ambitio inter luctus lachrymaſq; nō ceſſat? An cadauera diuitum, niſi in ſerico putreſcere neſciunt? Obſecro quicūq; hæc legis: ut Hieronymi peccatoris memineris: cui ſi dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, cū regum purpuram cum pœnis ſuis.

ARGVMENTVM EPISTOLAE SEQVENTIS.

Paulus & Hilarion, diuerſo uitæ genere, parem aſſecuti ſunt laudem. Ille per omnem uitam latitauit, hoc ipſo notiſſimus, quod nulli notus fuerit. Hic dum huc & illuc diſcurrens fugitat famam: quo magis fugit hominū noticiam, hoc magis innotuit omnibus.

SCHOLIA.

POtuere attollere.) Magni refert a quo pingaris, aut a quo tua uita litteris ꝓdatur. Vel arietem.) Ita legis Danielis, capite octauo: Etenim aries ſtabat ante paludem. Quāq; ex his arietibus alterum interpretatur Darium auunculum Cyri, alterum Darium quē deuicit Alexander magnus. Vel pardū.) Pardum appellat Daniel, capite. 7. Poſt hæc, inquiens, aſpiciebā, & ecce alia beſtia quaſi pardus, & alas habebat quatuor ſup̄ ſe, & quatuor capita erant in beſtia. Porro regē hunc alatū pardum facit, quod incredibili celeritate mundū peragrarit. Cæterū p̄ quatuor capita, quatuor intelligi uult duces, q̄ ſuppreſſerūt Alexandrū, Ptolemæū, Seleucū, Philippū, Antigonū. Vel hircū caprarū.) De hirco meminit, capite. 8. Illud mirandum, hic Hieronymū ueluti dubitare, per quā harū beſtiarū ſignificatus ſit Alexander, cū illic interpretet̄ & Angelus & hic ipſe. Ad Achillis tumulum.) Is erat ſepultus in Troia, Cenotaphium erat in Cherroneſo. Achillis laudes extulit Homer⁹ in Iliade. Et Alexāder iā puer amabat pædagogū Leonidē, qui ſe Phœnicē appellare ſolitus eſt Philippū, Peleū. Nec tamē contigit Alexandro præco qualē optābat. Etenim cū Appellē nactus eſſet pictorē, ſtatuariū Lyſippum, ſummos artifices: Cherylum habuit malū poetā. Salaminæ Cypri.) Eſt em̄ in inſula Cypro metropolis Salamina, ſiue Salamis, de qua ſentit hoc loco. Locis cōmunib⁹.) Taxat eos q̄ laudāt nō ad fidē hiſtoriæ, ſed ad exēplū: quō Xenophon laudauit Cyrū, tametſi malū exēplar nobis ꝓpoſuit. Fauore magiſq;.) Ne quis putaret æmulatiōe factū, qd Hieronymus idē

A ronymus idē tractaret argumētū qđ tractauerat Epiphaniꝰ. Nā fauere uideť, q̄ abſoluit quod alius cœpit. Nec dñi ſaluatoris.) Hoc eſt qđ Chriſtꝰ ipſe teſtať in euāgelio: Cecinimꝰ uobis, & nō ſaltaſtis: planximꝰ, & nō luxiſtis. Scylleos canes.) Alluſit ad fabulā Scyllæ, quā poetæ fingūt pubetenꝰ cinctā canibꝰ ob latratū undaꝝ. Obturata aure.) Reſpexit ad fabulā Vlyſſis q̄ cera ſociorū aureis obturauit, ne cātu Sirenarū auocareť. ¶ Roſa de ſpinis.) Roſis apud priſcos, prima gloria fuit inter flores. Et tamē hæc in ſpinoſo naſciť frutice, foliꝭ etiā aculeatis. Circi furoribꝰ.) Romæ in circo agebātur certamina. Annotandū ab Hieronymo notari, quod hodie principes Chriſtiani preclarū in primis ac uere regiū putant, armatos haſtis inter ſe concurrere, magno periculo, nullo fructu. Quidam codices poſt hæc uerba, circi furoribus habebant, non artificis furia: quæ puto addita ab indocto quopiam, qui conatus ſit interpretari quid dixiſſet circi furores. ¶ Non arenæ ſanguine.) Siquidem in arena committebantur gladiatores: ſpectaculum homine prorſus indignum. Non Theatri luxuria.) Luxuriam dixit propter oſtentationem barbaricarū opum. De qua meminit & in epiſtolis Horatius. Vel exemplū, uel ſupplicium.) Supplicium, ſi puniti ſunt nocentes: exemplum, ſi emendati ſunt qui ſpectarunt. A Maioniа Gaçæ emporio.) Vel hinc apparet Maioniam fuiſſe littoralem, quod eam uocet emporium Gaçæ, uelut opportunam importationibus. Emporiū enim græcis eſt, quod nobis mercatus, ab importando. Ependyten.) ἐπενδύτης græcis dicitur intima ueſtis, quam intuſium, ſiue ſubuculam uocant latini. Vox quæ ſtatim hoc loco ſequebatur in codicibus, eraciaſten, in plæriſq; exemplaribus non habebatur, nec uideo quid ſibi uelit. Poſt ſolis occaſum.) Hoc erat antiquis ieiunium, nihil capere cibi toto die. Per ætatem peccare.) Nonnulli codices pro peccare habebant calcare. Cede manus.) Atrocem percuſſionem uocat cedem. Quidam habebāt ceſſione: opinor ſcriptum fuiſſe ceſione, per ſimplex, ſ. Per æſtus indagabo.) Non uideo quid hoc loco ſibi uelit indagabo, puto legendum, agam. Iacēs fortius.) Exemplo Moyſi, qui orando feliciſſime pugnauit. Iacentem uocat proſtratum & ſupplicem in oratiōe. Quod iunco & caryce.) Carex herba eſt agreſtis, ſed ſpinoſa cū iuncus ſit leuis & enodis. Lentis ſextarium.) Lens leguminis eſt genus uile & plæbeium. Sextarius menſuræ nomen. Eleutheropolitana.) Eleutheropolis ciuitas eſt Syriæ. Prefectus pretorio.) Nam erant & prefecti ærario, & prefecti urbis. Hemitritæo pariter.) Hic quidam non intelligentes hunc locum pro hemitritæo mutarant, & meriti, ſed prorſus ridicule. Siquidem ut clariſſime docet Cornelius celſus libro tertio, capꝰ. item tertio. Tertianæ febris duo ſunt genera: alterum quod eodem modo quo quartana & incipit & deſinit, nec aliud diſcrimen eſt, niſi quod unum tantum diem preſtat integrum, tertio recurrit. Alterum longe perniciоſius, quod tertio quidem die reuertitur, ex octo autem & quadraginta horis, fere ſex & triginta per acceſſionem occupat, interdum etiam uel minus uel plus: nec ex toto in remiſſiōe
B deſiſtit, ſed tantum leuior eſt morbus. Et ob id medici ἡμιτριταῖον appellarunt, quod imperfecta ſit tertiana, & propius ad quotidianam accedat. Gaçam & Marnas.) Marnas dei nomen eſt, uel dæmonis potius, qui illic colebatur: de quo dictum in ſuperioribus ſcholiꝭ. Rinocorure.) Quidam codices habebant Rinochæ: uerum utraq; lectio mendoſa eſt, legendum eſt autem Rhinocuraræ. Id eſt oppidum Aegypti, ſic appellatum, quod olim incolæ ſummas nares haberēt inciſas, id quod nunc uidemꝰ in equis quibuſdam. Author Stephanus. Propius ad ueram lectionem accedebāt, qui habebant Rinocorure. Si aſinos uinceret.) Nam horum eſt geſtare onera: hominis eſt ingenio ualere magis quam corpore. Meum Palæſtritam.) Palæſtra lucta, Palæſtrites luctator. Gaçarius Maramites.) Quidam habebant, çanamenus Manumites. In ſaxa dureſcentibus.) Simile quiddā uidemus in Britannia apud Londinū, Nempe limum marginis defluēte ſubinde aqua, paulatim in ſaxa dureſcere, manente tamen priſtina limi ſpecie. Perdit tactum.) Subaudi priſtinum. Non eſt idem tangenti, & tamen idem eſt aſpectui. Maleficum Chriſtianorū.) Maleficum uocat, non ſimpliciter eū qui male facit, ſed qui magicis & improbatis utitur artibus. Chriſtiani quondam laborarunt hac infamia, propter miraculorum nouitatem. Ad ſupplicium poſcunt.) Non admodum refert commemorare, q̄ uarie fuerit hic locus deprauatus. Verum collatis diuerſis deprauationibus, ita legendum eſſe deprehendimus: Porro furentes aduerſarij Hilarionem maleficum Chriſtianū ad ſupplicium poſcere. Indubitata ergo uictoria, & illis & multis retro Circenſibus, plurimis fidei occaſio fuit. Senſus eſt. Occaſiōe huius uictoriæ, plurimos ad fidem Chriſti fuiſſe conuerſos, non ſolum in illis ludis Circēſibus, qui tum agebātur, uerum etiam aliꝭ multis ordine ſecutis. Oppido uirginem dei.) Oppido hoc loco ni fallor aduerbium eſt, pro ualde: & deperire poſuit, pro adamare. Morituræ uirginitatis.) Vt eleganter luſit in uerbi metaphora. Sunt eñ apud medicos morituri hois indicia quædā: ita ſunt & uirginitatis. Perrexit Memphim.) De hac urbe Aegypti prodigioſiſſima memorātur ſuper illuſionibꝰ dæmonū & magorū oſtētis. Aeſculapij uatibꝰ.) Hij magicis incātamentis pollicebanť remedia morborū, quales ſunt hodie quoq; inter Chriſtianos, tā impudētes, ut auſint eiuſmodi promittere: & reperiūt tā ſtultos, ut credant illos poſſe præſtare Nō remediātis.) Remediari dixit pro mederi. Qđ uerbi, nō recordor uſq; legiſſe me: niſi quod hic eodē utiť aduerſus Iouinianū, addito ut hic quoq; facit, accuſandi caſu. Aeris Cyprij.) Genꝰ eſt æris, mollius & ad ſculpturā magis accōmodū. Qui licio & lamina.) Licia fila ſunt, quibus implicatur ſtamen. Ea detracta e ſtamine, putābāt in maleficijs efficaciam habere. Teſtis Vergilius. Et item Plinius oſtendit licium telæ detractum, & ſeptenis nodis alligari ſolitum, ſicut ad ſingulos nodos uiduam aliquam nominarent. Id exiſtimabant remedio eſſe morbis inguinum. Et lamina.) Vtraq; res mollis, filum & lamina cuprij æris; in quo magicæ imagines erant depictæ.

Signa

C ¶ Signa iubere perquiri.) Veluti deprehensurus an uera dixisset dæmon. Mirum est autem, quod hic de una uirgine narrat Hieronymus: sed ætate nostra rem uidimus multo prodigiosiorem, in frequenti uirginum monasterio, quod est in Hannonia, uulgo dictum Keynout. Ea res nō mediocriter torquebat humanissimum præsulem & uere patrem, episcopum Cameracensem Henricum, inter inclytos illos Berganæ stirpis heroas, tum natu maximum. Nam apud hunc id temporis admodum iuuenis uiuebā. Quæ gymnasia uir ille super hac re non consuluit? Quos nō adduxit, quos existimasset, uel eruditione pollere, uel sanctimonia? Nemo non stupefactus discessit. Nec prius extinctum est hoc malum, q̄ extinctis ad unam uirginibus, quæ fuerant a dæmone correptæ. ¶ Candidatus Constantij.) Candidatum uocat, quod ambiret apud imperatorem honorē militiæ. ¶ Rutilus coma.) Hinc Horatius. Nec fera cærulea domuit germania pube. ¶ Inter Saxones & Alemanos.) Hāc hodie uulgo nō Franciam, sed Franconiam appellant. Neq; em̄ accipi potest de Francia Galliarū, ea parte in qua sunt Parisij. ¶ Francam tantum & latinam.) Francam linguam appellat, eam quæ nunc est germanica. ¶ Non idioma.) ἴδιωμα græcis proprietas est. Habet uniuscuiusq; gentis sermo, nescio quid suū & peculiare. ¶ Bactrum camelum.) Addidit nomen gentis, quod illinc maximi mitterentur. Submissumq; caput.) Nam cameli natura sunt erecto & prælōgo collo. ¶ Et ad profectum animæ.) In nōnullis scriptum erat, pro affectu animi. ¶ Quamuis humilem.) Quamuis dixit, pro quantūuis, ut alias admonuimus. ¶ Cades.) Ea dicit Cades Barnæ. Est in deserto, cōiungitur ciuitati Petre in Arabia. ¶ Peruenit Pelusium.) Pelusium ciuitas in extremo Nili ostio oriētem uersus. Verum magis mihi placet, quod in alijs erat exēplaribus, Elusam. Ea ciuitas est nunc Palæstinæ quondam Arabiæ, teste Stephano. Nam Pelusium in Aegypto est. ¶ Ob Luciferū.) Quē & hesperū uocant. Hanc em̄ stellam, Veneris esse putant. ¶ Syra Barach.) Alij scriptum habebant Barecho. ¶ Lineam mitteret.) Id est, ut ducta linea circūscriberet locum extruēdæ ecclesiæ: quod olim in urbib⁹ quoq; cōdendis religiose fiebat. ¶ In mansionē poneret.) In alijs habebat, in māsionum ordine poneret. Mansiones autem uocat, ubi quiescitur in itinere. ¶ Vastitas & Iudiciū.) Sic habebant exemplaria permulta, sed palam est iustitium esse legendum. Iustitium autem est, quando diebus nefastis nihil agere publice licet. Hic longius transtulit, ad omnium rerum omissionem, & quasi publicum luctum. ¶ Id est post solis or.) Rursum interpretatur, quid sit ieiunium: nempe totum diem a cibis abstinere. Atq; id uocat habere uiaticum, non egere cibo. ¶ Qui dicitur Lychnos.) In nō nullis exemplaribus habebatur, Lith pro Lychnos. Et pro Theribatum Thabotum. ¶ Philemonem.) Plærisq; codices habebāt Philonem. ¶ Et Dromedis.) Dromadas uocat animal ad cursum idoneum, & hinc uocabulum. ¶ Preterea in sublimi.) Hic locus diuersus habebatur in exemplaribus. In quibusdam
D ita scriptum erat: Quasi per cochleam ascendentibus, ut arduæ ualde, duæ eiusdem mēsuræ cellulæ uidebātur. In alijs sic erat: Quasi per cochleam ascendentibus, ut arduo ualle adnisu, eiusdem mensura cellulæ uisebantur. ¶ Martyrium fabricaretur.) Martyrium appellat monumentum, aut sacellum martyri dicatū, ut Ἀνάκτορον & similia apud græcos. ¶ Plus minus.) Ita loquimur, incertum significantes utrū paulo plus fuerit, an paulo minus. ¶ Ad solas insulas.) Solas uocat desertas. Nam & locus solus dicitur, in quo nemo uersatur, ut apud Ouidium. Loca sola nocent, loca sola caueto. ¶ Ad extremū conuastatus.) Quidam hunc locum ita deprauarant: Commendatis fratribus ei, qui ei missa detulerat. At dubium nō est, quin scribendum sit conuasatis. Est enim conuasare in sarcinam componere, quod uelis asportare. Ita seruus ille Terentianus. Aliquid conuasassem & senis ultus essem iracundiam. ¶ Pachynum.) Sicilia tria habet promontoria, Pachynum, quod græciam spectat. Lilybeum quod Africam, Pelorū quod ad Italiam uergens, Scyllæ aduersum est. ¶ Audiuit Methonæ.) De Methona diximus in Epitaphio Paulæ. Quidam codices habebant, Methono. Habetur autem & huius nominis ciuitas in Arabia. ¶ Vilia populus scruta.) Alluſit ad illud Horatianum in epistolis. Vilia uendentem tunicato scruta popello. ¶ Boas uocāt.) Nimirum a græca uoce, βόας, quæ boues significat. ¶ Duobus haud paruis myoparonibus.) Myoparo siue ut græci Myoparon gen⁹ nauigij est, ad cursum & celeritatem paratū. ¶ Hinc inde fluct⁹ occurrerēt.) Est em̄ circa Maleam promontoriū periculosissima nauigatio, quod græco quoq; testatum est prouerbio. ¶ Nobilem carminibus.) Nam ipsam Venerē Paphiam appellāt, quod illic olim coleretur. ¶ Hoc Corion, hoc Lapithe.) Hæc nomina uarijs modis erant deprauata, ut cuiq; uenerat in mentem, ita mutata scriptura. Verum haud dubium est quin legendum sit, Curium & Lapethos, iuxta descriptionem Ptolemæi. Significat em̄ uniuersam insulam Cyprum, cuius præcipue sunt urbes quas recensuit, Salamina ad orientem, Paphos ad occidentem, Lapethus ad septentrionem, Curium ad meridiem. ¶ Quæ uocantur Buccolia.) Quasi dicas bubulcorum loca siue sedes. ¶ Tantos agonistas.) Sic habebant plærisq; codices. Alij pro Agonistas mutarant, quos desyderabat. Ego nō uideo qd hoc loco uelit, tāto, quasi uel maiores essent hi cæteris, uel plures. Vnde coniicio legēdum: pro tātos Agonistas, antagonistas, quod græcis significat aduersarium certaminis ἀνταγωνιστὴς. ¶ Vt diligenti custodia suspitionem oculis tolleret.) Sic habebant aliquot exemplaria. Verum ex alijs non minus, sed aliter depraua-tis, colligo legendum: Vt diligentis custodiæ suspitionem accolis tolleret: ut hic sit sensus, Eum ob id simulasse uelle commorari se in eo hortulo, ne alioqui ueniret in suspitionem accolis eius loci, quod tam diligenter obsideret & obseruaret sepulchrum.

VITA SANCTI HILARIONIS.

A SCripturus uitam beati Hilarionis:habitatorem eius inuoco ſpiritum ſanctum:ut qui illi uirtutes largitus eſt,mihi ad narrandas eas ſermonem tribuat: ut facta dictis exæquentur. Eorum em̃ qui fecere uirtutes(ut ait Criſpus)tanta habẽtur merita:quantũ ea uerbis potuere attollere prædara ingenia. Alexander magnus Macedo:quem uel arietem,uel pardum,uel hircum caprarum Daniel uocat:cum ad Achillis tumulũ peruenisſet,felicem te(ait)iuuenis,qui magno fruaris præcone meritorum:Homerum uidelicet ſignificans. Porro mihi tanti ac talis uiri conuerſatio, uitaq; dicenda eſt: ut Homerus quoq; ſi adeſſet,uel inuideret materiæ,uel ſuccumberet. Quãq; em̃ ſanctus Epiphanius Salaminæ Cypri epiſcopus,qui cum Hilarione plurimum uerſatus eſt,laudem eius breui epiſtola ſcripſerit, quæ uulgo legitur: tamẽ aliud eſt locis cõmunibus laudare defunctũ: aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius q̃ iniuria,cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum uoces contemnimus:qui olim detrahentes Paulo meo:nunc forte detrahent & Hilarioni:illum ſolitudinis calumniati:huic obĳcientes frequentiam: ut qui ſemper latuit,non fuiſſe:qui a multis uiſus eſt,uilis exiſtimetur. Fecerũt hoc & maiores eorum quõdam phariſæi: quibus nec Iohannis eremus ac ieiunium:nec domini ſaluatoris turbæ,cibi, potuſq; placuere. Verum deſtinato operi imponam manum,& Scylleos canes obturata aure tranſibo. Hilarion ortus uico Thabatha, qui circiter quinq; milia a Gaça urbe Paleſtinæ ad auſtrum ſitus eſt: cum haberet parentes idolis deditos: roſa(ut dicitur) de ſpinis floruit. A quibus miſſus Alexandriam, grammatico traditus eſt: ibiq; quantum illa patiebatur ætas,magna ingenĳ & morũ documenta præbuit:in breui charus omnibus & loquendi arte gnarus. Quodq; his maius eſt omnibus,credens in dominum Ieſum,non Circi furoribus,non arenæ ſanguine,nõ theatri luxuria delectabatur,ſed tota illi uoluntas in eccleſiæ erat congregatione. Audiens autẽ
B tunc celebre nomen Antonĳ,quod per oms̃ Aegypti populos ferebatur,incenſus uiſendi eius ſtudio,perrexit ad eremum. Et ſtatim ut eum uidit,mutato priſtino habitu,duobus fere menſibus iuxta eum manſit, contemplans ordinem uitæ eius morumq; grauitatem. Qz̃ creber in oratiõe,q̃ humilis in ſuſcipiendis fratribus,ſeuerus in corripiendis:alacer in exhortandis eſſet: & ut continentiam cibiq; eius aſperitatem,nulla unq̃ infirmitas frangeret. Porro frequentiam eorum,qui ad eum ob uarias paſſiones aut impetus dæmonum cõcurrebant: ultra non ferens, nec congruum eſſe ducens, pati in eremo populos ciuitatum:ſicq; ſibi magis incipiẽdum eſſe, ut cœpiſſet Antonius:illũ quaſi uirum fortem uictoriæ præmia accipere:ſe necdum militare cœpiſſe. Reuerſus eſt cum quibuſdam monachis ad patriam:& parentibus iam defunctis,partem ſubſtantiæ fratribus,partem pauperibus largitus eſt:nihil ſibi omnino reſeruãs:& timens illud de actibus apoſtolorum,Ananiæ & Sapphiræ, uel exẽplum,uel ſupplicium: maximeq; domini memor dicentis: Qui non renunciauerit omnibus quæ habet,non poteſt meus eſſe diſcipulus (erat autem tunc annorum quindecim):ſic nudus & armatus in Chriſto,ſolitudinẽ quæ in ſeptimo miliario a Maionia Gaçæ emporio per littus euntibus Aegyptũ ad leuam flectit̃, ingreſſus eſt. Cũq; eſſent cruenta latrocinĳs loca,& propinqui amiciq; eius imminens periculũ denunciarent:contempſit mortem,ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animũ: mirabantur ætatem:niſi quod flamma quædam pectoris & ſcintillæ fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ,delicatum corpus & tenue:& ad omnem iniuriam impatiens:quod leui uel frigore, uel æſtu poſſet affligi. Igitur ſacco tantum membra coopertus,& pelliceum habens ependyten: quem illi beatus Antonius proficiſcenti dederat: ſagumq; ruſticum,inter mare & paludẽ, uaſta & terribili ſolitudine fruebatur:quindecim tantum carycas poſt ſolis occaſum comedens: Et quia regio latrocinĳs infamis erat,nunq̃ in eodem loco manſitans. Quid faceret diabolus? quo ſe uerteret? Qui gloriebatur ante dicẽs: In cœlum aſcẽdam:ſuper ſydera cœli ponam thronum meum: & ero ſimilis altiſſimo: cernebat ſe uinci a puero: & prius ab eo calcatum fuiſſe, q̃ per ætatem calcare potuiſſet. Titillabat itaq; ſenſus eius,& pubeſcenti corpori, ſolita uoluptatum incẽdia ſuggerebat. Cogebatur tyrunculus Chriſti cogitare quod neſciebat:& eius rei animo pompam uoluere,cuius experimenta non nouerat. Iratus itaq; ſibi,& pectus pugnis uerbe

t rans,quaſi

C rans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere: Ego, inquit, asselle faciam, ut non calci/
tres: nec te hordeo alam, sed paleis. Fame te cõficiam & siti: graui onerabo pondere: per æstus in
dagabo & frigora: ut cibũ potius q̃ lasciuiam cogites. Herbarũ ergo succo & paucis carycis, post
triduum uel quadriduum deficientem animam sustentabat: orans frequenter, & psallens, &
rastro humum fodiens: ut ieiuniorum laborem, labor operis duplicaret: Simulq; fiscellas iun/
co texens: æmulabatur Aegyptiorum monachorum disciplinam: & apostoli sententiam dicen/
tis: Qui autem non operatur, non manducet: Sic attenuatus, & intantum exeso corpore, ut ossi
bus uix hæreret. ¶ Quadam nocte cœpit infantum audire uagitus, balatus pecorum, mugitus
boum, planctum quasi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus: & rursus uariarum por/
tenta uocum: ut ante sonitu q̃ aspectu territus cederet. Intellexit dæmonũ ludibria: & prouolu
tus genubus Christi, crucem signauit in fronte: taliq; armatus casside, & lorica fidei circũdatus,
iacens fortius præliabatur: amodo uidere desyderans, quos horrebat audire: & sollicitis oculis
huc illucq; circũspiciens. Cum interim ex improuiso, splendente luna, cernit rhedam feruẽtibus
equis super se irruere, Cũq; inclamasset Iesum: ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa
omnis absorpta est. Tunc ille ait: Equum & ascensorem proiecit in mare. Et, hi in curribus, & hi
in equis: nos autẽ in nomine dei nostri magnificabimur. ¶ Multæ sunt tentationes eius, & die
noctuq; uariæ dæmonũ insidiæ: quas si oẽs narrare uelim, modũ excedã uoluminis. Quoties il
li nudæ mulieres cubanti: quoties esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdũ orantẽ lupus
ululans, & uulpecula ganniens transiliuit: psallentiq; gladiatorũ pugna spectaculũ præbuit: &
unus quasi interfectus, & ante pedes eius corruens, sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in
terram capite, & ut natura fert hominũ, abducta ab oratiõe mens, nescio quid aliud cogitabat:
Insiliit dorso eius festinus gladiator: & latera calcibus, ceruicem flagello uerberans, Eia, inquit,
cur dormitas? cachinnansq; desup, cũ defecisset: an hordeũ uellet accipere, sciscitabat. ¶ Igit
D a sextodecimo usq; ad uicesimũ suæ ætatis annũ, æstus, & pluuias breui tuguriunculo declina/
uit: quod iunco & caryce texerat. Extructa deinceps breui cellula, quæ usq; hodie pmanet: lati/
tudine pedũ quatuor, altitudine pedũ quinq;: hoc est statura sua humiliore. Porro lõgitudine
paulo ampliore, q̃ ei⁹ corpusculũ patiebat, ut sepulchr̃ potius q̃ domũ crederes: capillũ semel
in anno die pascæ totondit. Super nudã humũ stratũq; iunceũ, usq; ad mortẽ cubitauit. Saccũ
quo semel fuerat indutus, nunc̃ lauans: & superfluum esse dicens, mundicitias in cilicio quæ
rere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoq; sanctas
memoriter tenens: post orationes & psalmos, quasi deo præsente recitabat. Et quia longum est
per diuersa tempora carptim ascensum eius ædicere: comprehẽdam breuiter: ante lectoris ocu
los uitam eius pariter exponens: & deinceps ad narrandi ordinem regrediar. ¶ Vicesimo pri/
mo anno usq; ad uicesimũ septimũ, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactũ aqua
frigida comedit: & alĩs tribus, panem aridum cum sale & aqua. Porro a uigesimo septimo usq;
ad tricesimũ, herbis agrestibus: & uirgultorũ quorundã radicibus crudis sustentatus est. A trice
simo autem primo usq; ad tricesimũ quintũ, sex uncias hordeacei panis, & coctum modice ho/
lus, absq; oleo in cibo habuit. Sentiens autẽ caligare oculos suos, & totũ corpus impetigine, &
pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem uictum adiecit oleum: & usq; ad sexage/
simũ tertiũ uitæ suæ annũ, hoc continentiæ cucurrit gradu: nihil extrinsecus aut pomorũ, aut le
guminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se uideret corpore defatigatum, & propinquam
putaret imminere mortem: a sexagesimo quarto anno, usq; ad octogesimũ, pane abstinuit, in/
credibili feruore mentis: ut eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem dñi: quo cæteri so
lent remissius uiuere. Fiebant autẽ ei de farina & cõminuto holere sorbitiunculæ: cibo & potu
uix quinq; uncias appendentibus: Sicq; complens ordinem uitæ, nunc̃ ante solis occasum, nec
in diebus festis, nec in grauissima ualetudine soluit ieiunium. Sed iam tempus est, ut ad ordinẽ
reuertamur. ¶ Cum habitaret adhuc in tuguriunculo annos natus decem & octo: latrones ad
eum nocte uenerunt: uel existimantes habere aliquid quod tollerent, uel in contemptũ sui re/
putantes fieri, si puer solitarius eorum impetus nõ pertimesceret. Itaq; inter mare & paludem,
a uespere usq; ad solis ortum discurrentes: nunc̃ locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Por/
ro clara

A ro clara luce reperto puero,quasi per iocum:Quid inquiunt faceres,si latrones ad te uenirent? Quibus ille respondit:Nudus,latrones nō timet.Et illi:certe aiunt occidi potes: possum,inquit, possum.Et ideo latrones non timeo,quia mori paratus sum.Tunc admirati cōstantiam eius & fidem,confessi sunt noctis errorem cæcatosq; oculos:correctiorem deinceps uitam pollicētes.

¶ Viginti & duos iam in solitudine habebat annos.Fama tantum notus omnibus:& per totas Palæstinæ uulgatus urbes,cum interim mulier quædam Eleutheropolitana cernens despectui se haberi a uiro ob sterilitatem(iam em̄ per annos quindecim,nullos coniugij fructus dederat):prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem: & nihil tale suspicanti,repente genubus eius aduoluta:ignosce(inquit)audaciæ: ignosce necessitati meæ. Quid auertis oculos? quid rogātem fugis? Noli mulierem aspicere,sed miseram. Hic sexus genuit saluatorem. Non habent sani opus medico,sed qui male habent.Tandē substitit,& post tantū temporis uisa muliere, interrogauit causam aduentus eius ac fletuum.Et postq; didicit: Leuatis ad cœlum oculis,fidere iussit:euntemq; lachrymis prosecutus,exacto anno uidit cum filio.¶ Hoc signorum eius principium: maius aliud signum nobilitauit. Aristæneta,Helpidij qui postea præfectus prætorio fuit uxor,ualde nobilis inter suos:& inter Christianos nobilior,reuertens cum marito & tribus liberis a beato Antonio,Gaçæ ,ppter eorum infirmitatem remorata est. Ibi em̄ siue ob corruptum aerem,siue(ut postea claruit),ppter gloriam Hilarionis serui dei,hemitritæo pariter arrepti,omnes a medicis desperati sunt.Iacebat ululans mater,& quasi inter tria filiorū discurrens cadauera:quem prius plangeret,nesciebat.Cognito autem quod esset quidam monachus in uicina solitudine:oblita matronalis pompæ: tantum se matrem nouerat,uadit comitata ancillulis & eunuchis. Vixq; a uiro persuasum est: ut asello sedens pergeret.Ad quē cum peruenisset: per ego te(ait)Iesum clæmentissimum deum nostrum, obtestor per crucem & sanguinem, ut reddas mihi treis filios: & glorificetur in urbe gentilium nomen domini saluatoris: & ingrediatur seruus eius Gaçam & Marnas corruat.Renuente illo & dicente nunq; se egressurum de cella:nec habere consuetudinem:ut non modo ciuitatem,sed ne uillulam quidē ingrederetur:
B prostrauit se humi crebro damitās:Hilarion serue Christi:redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Aegypto:a te seruētur in Syria.Flebant cuncti qui aderant, sed & ipse negans flebat.Quid multa? Nō prius mulier recessit, quā ille pollicitus est se post solis occasum Gaçam introiturum.Quo postq; uenit,singulorum lectulos & arentia membra consyderans,inuocauit Iesum.Et o mira uirtus,quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit: Eadem hora acceperunt cibos,lugentemq; matrem cognoscentes & benedicentes deum:sancti manus deosculati sunt. Quod postq; auditum est,& longe lateq; percrebuit:certatim ad eum de Syria & Aegypto cō fluebant:ita ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Necdum em̄ tunc monasteria erant in Palæstina:nec quisq; monachum ante sanctum Hilarionem in Syria nouerat.Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouincia fuit.Habebat dominus Iesus in Aegypto senem Antonium,habebat in Palæstina Hilarionem iuniorem.¶ Facidia uicus est Rinocoruræ urbis Aegypti.De hoc(sunt decem iam āni)cæca mulier adducta est ad beatum Hilarionem,oblataq; ei a fratribus(iam em̄ multi cum eo monachi erant)omnem se substantiam expendisse ait in medicos.Cui respondit:Si quæ in medicis perdidisti dedisses pauperibus:curasset te uerus medicus Iesus. Clamante autem illa,& misericordiam deprecante:expuit in oculos eius:statimq; saluatoris exemplum uirtus eadem prosecuta est.¶ Auriga quoq; Gaçensis in curru percussus a dæmone,totus obriguit:ita ut nec manum agitare,nec cer uicem posset reflectere.Delatus ergo in lecto,cum solam linguam moueret ad preces:audit nō prius posse sanari cē crederet in Iesum,& se sponderet arti pristinæ renunciaturū.Credidit,spopondit,sanatus est:Magisq; de animæ cē de corporis salute exultauit.Præterea fortissimus iuuenis nomine Mersitas de territorio Hierosolymæ,tātum sibi applaudebat in uiribus:ut quindecim frumenti modios diu longeq; portaret:& hanc haberet palmam fortitudinis suæ, si asinos uinceret.Hic afflictus pessimo dæmone,non catenas,non compedes,non clausta ostiorū integra patiebatur:multorū nasum & aures morsibus amputauerat.Horum pedes,illorum gulam fregerat:Tantumq; terrorem omnibus incusserat:ut oneratus catenis & funibus,in diuer-

C sa nitentium, quasi ferocissimus taurus ad monasterium pertraheretur: quem postq; fratres uidere perterriti (erat enim miræ magnitudinis): nunciauerũt patri. Ille sicut sedebat, iussit eum ad se pertrahi & dimitti. Soluto q; inclina (ait) caput & ueni. Tremere ille, & ceruicem flectere, nec aspicere contra ausus: omniq; ferocitate deposita, pedes cœpit sedentis lambere. Audiuratus itaq; dæmon & tortus qui iuuenem possederat, septima die egressus est. ¶ Sed nec illud tacẽdum est, quod Orionus uir primarius & ditissimus urbis Ailæ, quæ mari rubro imminet a legione possessus dæmonũ ad eũ adductus est. Manus, ceruix, latera, pedes ferro onerati erãt: furoriscq; sæuitiã, torui oculi minabãtur. Cũq; deambularet sanctus cum fratribus: & de scripturis nescio quid interpretaretur: ærupit ille de manibus se tenentiũ: & amplexus eum post tergũ, in sublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus: Timebant em̃ ne cõfecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus arridẽs: Sinite, inquit, & mihi meũ palæstritam dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu, caput eius tetigit: apprehensoq; crine ante pedes adduxit: stringens e regione ambas manus eius, & plantas utroq; calcans pede: simulq; ingeminans, torquere dæmonum turba. Cũq; ille eiularet, & reflexa ceruice terram uertice tangeret: Domine, inquit, Iesu solue miserum, solue captiuum. Vt unum, ita & plures uincere tuum est. Rem loquor inauditam: Ex uno hominis ore, diuersæ uoces: & quasi confusus populi clamor audiebatur. ¶ Curatus itaq; & hic, nõ post multũ temporis, cum uxore & liberis uenit ad monasterium, plurima, quasi gratiã redditurus, dona afferens. Cui sanctus. Nõ legisti (inquit) quid Gieçi, qd Simon passi sint: quorũ alter accepit precium, alter obtulit: ut ille uenderet gratiã spiritus sancti, hic mercaretur? Cũq; Orionus flens diceret: accipe & da pauperibus, Respondit, tu melius potes tua distribuere: qui per urbes ambulas, & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui: cur aliena appetam? Multis nomen pau-
D perum, occasio auariciæ est. Misericordia uero artẽ non habet. Nemo melius erogat, q; qui sibi nihil reseruat. Tristi autem & in terra iacenti: noli, inquit, contristari fili. Quod facio pro me, & pro te facio: Si em̃ hæc accepero: & ego offendã deũ, & ad te legio reuertet. ¶ Quis uero possit silentio p̃terire, quod Gaçanus Maramites, haud longe a monasterio eius lapides ad ædificandũ de ora maris cudens, totus paralysi dissolutus: & ab operis socijs delatus ad sanctũ, statim ad opus reuersus est? Etenim littus quod palæstinæ Aegypto q; prætenditur: per naturã molle, arenis in saxa durescẽtibus asperatur. Paulatimq; cohærescens sibi glarea, perdit tactum, cũ nõ perdat aspectũ. ¶ Sed & Italicus eiusdẽ oppidi municeps Christianus aduersum Gaçensem duumuirum, Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat (hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde seruatur a Romulo): ut propter felicem Sabinarũ raptum, ab ipso quasi consiliorum deo, quadrigæ septeno currant circũitu: & equos partis aduersæ fregisse, uictoria sit. Hic itaq; æmulo suo habente maleficum, qui dæmoniacis quibusdam imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum: uenit ad beatum Hilarionem: & non tam aduersarium lædi, q; se defendi obsecrauit. Ineptum uisum est uenerando seni, in huiuscemodi nugis orationem perdere. Cumq; subrideret & diceret: Cur enim non magis equorum precium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respõdit, functionem esse publicam: & hoc non tam se uelle, q; cogi: nec posse hominem Christianum uti magicis artibus, sed a seruo Christi potius auxiliũ petere, maxime cõtra Gaçenses aduersarios dei: & nõ tam sibi q; ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo a fratribus qui aderant: scyphum fictilem quo bibere cõsueuerat: aqua iussit impleri, eiq; tradi. Quẽ cũ accepisset Italicus, & stabulũ & equos & aurigas suos, thedã, carcerũq; repagula aspersit. Mira uulgi expectatio. Nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat: & fautores Italici sibi certam uictoriam pollicentes exultabãt. Igitur dato signo hi aduolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotæ feruent: illi preteruolantium terga uix cernũt. Clamor fit uulgi nimius: ita ut ethnici quoq; ipsi cõcreparẽt, Marnas uictus a Christo est. Porro furentes aduersarij, Hilarionem maleficum Christianum ad supplicium poscere. Indubitata ergo uictoria: & illis & multis retro Circensibus plurimis fidei occasio fuit. ¶ Eiusdem Gaçensis emporij, oppido uirginem dei uicinus iuuenis deperibat. Qui cum frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, quæ solẽt morituræ uirginitatis esse principia, nihil profecisset: perrexit Memphim: ut confesso uulnere suo, magicis artibus rediret armatus

ad uirginem

A ad uirginem. Igitur post annū doctus ab Aesculapij uatibus non remediantis animas,sed per
dentis:uenit præsumptum animo stuprum gestiens: & subter limen domus puellæ, tormenta
quædā uerborū,& portētosas figuras sculptas in æris Cyprij lamina defodit. Ilico insanire uir
go,& amictu capitis abiecto rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis.
Magnitudo quippe amoris se in furorem uerterat. Perducta ergo a parētibus ad monasteriū,
seni traditur: ululante statim & cōfitente dæmone:uim sustinui:inuitus abductus sum,cȝ bene
Memphis somnijs homines deludebā. O cruces,o tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & li/
gatus subter limen teneor! Non exeo,nisi me adolescens qui tenet,dimiserit. Tunc senex,gran/
dis,ait,fortitudo tua,qui licio & lamina strictus teneris. Dic quare ausus es ingredi puellā dei?
Vt seruarem(inquit)eam uirginem. Tu seruares proditor castitatis? Cur nō potius in eum,qui
te mittebat es ingressus? Vt quid respōdit intrarē in eum,qui habebat collegā meū amoris dæ
monem? Noluit autem sanctus antecȝ purgaret uirginem,uel adolescentem,signa iubere per/
quiri:ne aut solutis incantationibus recessisse dæmon uideretur:aut ipse sermoni eius accomo/
dasse fidem:asserens fallaces esse dæmones,& ad simulandum esse callidos:& magis reddita sa/
nitate increpuit uirginem,cur fecisset talia,per quæ dæmon intrare potuisset. Non solum au/
tem in Palæstina,& in uicinis urbibus Aegypti uel Syriæ:sed etiam in longinquis prouincijs fa
ma eius percrebuerat. Nāqȝ candidatus Constantij imperatoris rutilus coma: & candore cor/
poris indicans prouinciam(inter Saxones quippe & Alemanos gens eius non tam lata,cȝ uali/
da:apud historicos Germania: nūc uero Frācia uocat):antiquo,hoc est ab infantia possessus a
dæmone, qui noctibus eum ululare,ingemiscere,fremere dētibus cōpellebat:secreto ab impera/
tore euectionem petijt: causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consularem quoqȝ Pa/
læstinæ litteris,cū ingenti honore & comitatu Gaçam deductus est. Qui cum a decurionibus
illius loci quæsisset:ubi habitaret Hilarion monachus:territi Gaçenses,& putantes eum ab im/
peratore missum:ad monasterium adduxerunt:ut & honorem commendato exhiberent: & si
quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem esset offensi,nouo officio deleretur. Deambulabat
tunc senex in arenis mollibus:& secum de psalmis nescio quid,submurmurabat. Videnscȝ tan/
B tam turbam uenientem substitit. Et resalutatis omnibus,manuqȝ eis benedicens: post horam
cæteros abire præcepit,illum uero cum seruis suis,& apparitoribus remanere. Ex oculis em̄ eius
& uultu,cur uenisset agnouit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo: uix terrā pedi/
bus tangens,& immane rugiens:Syro quo interrogatus fuerat sermone, respondit: Videres de
ore barbaro:& qui Francam tantum, & Latinam linguam nouerat,Syra ad purum uerba re/
sonare:ut non stridor,non aspiratio,non idioma aliquod Palæstini deesset æloquij. Confessus
est itaqȝ quo in eum intrasset ordine. Et ut interpretes eius intelligerent,qui græcam tantum &
latinam linguam nouerant,Græce quoqȝ eū interrogauit. Quo similiter & in uerba eadem re/
spondente: multascȝ incantationum occasiones, & necessitates magicarū artium obtendente:
Non curo(ait)quomodo intraueris:sed ut exeas in nomine domini nostri Iesu Christi impe/
ro. Cūqȝ curatus esset: simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo panē
accepit: audiens quod qui tali cibo alerentur,aurū pro luto ducerent. Parum est de homini/
bus loqui. Bruta quoqȝ animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur:in quibus Bactrum
camelum enormis magnitudinis,qui iam multos obtriuerat,triginta & eo amplius uiri disten/
tum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, uolu/
bilis lingua turgebat:& super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum
dimitti senex. Statim uero & qui adduxerant:& qui cum sene erant, usqȝ ad unum omnes de/
fugere. Porro ille solus perrexit obuiam: & fermone Syro:non me(inquit)terres diabole tanta
mole corporis. Et in uulpecula,& in camelo unus atqȝ idem es. Et interim porrecta stabat ma/
nu. Ad quem dum furens: & quasi deuoratura eum belua peruenisset, statim corruit: submis/
sumqȝ caput terræ coæquauit: mirātibus cūctis qui aderant:post tantā ferociam tantā subito
māsuetudinem. Docebat autem senex hominum causa,diabolum etiam iumenta corripere,&
tanto eorum ardere odio:ut non solum ipsos: sed & ea quæ ipsorum essent, cuperet interire.

C Huiuſq; rei proponebat exemplum:quod antecp̃ beatum Iob tentare permitteretur: omnem ſubſtantiam eius interfecerit. Nec mouere quempiam debere,quod domini iuſſione,duo milia porcorum a dæmonibus interfecta ſunt. Siquidem eos qui uiderant:non potuiſſe aliter credere exiſſe de homine tantam dæmonum multitudinem:niſi grandis porcorũ numerus: & quaſi a multis actus pariter corruiſſet. Tempus me deficiet,ſi uoluero uniuerſa ſigna, quæ ab eo perpetrata ſunt dicere. In tantam em̃ a domino fuerat eleuatus gloriam:ut beatus quoq; Antonius audiens conuerſationem eius,ſcriberet ei,libenterq; eius epiſtolas ſumeret. Et ſi quãdo de Syriæ partibus ad ſe languentes perrexiſſent,diceret eis:Quare uos tam longe uexare uoluiſtis,cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaq; eius,per totam Palæſtinam innumerabilia monaſteria eſſe cœperunt,& omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens,laudabat domini gratiam:& pro affectu animi,ſingulos cohortabatur dicens:Præterire figuram huius mundi:Et illam eſſe ueram uitam,quæ uitæ præſentis emeretur incommodo. Volens autem exemplum eis dare,& humilitatis & officij, ſtatis diebus ante uindemiam luſtrabat cellulas monachorum. Quod poſtq̃ cognitum eſt a fratribus, omnes ad eum confluebant:& comitati tali duce,circũibant monaſteria,habentes uiaticum ſuum:quia interdum uſq; ad duo milia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore:unaquæq; uillula,uicinis monachis ad ſuſceptionem ſanctorum gaudens,cibos offerebat. Quantum autem fuerit in eo ſtudij,ut nullũ fratrẽ q̃uis humilẽ,q̃uis pauperẽ præteriret:uel illud indicio eſt,quod uadẽs in deſertum Cades, ad unũ de diſcipulis ſuis uiſendũ, cũ infinito agmine monachorum peruenit Eluſam:eo forte die quo anniuerſaria ſolennitas,omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Luciferum,cuius cultui Saracenorũ natio dedita eſt. Sed & ipſum oppidum ex magna parte ſemibarbarũ eſt propter loci ſitũ. Igitur audito, quod ſanctus Hilarion præteriret(multos em̃ Saracenorum arreptos a dæmone frequenter curaue
D rat),gregatim ei cum uxoribus & liberis obuiam proceſſere,ſubmittentes colla,& uoce Syra Barach,id eſt,benedic,inclamantes. Quos ille blande humiliterq; ſuſcipiens, obſecrabat, ut deum magis q̃ lapides colerent. Simulq; ubertim flebat,cœlum ſpectans,& pollicens ſi Chriſto crederent:ad eos ſe crebro eſſe uenturum. Mira dñi gratia:non prius abire paſſi ſunt,q̃ futuræ eccleſiæ lineam mitteret: & ſacerdos eorum,ut erat coronatus,Chriſti ſigno denotaretur. Alio quoq; anno cum exiturus eſſet ad uiſenda monaſteria:& digereret in ſchedula:apud quos manere,quos in tranſitu uiſitare deberet:ſcientes monachi quendam de fratribus parciorẽ,ſimulq; cupientes uitio eius mederi,rogabãt,ut apud eum maneret. Et ille: quid(inquit)uultis & uobis iniuriam, & fratri uexationẽ facere? Quod poſtq̃ frater ille parcus audiuit:& annitẽtibus cunctis:uix ab inuito impetrauit,ut ſuũ quoq; monaſteriũ in manſionũ ordinẽ poneret. Poſt diem ergo decimum uenerunt ad eum: cuſtodibus iam in uinea, qua uenirent illi diſpoſitis:qui cum lapidibus & glebarum iactu,fundæq; uertigine accedentes deterrerent:ſine eſu uuæ,mane omnes profecti ſunt,ridente ſene,& diſſimulante ſcire quod euenerat. Porro ſuſcepti ab alio monacho,cui Sabas uocabulum eſt(debemus quippe parci tacere uocabulum,largi dicere):quia dominicus erat dies,inuitabantur ab eo uniuerſi in uineam:ut ante horam cibi, uuarum paſtu laborem uiæ ſubleuarent. Et ſanctus:Maledictus(ait)qui prius refectionem corporis, q̃ animæ quæſierit. Oremus,pſallamus,reddamus domino officium,& ſic ad uineam properabitis. Cõpleto itaq; miniſterio,in ſublimi ſtans benedixit uineæ,& ſuas ad paſcendũ dimiſit oues. Erant autem qui ueſcebantur, non minus tribus milibus. Cũq; centum lagenis æſtimata fuiſſet integra adhuc uinea,poſt dies uiginti trecẽtas fecit. Porro ille parcus frater multo minus ſolito colligens:etiam id quod habuerat uerſum in acetum fero doluit. Hoc multis fratribus ſenex ante futurũ dixerat. Deteſtabatur aũt præcipue monachos,qui infidelitate quadã in futurum reſeruarent ſua:& diligentiã haberent, uel ſumptuũ,uel ueſtitus:aut alicuius earum rerũ quæ cũ ſæculo tranſeunt. Deniq; unũ de fratribus in quinto fere a ſe miliario manentem:quia comperiebat hortuli ſui nimis cautum timidũq; cuſtodem,& pauxillum habere nummorũ,ab oculis abegerat. Qui uolens ſibi recõciliari ſenẽ,frequẽter ueniebat ad fratres,& maxime ad Heſychiũ

quo

A quo ille uehementissime delectabatur. Quadã igitur die ciceris fascem uirentis,sicut in herbis erat detulit. Quem cum Hesychius posuisset in mensa ad uesperum:exclamauit senex,se puto/rem eius ferre non posse: simulq; unde esset rogauit. Respondente autem Hesychio: quod fra/ter quidam primitias agelli sui,fratribus detulisset: Non sentis,inquit, putorem teterrimum: & in cicere fetere auariciam? Mitte bubus,mitte brutis animalibus,& uide an comedãt. Quod cũ ille iuxta præceptum in præsepe posuisset:exterriti boues,& plus solito mugientes,ruptis uincu/lis in diuersa fugerunt. Habebat em̃ senex hanc gratiam:ut ex odore corporum uestiũq;, & ea/rum rerum quas quis tetigerat,sciret cui dæmoni,uel cui uitio subiaceret. Igitur sexagesimo tertio uitæ suæ ãno,cernens grande monasterium & multitudinem fratrum secum habitantiũ: turbasq; eorum,qui diuersis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se deducebãt: ita ut omni genere hominũ solitudo per circũitum repleretur: flebat quotidie,& incredibili de/syderio,conuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus a fratribus,quid haberet: cur se cõ/ficeret: Ait,rursum ad sæculum redĩ,& recepi mercedem meam in uita mea. En homines Palæ/stinæ & uicinæ prouinciæ,existimãt me alicuius esse momenti: & ego sub prætextu monasterĩ, ad dispensationem fratrum,uilem suppellectilem habeo. Seruabatur autem a fratribus,maxi/me ab Hesychio,qui miro amore uenerationi senis deditus erat. Cũq; ita uixisset lugens bien/nium,Aristæneta illa,cuius supra fecimus mentionem,præfecti tunc uxor,sed nihil de præfecti ambitu habẽs,uenit ad eum,uolens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens,uellem(ait)ipse quoq; ire,si non carcere huius monasterĩ clausus tenerer:& si eundi fructus esset. Biduum em̃ hodie est,quod totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa,& substitit. Et post paucos dies ueniente nuncio, Antonĩ dormitionem audiuit. Mirentur alĩ signa quæ fecit. Mi/rentur incredibilem abstinentiam,scientiam,humilitatem. Ego nihil ita stupeo,q; gloriam illũ & honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi,præsbyteri,clericorum & monachorũ gre/ges,matronæ quoq; Christianorum grandis tentatio,& hinc inde ex urbibus & agris uulgus ignobile:sed & potentes uiri & iudices,ut benedictum ab eo panẽ uel oleum acciperent. At ille
B nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, intantum ut quadam die proficisci statuerit: & ad/ducto asello(nimis quippe exesus ieiunĩs,uix ingredi poterat): iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset:& quasi uastitas & iusticium Palæstinæ indiceretur,plus q; decem milia ho/minum diuersæ ætatis & sexus,ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens loquebatur,fallacem dominũ meum non faciam: non possum ui/dere subuersas ecclesias:calcata Christi altaria,filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autẽ qui aderant,intelligebant reuelatum ei quiddam esse secreti,quod nollet confiteri. Et nihilominus custodiebant eum,ne proficisceretur. Decreuit ergo,publica omnes uoce contestans,nõ cibi se, non potus quicq; sumere,nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ,tãdem relaxatus,ac ua/ledicens plurimis:cum infinito agmine prosequentium,uenit Betilium:ubi psuasis turbis ut re uerterentur:elegit quadraginta monachos,qui haberent uiaticum,& possent ieiunantes ingre/di,id est,post solis occasum cibũ sumere. Quinto igit̃ die uenit Pelusiũ,uisitatisq; fratribus,qui in uicina eremo erãt: & in loco qui dicitur Lychnos, morabãtur:perrexit post triduũ ad castrũ Theubatum,ut uideret Dracontium episcopum & confessorem qui ibi exulabat. Quo incredi/biliter consolato tanti uiri præsentia: post aliud triduum multo Babylonẽ labore peruenit,ut uideret Philonem episcopum & ipsum confessorem. Cõstantius em̃ rex, Arrianorum fauẽs hæresi:utrũq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post triduũ:uenit ad oppidum Aphro/diton : ubi conuento diacono Baisane : qui locatis camelis & dromedis,ob aquæ in eremo pe/nuriam,consueuerat euntes ad Antonium ducere:confessus est fratribus instare diem dormitio/nis beati Antonĩ:& peruigilem noctẽ in ipso quo defunctus fuerat loco,a se ei debere celebra/ri. Tribus igitur diebus per uastam & horribilem solitudinem: tandem ad montem altissimũ peruenerunt,repertis ibi duobus monachis,Isaac & Pelusiano: quorũ Isaac interpres Antonĩ fuerat. Et quia se præbet occasio,& ad id loci uenimus,dignum uidetur breui sermone habita/culũ tãti uiri describere. Saxeus & sublimis mons per mille circiter passus,ad radices suas aquas exprimit:quarũ alias arenæ ebibunt:aliæ ad inferiora delapsæ,paulatim riuum efficiunt:super quẽ ex utraq; ripa palmæ innumerabiles:multũ loco & amœnitatis & cõmodi tribuunt. Vide

C res ſenē huc atq; illuc cū diſcipulis beati Antonij diſcurrere. Hic aiebant pſallere, hic orare, hic operari, hic feſſus reſidere ſolitus erat. Has uites, has arbuſculas ipſe plantauit. Illā areolam manibus ſuis ipſe cōpoſuit. Hanc piſcinā ad irrigandū hortulū multo ſudore fabricatus eſt. Iſtum ſarculū ad fodiendū terrā pluribus annis habuit. Iacebat in ſtratu eius: & quaſi calens adhuc cubile deoſculabat. Erat aūt cellula nō plus menſuræ p quadrū tenens, q̄ homo dormiēs extēdi poterat. Præterea in ſublimi montis uertice, quaſi per cochleam aſcendētibus, arduæ ualde, duæ eiuſdē mēſuræ cellulæ uiſebātur: in quibus uenientiū frequentiā: & diſcipulorū ſuorū contuberniū fugiens, moratus eſt. Verum hæ in uiuo exciſæ ſaxo, oſtia tantū addita habebāt. Poſtq; autē ad hortulū uenerāt: Videtis, inquit, Iſaac hoc pomariū arbuſculis cōſitū, & holeribus uirens. Ante hoc ferme triēniū cū onagrorū grex uaſtaret: unū e ductoribꝰ eorū ſtare iuſſit: baculoq; tundens latera: Quare (inquit) comeditis, quod nō ſeminaſtis? Et exinde acceptis aquis, ad quas potandas uentitabant, nunq̄ eos nec arbuſculā, nec holera contigiſſe. Præterea rogabat ſenex, ut ſibi locū tumuli eiꝰ oſtēderēt. Qui cū ſeorſum eū abduxiſſent: utrū mōſtrauerint nec ne, ignoratur. Cauſam occultandi iuxta præceptū Antonij fuiſſe referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad uillā ſuā ſancti corpore, martyriū fabricaretur. ¶ Igitur reuerſus ad Aphroditon: duobus ſecum tantū retentis fratribus, in uicina eremo moratus eſt, tanta abſtinentia & ſilentio: ut tunc primū ſe cœpiſſe Chriſto ſeruire diceret. Porro iam triennium erat, quod clauſum cœlū illas terras arefecerat: ut uulgo dicerent, Antonij mortē etiā elementa lugere. Nō latuit fama Hilarionis, accolas quoq; illius loci: & certatim uirilis ac muliebris ſexus ora luridi, & attenuati fame, pluuias a ſeruo Chriſti, id eſt, a beati Antonij ſucceſſore deprecabātur. Quos ille cernens, mire doluit. Eleuatiſq; in cœlū oculis, & utraſq; in ſublime erigens palmas: ſtatim impetrauit quod rogauerāt. Ecce aūt ſitiens arenoſaq; regio, poſtq̄ pluuijs irrorata eſt. tātā ſerpentū & uenenatorū animaliū ex improuiſo ebulliuit multitudinē: ut perculſi innumerabiles, niſi ad Hilarionē concurriſſent, ſtatim interirent. Benedicto itaq; oleo, uniuerſi agricolæ atq; paſtores tangentes uulnera, certam ſalutem reſumebant. ¶ Videns etiam ibi ſe miris
D honoribus affici, perrexerit Alexandriā: inde ad interiorem Oſam eremū tranſiturus. Et quia nunq̄ ex quo cœperat eſſe monachus in urbibus manſerat, diuertit ad quoſdā fratres notos ſibi in Brutio, haud procul ab Alexandria: qui cum miro gaudio ſuſcepiſſent ſenē, & iam uicina nox eſſet, repente audiunt diſcipulos eius aſinū ſternere, illūq; parare proficiſci. Itaq; aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret: & ante limen proſtrati, citius ſe mori q̄ tanto carere hoſpite teſtabantur. Quibus ille reſpondit: idcirco abire feſtino, ne uobis moleſtiā generem. Certe ex poſterioribus cognoſcetis, non ſine cauſa me ſubito ambulaſſe. Igitur altera die Gaçenſes cum lictoribus profecti (nam pridie eū ueniſſe cognouerāt): intrantes monaſterium, cū illū minime inueniſſent: inuicem loquebātur, Nōne uera ſunt, quæ audiuimus? magus eſt, & futura cognoſcit. Vrbs autē Gaça, poſtq̄ profecto de Palæſtina Hilarione, Iulianus in imperiū ſucceſſerat: deſtructo monaſterio eius, precibus ad imperatorē datis, & Hilarionis & Heſychij mortē impetrauerat: amboq; ut quærerētur, toto orbe ſcriptū erat. Egreſſus ergo de Brutio, per inuiā ſolitudinem intrauit Oſam, ibiq; anno plus minus exacto, quia illuc quoq; ſua fama præuenerat, quaſi iam in oriente latere nō poſſet, ubi multi illū & opinione, & uultu nouerāt: ad ſolas nauigare inſulas cogitabat: ut quem terra uulgauerat, ſaltem maria celarent. ¶ Eodē ferme tēpore Hadrianus diſcipulus eius de palæſtina ſuperuenit, dicēs Iulianū occiſum, Chriſtianū imperatorē regnare cœpiſſe, reuerti eū debere ad monaſterij ſui reliquias. Quod ille audiēs, deteſtatus eſt: & conducto camelo per uaſtā ſolitudinē, peruenit ad maritimā urbē Lybiæ Paretoniū: ubi Hadrianus infelix uolens Palæſtinā reuerti, & priſtinā ſub nomine magiſtri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremū, cōuaſatis quæ a fratribus ei miſſa detulerat, neſciente illo pfectus eſt. Sup hoc quia alter locus referendi nō eſt: hoc tantū dixerim in terrorē eorū, qui magiſtros deſpiciūt, quod poſt aliquantulū tēporis cōputruerit morbo regio. ¶ Habens igit̄ ſenex Gaçanū ſecū, aſcendit claſſem, quæ Siciliā nauigabat. Cūq; uenundato euāgeliorū codice, quē manu ſua adoleſcens ſcripſerat, dare naulū diſponeret: in medio ferme, Adriæ, naucleri filius arreptus a dæmone, clamare cœpit & dicere: Hilarion ſerue dei: cur nobis per te & in pelago tutos eſſe non licet? Da mihi ſpatium donec ad terrā ueniā: ne hic eiectus, præcipiter in abyſ

ſum. Cūi

A fum. Cui ille: Si deꝰ meus (ait) tibi cõcedit ut maneas, mane. Sin autẽ ille te eiꝛcit, qd mihi inuidiã facis, homini peccatori atq; mẽdico? Hoc aũt dicebat, ne nautæ & negociatores q in naui erant, se cũ ad terrã pueniſſent, pderent. Nec multo poſt purgatus eſt puer, patre fidẽ dante, & cæteris q aderant, nulli ſe ſup eius nomine locuturos. Ingreſſus aũt Pachynũ ꝓmontoriũ Siciliæ, obtulit nauclero euangeliũ pro ſubuectiõe ſua & Gaçani. Qui nolens accipere, maxime cũ uideret illos, excepto illo codice & his qbus ueſtiti erant, amplius nihil habere: ad extremũ iurat ſe non accepturũ. Sed & ſenex accenſus fiducia pauperis conſcientiæ, in eo magis lætabat, & qd nihil haberet ſæculi, & ab accolis illius loci mẽdicus putaret. ¶ Porro recogitans ne negociatores de oriente ueniẽtes ſe notum facerẽt, ad mediterranea fugit loca, id eſt, uiceſimo a mari miliario: ibiq; in quodã deſerto agello, lignorũ quotidie faſcẽ alligans, imponebat dorſo diſcipuli. Quo in ꝓxima uilla uenũdato, & ſibi alimoniã, & his q forte ad eos ueniebant, pauxillulũ panis emebãt. Sed uere iuxta quod ſcriptũ eſt: Nõ poteſt ciuitas latere ſup montẽ poſita. Scutarius qdã cũ in baſilica beati Petri Romæ torqueret: clamauit in eo immũdus ſpiritus, Ante paucos dies Siciliã ingreſſus eſt Hilarion ſeruus Chriſti: & nemo eũ nouit, & putat ſe eſſe ſecretũ: ego uadã & ꝓdã illũ. Statimq; cũ ſeruulis ſuis aſcẽſa in portu naue, appulſus eſt Pachynũ: & deducẽte ſe dæmone, ubi ante tuguriũ ſenis ſe ꝓſtrauit, ilico curatus eſt. Hoc initiũ ſignorũ eius in Sicilia: innumerabilẽ ad eũ deinceps ægrotantiũ, ſed & religioſorũ hominũ adduxit multitudinẽ: intantũ, ut de primoribus quidã tumẽs morbo intercutis: eodẽ die quo ad eũ uenerat, curatus ſit. Qui poſtea offerens ei infinita munera, audiuit dictũ ſaluatoris ad diſcipulos: Gratis accepiſtis, gratis date. Dũ hæc ita gerunt in Sicilia, Heſychius diſcipulus eius, toto ſenẽ orbe quærebat: luſtrans littora, deſerta penetrans. Et hãc tantũ habẽs fiduciã, quia ubicũq; eſſet, diu latere non poſſet. Trãſacto igitur iã triennio, audiuit Methonæ a quodã Iudæo, uilia populis ſcruta uendẽte, ꝓphetã Chriſtianorũ apparuiſſe in Sicilia: tãta miracula & ſigna facientẽ, ut de ueteribus ſanctis deputaret. Interrogatus itaq; habitũ eius, inceſſum & linguã, maximeq; ætatẽ, ni-
B hil dicere potuit. Ille eñ q referebat, famã ad ſe ueniſſe tantũ hoīs teſtabat. Ingreſſus igitur Adriã, ꝓſpero curſu uenit Pachynũ: & in quadã curui littoris uillula, famã ſenis ſciſcitat⁹, conſona uoce omniũ cognouit ubi eẽt, qd ageret: nihil in eo ita cũctis admirãtib⁹, cũ qd poſt tãta ſigna atq; miracula, ne fragmẽ qdẽ panis a quoq; in illis locis accepiſſet. Et ne longũ faciã, ſanct⁹ uir Heſychi⁹ ad magiſtri genua, puolutus, plãtaſq; ei⁹ lachrymis rigãs: tandẽ ab eo ſubleuat⁹, poſt biduũ triduiq; ſermonẽ audit a Gaçano, nõ poſſe ſenem iã illis habitare regionib⁹, ſed uelle ad barbaras quaſdã pergere natiões, ubi & nomẽ & ſermo ſuus incognit⁹ foret. Duxit itaq; illũ ad Epidaurũ Dalmatiæ oppidũ, ubi paucis dieb⁹ in uicino agello manſitãs, nõ potuit abſcondi. Siquidẽ draco miræ magnitudinis (quos gentili ſermone boas uocant: ab eo qd tã grandes ſint, ut boues glutire ſoleant) omnẽ late uaſtabat ꝓuinciã: & nõ ſolum armenta & pecudes, ſed agricolas quoq; & paſtores tractos ad ſe ui ſpiritus abſorbebat. Cui cũ pyrã iuſſiſſet ꝑparari, & oratiõe ad Chriſtũ miſſa, euocato populo, ꝑcepiſſet ſtruem lignoꝝ ſcandere, ignem ſuppoſuit. Tum itaq; cuncta ſpectante plæbe, immanẽ beſtiam concremauit. Vnde æſtuans quid faceret: quo ſe uerteret, aliam parabat fugam: & ſolitarias terras mente perluſtrans, mœrebat quod tacente de ſe lingua, miracula loquerent. ¶ Ea tẽpeſtate, terræmotu totius orbis, qui poſt Iuliani mortẽ accidit, maria egreſſa ſunt terminos ſuos: & quaſi rurſum deus diluuiũ minaretur, uel in antiquũ chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere montium pependerunt. Quod cum uiderent Epidauritani, fremẽtes fluctus & undarum moles, & montes gurgitum littoribus inferri: uerentes quod iam eueniſſe cernebãt, ne oppidum funditus ſubuerteretur: ingreſſi ſunt ad ſenem: & quaſi ad prælium proficiſcentes, poſuerunt eum in littore. Qui cum tria crucis ſigna pinxiſſet in ſabulo, manuſq; contra tenderet, incredibile dictu eſt in quãtam altitudinem intumeſcens mare ante eum ſteterit: ac diu fremens, & quaſi ad obicem indignans: paulatim in ſemetipſum relapſum eſt. Hoc Epidaurus & omnis illa regio uſq; hodie prædicat. Matreſq; docent liberos ſuos ad memoriam in poſteros tranſmittẽdam. Vere illud quod ad apoſtolos dictum eſt: Si credideritis, dicetis huic monti, tranſi in mare, & fiet, etiam iuxta litteram impleri poteſt: ſi tamen quis habuerit apoſtolorũ fidem: & talẽ qualem illis habendã dñs imperauit. Quid eñ intereſt, utrum mons deſcendat in mare: an immenſi undarum montes repente ob-

C rigu erint,& ante ſenis tantũ pedes ſaxei ex alia parte molliter fluxerint. Mirabatur omnis ci uitas,& magnitudo ſigni Salonis quoq; percrebuerat. Quod intelligens ſenex, in breui lembo dam nocte fugit: & inuenta poſt biduum oneraria naui, perrexit Cyprum. Cũq; inter Maleã & Cytheram pyratæ derelicta claſſe in littore, quæ nõ antemna,ſed cõto regitur,duobus haud paruis myoparonibus occurriſſent,& denuo hincinde fluctus occurrerẽt:remiges omẽs qui in naui erãt trepidare, flere,diſcurrere,p̃parare contos:& quaſi nõ ſufficeret unus nũcius,certatim ſeni pyratas adeſſe dicebant. Quos ille procul intuens ſubriſit. Et cõuerſus ad diſcipulos dixit: Modicæ,inquit,fidei quare trepidatis? Nũquid plures ſunt hi q̃ Pharaonis exercitus? tamen omnes deo uolente ſubmerſi ſunt. Loquebat᷑ hic,& nihilominus ſpumantibus roſtris, hoſtiles turmæ imminebãt,iactu tãtũ lapidis medio. Stetit ergo in prora nauis,& porrecta cõtra ueniẽtes manu:hucuſq; (ait)ueniſſe ſufficiat. O mira rerũ fides,ſtatim reſiluere nauiculæ:& impellentibus contra remis,ad puppim impetus redit. Mirabantur pyratæ,poſt tergũ ſe redire nolentes totoq; corporis nixu,ut ad nauigiũ p̃uenirẽt laborãtes,uelocius multo q̃ uenerant,ad littus ferebãtur. Prætermitto cætera:ne uidear in narratiõe ſignorũ,uolumen extendere. Hoc ſolum dicã,quod inter Cycladas nauigans,hincinde damantiũ de urbib9 & uicis,& ad littora concurrentiũ,immũdorũ ſpirituũ uoces audiebãtur. Ingreſſus ergo Paphum urbẽ Cypri nobilẽ carminibus poetarũ:quæ frequẽter terræmotu lapſa:nũc ruinarũ tantũ ueſtigijs quid olim fuerit oſtendit. In ſecũdo ab urbe miliario habitabat ignobilis,gaudenſq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verũ nõ ad plenũ uiginti tranſiere dies,cum per omnẽ illã inſulã quicũq; immũdos habebãt ſpirit9,clamare cœperũt,ueniſſe Hilarionẽ ſeruũ Chriſti:& ad eũ ſe debere p̃perare. Hoc Salamina,hoc Curiũ,hoc Lapetha,& urbes reliquæ cõclamabãt,plæriſq; aſſerẽtib9 ſcire ſe q̃dẽ Hilarionẽ,& uere illũ eſſe famulũ dei, ſed ubi eſſet ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies,ducenti ferme:tam uiri q̃ mulieres,ad eum congregati ſunt. Quos cum uidiſſet,dolens quod ſe non paterentur quieſcere,& quodammodo in ultionẽ ſui ſæuiens: tanta eos ora-
D tionum inſtantia flagellauit:ut quidam ſtatim,alij poſt biduum triduumue: omnes uero intra unam hebdomadã curarentur. Manens itaq; ibi biennio, & ſemper de fuga cogitans, Heſychiũ ad ſe ueris tẽpore reuerſurũ,Palæſtinã ad ſalutationẽ fratrũ & monaſterij ſui cineres uiſendos miſit. Qui cũ reuertiſſet, cupienti rurſum ad Aegyptũ nauigare,hoc eſt ad ea loca, quæ uocãtur Bucolia,eo quod nullus ibi Chriſtianorũ eſſet,ſed barbara tantũ & ferox natio:ſuaſit ut in ipſa magis inſula ad ſecretiorẽ locũ cõſcenderet. Quẽ cũ diu luſtrãs omnia repperiſſet,perduxit eũ duodecim milibus a mari procul inter ſecretos aſperoſq; montes:& quo uix reptãdo manibus genubuſq; poſſet aſcẽdi. Qui introgreſſus,cõtemplatus quidẽ eſt terribilẽ ualde & remotũ locũ,arboribuſq; hincinde circũdatũ,habentẽ etiã aquas de ſupcilio collis irriguas,& hortulũ peramœnũ,& pomaria plurima:quoꝝ fructũ nũq̃ in cibo ſumpſit:ſed & antiq̃ſſimi iuxta tẽpli ruinã:ex quo (ut ip̃e referebat & eius diſcipuli teſtantur) tam innũerabiliũ p̃ noctes & dies dæmonũ uoces reſonabant,ut exercitum crederes. Quo ille ualde delectatus,quod ſcilicet antagoniſtas haberet in proximo: habitauit ibi per annos quinq;,& ſæpe inuiſente ſe Heſychio,in hoc extremo iam uitæ ſuæ tẽpore refocillatus eſt,quod p̃pter aſperitatẽ difficultatẽq; loci & umbrarũ (ut ferebat᷑ uulgo)multitudinẽ:aut nullus,aut rarus ad ſe uel poſſet,uel auderet aſcendere. Quodã aũt die egreſſus hortulũ,uidit hominẽ toto corpore paralyticũ iacentẽ ante fores. Interrogauitq; Heſychiũ quiſnã eſſet,uel quomodo fuiſſet adductus. Qui reſpondens ait: p̃curatorẽ ſe fuiſſe uillulæ:ad cuius cõfinia hortulus quoq; in quo ipſi erant,pertineret. Et ille collachrymãs tendẽſq; ad iacentẽ manũ. Tibi (inqt)dico in noie dñi noſtri Ieſu Chriſti,ſurge & ambula. Mira uelocitas. Adhuc uerba in ore loquẽtis uoluebãtur:& iam membra ſolidata ad ſtandũ hominẽ ſurrigebãt. Quod poſtq̃ auditũ eſt,etiã difficultatẽ loci, & iter inuiũ plurimorum uicit neceſſitas. Nihil per circũitũ cunctis uillis obſeruãtibus,q̃ ne quo modo elaberet᷑. Diſſemi nauerat em̃ hoc de eo rumor diu eũ in eodẽ loco manere nõ poſſe. Q d᷑ ille non leuitate quadã aut puerili ſenſu uictus faciebat,ſed honorẽ fugiens & importunitatẽ. Semper em̃ ſilentiũ & uitam ignobilẽ deſyderabat. Igit᷑ octogeſimo ætatis ſuæ ãno cũ abſens eſſet Heſychius:quaſi teſtamẽti uice breuem manu p̃pria ſcripſit epiſtolã,oẽs diuitias ſuas ei derelinquẽs. Euãgelium ſcilicet,& tunicã ſaccẽ,cucullã & palliolũ. Nã miniſter eius ante paucos dies obierat. Venerunt

itaq; ad

A it⁊ ad ægrotantẽ dẽ Papho multi religiosi uiri:& maxime quod eũ dixisse audierant, iã se ad dñm migraturũ,& de corporis uinculis liberãdũ. Sed & Cõstantia quædã sancta fœmina, cui⁹ generũ & filiam de morte liberauerat unctione olei:quos omnes adiurauit: ut ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur:sed statim eum in eodem hortulo terra operirẽt,sicut uestitus erat in tunica cilicina & cuculla,& sago rustico. Iam⁊ modicus calor tepebat in corpore,nec præter sensum quic⁊ uiui hominis supererat:& tamen apertis oculis loquebatur: Egredere quid times? egredere anima mea quid dubitas? Septuaginta prope ãnis seruisti Christo, & mortẽ times? In hæc uerba exhalauit spiritum. Statim⁊ humo obrutum,ante urbi sepultũ, & mortuum nunciauerũt. Quod post⁊ Palæstinæ sanctus uir audiuit Hesychius,perrexit ad Cyprum:& simulans se uelle habitare in eodem hortulo:ut diligentis custodiæ suspitionem accolis tolleret:cum ingenti uitæ suæ periculo,post decem fere menses corpus eius furatus est. Quod Maioniã deferens,totis monachorũ & oppidorũ turbis prosequẽtibus:in antiquo monasterio condidit,illæsa tunica,cuculla & palliolo:& toto corpore quasi adhuc uiueret,integro: tantis⁊ fragrante odoribus,ut delibutum unguentis putaretur. Non mihi uidetur in calce libri tacenda Constantiæ illius sanctissimæ mulieris deuotio, quæ perlato ad se nuncio, quod corpusculum Hilarionis Palæstinæ esset,statim exanimata est:ueram in seruum dei dilectionẽ etiam morte comprobans. Erat em̃ solita peruigiles in sepulchro eius nocteis ducere: & quasi tũ præsente ad adiuuãdas orationes suas sermocionari. Cernas us⁊ hodie mirã inter Palæstinos & Cyprios cõtentionẽ:his corp⁹ Hilarionis,illis spiritũ se habere certãtib⁹. Et tamẽ in utriusq; locis magna q̃tidie signa fiũt,sed magis in hortulo Cypri, forsitan qa plus illũ locũ dilexerit.

ARGVMENTVM ET SCHOLIA.

Depinxit solitarium,depinxit celebrem, depingit hic captiuũ & agitatum. Lusit & in hoc argumento,ingenij exercitandi gratia. Cæterũ uarietatẽ lectiõis,apparet nõ casu, sed studio alicui⁹ accidisse.

B QVi nauali.) Hanc græci uocãt ναυμαχίαν, Subsignificat aũt hoc argumentũ nõ esse seriũ, sed exercitandi stili causa sumptum. Ferreas manus.) Harpagones uocant,quibus in iectis attrahunt nauim,cõmissuri. Cui meus sermo sup.) Ruffinũ ni fallor significat, a quo omnia illius carpebantur. Fugientem me.) Mutarat enim locum,cedens aduersario,sicut alibi testatus est. Ab aduentu.) Opus quod hic pollicetur de claris scriptoribus, reperies suo tomo. Et post⁊ ad Christianos principes.) Quid diceres Hieronyme,si nunc uideres ecclesiam, tot regnis, tot opibus, tot bellis, tot fœderibus, pene obrutam. Maronias.) Quidam habebant Maronianus, sed deprauate. Apud Ptolemæum legimus Maioniam,& cõuenit locus. Papæ Euagrij.) Hunc ostendit & alias sibi subsidio fuisse. Malchus.) Hebræis מַלְכָּ sonat regem. Inde libri Malachim dicuntur. Thebastonis indigena.) Hic locus non uno modo deprauatus fuit. E uestigijs puto legendum esse ad hunc modum. Syrus & natione & lingua & reuera ἀυτόχθων. Porro indigena eius loci, asscripserat aliquis,uolens exponere,quid esset ἀυτόχθων. Chalcidos.) Chalcis est ad septentrionem Syriæ: Essa seu Issa littoralis est. Imma interior ad orientem. Tenebrosior solito.) In omnibus exemplaribus pro solito habebatur solitudo. Et ꝓnubante nobis.) Pronubæ est dictare uerba nuptialia, bene ominata. At qui hic malis ominibus inibatur matrimoniũ, ut uter⁊ alterũ detestaret̃, pronubari dixit, ꝓ pronubæ officio fungi. Ob mœstitiam.) Quidã habebãt iusticiã, alij tristiciã: mihi mœsticiam magis probatur. Rursus cum timore.) Locus hic plane deprauatus est, nec unomodo. Vide num sic legẽdũ sit, Rursum timore labor, lingua balbutit,& quasi clamante domino, mutire nõ audeo. Vt sensus sit, Malchũ inter narrãdum pati denuo, quod olim in ipsa re fuisset passus. Aut sic, timore labor, lingua balbutit,& clamante dño mutire non audeo. Vt intelligas eum euocanti dño præmetu nõ ausum fuisse respondere. Dromedarios.) Dromos em̃ græce cursus est. Præteritos cibos.) Ruminant enim cameli, Sed uide num præstet legere prætritos. Sitarcia.) σῖτος cibus,& ἀρκεῖν sufficere.

DE VITA MALCHI CAPTIVI MONACHI.

QVi nauali prælio dimicaturi sunt,ante in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula,remos trahunt,ferreas manus,& uncos præparant:dispositũ⁊ per tabulata militem,pendente gradu,& labente uestigio stare firmiter consuescunt:ut quod in simulacro pugnæ didicerint: in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui(silere quippe me fecit,cui meus sermo supplitiũ est)prius exerceri cupio in paruo opere:& ueluti quandã rubiginẽ linguæ abstergere:ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim dispositui(si tamen uitam dominus dederit,& si uituperatores mei saltem fugientem me,& inclusum persequi desierint)ab aduẽtu saluatoris us⁊ ad nostram ætatem, id est,ab apostolis, us⁊ ad nostri temporis fecem: quomodo & per quos Christi ecclesia nata sit: & adulta ꝑsecutiõibus

C ulta,perſecutionibus creuerit:martyrijs coronata ſit: Et poſtq̃ ad Chriſtianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior,ſed uirtutibus minor facta ſit. Verũ hæc alias. Nunc quod imminet explicemus. Maronias triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad orientem diſtat uiculus. Hic poſt multos,uel dominos,uel patronos:dum ego adoleſcentulus morarer in Syria:ad papæ Euagrij neceſſarij mei poſſeſſionem deuolutus eſt: quem idcirco nunc nominaui:ut oſtenderem, unde noſſem quod ſcripturus ſum. Erat igitur illic quidam ſenex nomine Malchus(quem nos latine regem poſſumus dicere),Syrus natione & lingua: & reuera αὐτόχθων, Anus quoq; in eius contubernio ualde decrepita: & iam morti proxima uidebatur: tam ſtudioſe ambo religioſi: & ſic eccleſiæ limen terentes: ut Zachariam & Helizabeth de euangelio crederes:niſi quod Iohannes in medio non erat. De his cum curioſe ab accolis quærerem,quæ nam eſſet eorum copula,matrimonij,ſanguinis,an ſpiritus: oẽs uoce cõſona,ſanctos & deo placitos:& mira neſcio quæ reſpõdebant. Qua cupiditate illectus,adortus ſum hominem:& curioſius ſciſcitans rerum fidem:hæc ab eo accepi. Ego,inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus:ſed ſolus parentibus fui. Qui cum me quaſi ſtirpem generis ſui: & hæredẽ familiæ ſuæ ad nuptias cogerent:monachum potius me uelle eſſe reſpondi. Quantis pater minis,quantis mater blanditijs perſecuti ſint,ut pudicitiam proderem: hæc res ſola indicio eſt, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram propter uicinam Perſidem,& Romanorum militum cuſtodiam:ad occidentẽ uerti pedes:pauxillulũ neſcio quid portans uiatici:quod me ab inopia tantum defenſaret. Quid multa? Perueni tandem ad eremum Chalcidos: quæ inter Immã & Eſſam magis ad auſtrũ ſita eſt. Ibi repertis monachis, eorũ me magiſterio tradidi,manuum labore uictum quæritans, laſciuiamq; carnis refrenans ieiunijs. Poſt multos annos incidit mihi deſyderiũ, ut ad patriam pergerem. Et dum adhuc uiueret mater(iam enim patrem mortuum audieram):ſolarer uiduitatem eius: & exinde uenundata poſſeſſiuncula: partem erogarem pauperibus: partem monaſterio conſtituerem(quid erubeſco

D confiteri infidelitatẽ meam?):partem in ſumptuum meorum ſolatia reſeruarem. Clamare cœpit abbas meus diaboli eſſe tentationem,& ſub honeſtæ rei occaſione, latere antiqui hoſtis inſidias. Hoc eſſe reuerti canem ad uomitum ſuum. Sic multos monachorum eſſe deceptos,nuſq̃ diabolum aperta fronte ſe prodere. Proponebat mihi exẽpla de ſcripturis plurima: inter quæ illud,quod initio Adam quoq; & Euam ſpe diuinitatis ſupplantauerit. Et cũ perſuadere non poſſet:prouolutus genubus obſecrabat,ne ſe deſererem,ne me perderem:nec aratrum tenens, poſt tergum reſpicerem. Væ miſero mihi,uici monitorem peſſima uictoria, putans illum non meam ſalutem,ſed ſuum ſolatium quærere. Proſecutus ergo me de monaſterio,quaſi funus eſſet ferret:& ad extremum ualedicens: Video(ait)te fili Satanæ cauterio notatũ:non quæro cauſas, excuſationes non recipio. Ouis quæ de ouilibus egreditur,lupi ſtatim morſibus patet. De Beria ad Eſſam pergentibus: uicina eſt publico itineri ſolitudo, per quã Saraceni incertis ſedibus huc atq; illuc ſemper uagantur. Quæ ſuſpitio frequentiam in illis locis uiatorum congregat:ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo uiri, fœminæ, ſenes, iuuenes,paruuli,numero circiter ſeptuaginta. Et ecce ſubito equorũ camelorũq; ſeſſores Iſmaelitæ irruunt,crinitis uittatiſq; capitibus,ac ſeminudo corpore,pallia & latas caligas trahẽtes,pendebant ex humero pharetræ,laxos arcus uibrantes,haſtilia longa portabant. Non emẽ ad pugnandum,ſed ad prædam uenerant. Rapimur,diſpergimur,in diuerſa trahimur. Ego emẽ lõgo poſtliminio hæreditarius poſſeſſor:& ſero mei conſilij pœnitẽs,cum altera muliercula in unius heri ſeruitutem ſortitus uenio. Ducimur,immo portamur ſublimes in camelis,& per uaſtã eremum ſemp ruinam timẽtes,pendemus potius q̃ ſedemus. Carnes ſemicrudæ cibus,& lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne tranſmiſſo:peruenimus ad interiorem ſolitudinem, ubi dominã liberoſq; ex more gentis adorare iuſſi,ceruices flectimus. Hic quaſi clauſus carcere, mutato habitu,id eſt,nudus ambulare diſco. Nam aeris quoq; intemperies:nihil aliud præter pudenda uelari patiebatur. Traduntur mihi paſcendæ oues:& in malorum comparatione hoc fruor ſolatio, quod dominos meos, & conſeruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere ſancti Iacob. Recordabar Moyſi: qui & ipſi in eremo quondam fuere paſtores. Veſcebar recenti

A bar recenti caseo & lacte. Orabam iugiter, canebam psalmos, quos in monasterio didice/
ram. Delectabat me captiuitas mea. Agebam dei iudicio grarias, quod monachum quem
in patria fueram perditurus, in eremo inueneram. O nihil unq̄ tutum apud diabolum. O
multiplices & ineffabiles eius insidiæ. Sic quoq; latentem me inuenit inuidia. Dominus ui
dens gregem suum crescere: nihilq̄ in me deprehendens fraudulentiæ (sciebam enim Apo/
stolum præcepisse: Dominis sic quasi deo fideliter seruiendum), & uolens me remunerare,
quo fidum sibi magis faceret: tradidit mihi illam conseruam meam, aliquando captiuam. Et
cum ego refutarem, dicerem q̄ me Christianum: nec licere mihi uxorem uiuentis mariti accipe/
re (siquidem captus nobiscum uir eius, ab alio domino fuerat abductus): rursus ferus ille & im/
placabilis in furorem uersus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia ten/
dens mulierem præoccupasse m: ilico fudisset sanguinē. Iam igitur uenerat tenebrosior solito,
& mihi nimium matura nox. Duco in speluncam semirutam, nouam coniugem: & pronubāte
nobis mœsticia, uterq̄ detestamur alterū, nec fatemur. Tunc uere sensi captiuitatem meam, pro
stratusq̄ humi, monachū cœpi plangere, quem perdebam, dicens: Huccine miser seruatus sum?
Ad hoc me mea scelera perduxerunt: ut incanescente iam capite, uirgo maritus fierem? Quid
prodest parentes, patriam, rem familiarem contempsisse pro domino: si hoc facio, quod ne face/
rem, illa contempsi: nisi quod forte propterea hæc sustineo, quia patriam desyderaui? Quid agi
mus anima? perimus an uincimus? Expectamus manum domini, an proprio mucrone confo/
dimur? Verte in te gladium, tua magis mors timenda est, q̄ corporis. Habet & seruata pudici/
tia suum martyrium: iaceat insepultus Christi testis in eremo: ipse mihi ero persecutor & mar/
tyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoq̄ micantem gladium: & acumine contra me uerso, Vale in/
quam infelix mulier: habeto me martyrem potius, q̄ maritum, Tunc illa pedibus meis prouo
luta: Precor te (inquit) per Iesum Christum: & per huius horæ necessitatē adiuro, ne effundas
sanguinem tuum in crimen meum. Vel si mori placet: in me primum uerte mucronem: Sic
B nobis potius coniungamur. Etiam si uir meus ad me redierit, seruarem castitatem, quam me ca
ptiuitas docuit, uel interirem potius q̄ perderem. Cur moreris, ne mihi iungaris? Ego more/
rer, si mihi iungi uelles. Habeto me coniugem pudicitiæ: & magis animæ copulam amato, q̄
corporis. Sperent domini maritum, Christus nouerit fratrem. Facile suadebimus nuptias, cum
nos uiderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui: & admiratus uirtutem fœminæ, cōiugem plus
amaui. Nunq̄ tamen illius nudum corpus intuitus sum: nunq̄ eius carnem attigi: timens in pa
ce perdere, quod in prælio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores
nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspitio: interdum & mense toto aberam fidus gre/
gis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dum solus in eremo sedeo: & præter cœ/
lum terrāq̄ nihil uideo: cœpi mecum tacitus uoluere: & inter multa, contubernij quoq̄ mona/
chorum recordari: maximeq̄ uultū patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq̄. Sicq̄
cogitās, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere: ferre onera maiora, q̄ corpora. Aliæ
herbarum quædam semina forcipe oris trahebant: aliæ egerebant humum de foueis: & aqua/
rum meatus aggeribus excludebant. Illæ uenturæ hyemis memores: ne madefacta humus in
herbam horrea uerteret: illata semina præcidebant. Hæ luctu celebri, corpora defuncta depor/
tabant. Quodq̄ magis mirum est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti: quin po/
tius si quam uidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid mul/
ta? Pulchrū mihi spectaculū dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarū soler/
tiā nos mittentis, & pigras mētes tali exemplo suscitātis: cœpi tedere captiuitatis, & monasterij
cellulas quærere: ac formicarū illarum similitudinem desyderare: ubi laboratur in medium:
cūq̄ nihil cuiusq̄ proprium sit: omnium omnia sunt. Regresso ad cubile occurrit mulier: tri/
sticiam animi dissimulare non potui. Rogat cur ita exanimatus sim. Audit causas: hortā/
tur fugam. Peto silentij fidem, non aspernatur, & fugi suffurro inter spem & metum medij
fluctuamur. Erant mihi in grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, utres facio,
eorumq̄ carnes uiatico præparo. Et primo uesperi, putantibus nos dominis secreto cubita/
re: inuadimus

Cre: inuadimus iter: utres & partes carnium portantes. Cumq; peruenissemus ad fluuium (nam decem milibus aberat): inflatis cõscensisq; utribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes: ut deorsum nos flumine deferente, & multo longius cõq; conscenderamus, in alteram nos exponente ripam: uestigium sequentes perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapsæ, uix tridui cibum pollicebantur. Bibimus usq; ad satietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergum semper aspicimus: & magis noctibus pro uehimus, cõq; diebus: uel ꝓpter insidias late uagantium Saracenorum, uel ꝓpter ardorem solis nimiũ. Paueſco miser etiã referens, & si tota mẽte securus: toto tamẽ corpore perhorresco. Post diẽ uero tertiũ: dubio ꝓspectu procul aspicimus duos camelis insidentes uenire concitos. Statimq; mens mali præsaga: putare cœpit dominum, meditari mortem, solem cernere nigrescentem. Dumq; timemus, & uestigijs nos proditos per arenas intelligimus: offertur ad dexteram specus, longe sub terram penetrans. Igitur timentes uenenata animalia (nam solent uiperæ, reguli, & scorpiones, cæteraq; huiusce modi, feruorem solis declinãtia, umbrã petere): intrauimus quidẽ spelunc̃: sed statim in ipso introitu siniſtræ nos foueæ credimus: nequac̃q; ultra ꝓgrediẽtes: ne dum mortem fugimus, incurramus in mortem. Illudq; nobiscum reputantes, si iuuat dominus miseros, habemus salutem. Si despicit peccatores, habemus sepulchrũ. Quid putas fuisse nobis animi? quid terroris: cum ante specum haud procul starẽt dominus & conseruus, & uestigio indice iam ad latebras peruenissent? O multo grauior expectata, cõq; illata mors. Rursus cum timore & labore lingua balbutit: & quasi clamante domino, mutire non audeo. Mittit seruum, ut nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrum expectat aduentum. Interea tribus fere uel quatuor cubitis introgresso famulo: nobis ex occulto tergum eius uidentibus (nam oculorum istiusmodi natura est: ut post solem umbram intrantibus, cæca sint omnia): uox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri. Quid statis? quid moramini? Exite. Dominus uocat, patienter expectat. Adhuc loquebatur: & ecce per tenebras aspicimus leænam inuasisse hominem, & gutture suffocatum, cruentum intro trahere. Iesu bone,
D quid tunc terroris nobis, quid gaudij fuit? Spectabamus domino nesciente, hostem nostrum perire. Qui cum uideret illum moras facere, suspicatus est duos uni resistere. Sed iram differre non ualens: sicut tenebat gladium ad speluncam uenit: & furore rabido serui increpans uecordiam: prius a fera est tentus cõq; ad nostras latebras perueniret. Qui sunt qui hoc crederent: ut ante os nostrũ, bestia pro nobis dimicaret? Sublato autẽ illo metu: similis ante oculos nostros uersabatur interitus: nisi quod tutius erat rabiem leonis, cõq; iram hominis sustinere. Pauemus intrinsecus: & ne mouere quidem nos ausi, præstolabamur euentum rei: inter tanta pericula, pudicitiæ tantum cõscientia pro muro septi. Leæna insidias cauens, & uisam esse se sentiens, apprehensos mordicus catulos effert, nobisq; cedit hospitium. Neq; tamen satis credulis, statim erumpimus: sed expectantes diu, & egredi cogitantes: illius nobis figurabamus occursum. Sublato ergo horrore, & alia transacta die egredimur ad uesperã: uidimusq; camelos (quos ob nimiam uelocitatem dromedarios uocant) præteritos cibos in ore uoluere: & in aluum missos iterum retrahere. Quibus ascensis, & noua sitarcia, id est, ãnona refocillati: decima tãdem die ad Romana per desertum castra uenimus. Oblatiq; tribuno, rem ordine pandimus: inde transmissi ad Sabinum Mesopotamiæ ducem: camelorũ precium accepimus. Et quia iam abbas ille meus dormierat in domino: ad hæc delatus loca me monachis reddo, hanc trado uirginibus, diligens eam ut sororem: nõ tamẽ ei me credens ut sorori. Hæc mihi senex Malchus adolescentulo retulit. Hæc ego uobis narraui senex, & castis historiam castitatis expono. Virgines castitatem custodire exhortor. Vos narrate posteris: ut sciant inter gladios, & inter deserta & bestias, pudicitiam nunc̃q; esse captiuam: & hominem Christo deditum posse mori, non posse superari.

PRIMI TOMI FINIS.